Stanford University Libraries
3 6105 121 178 466

Digitized by Google

281
M6c5a

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

IUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTER ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT ;

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, EXCERPTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CLX.

GENNADIUS SEU GEORGIUS SCHOLARIUS, GREGORIUS MAMMA, CPOLITANI PATRIARCHÆ. ALII.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

Digitized by Google

BR60
P4
v.160

Digitized by Google

LIBRARY

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XV. ANNUS 1453

ΓΕΝΝΑΔΙΟΥ,

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΣΧΟΛΑΡΙΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

GENNADII,

CONSTANTINOPOLITANI PATRIARCHÆ,

QUI ET

GEORGIUS SCHOLARIUS,

OPERA OMNIA,

PARTIM JAM EDITA, PARTIM HUCUSQUE ANECDOTA.

ACCEDUNT

NICOLAI V ROMANI PONTIFICIS, GREGORII MAMMÆ CPOLITANI PATRIARCHÆ, GEORGII GEMISTI PLETHONIS, MATTHÆI CAMARIOTÆ, MARCI EPHESINI,

OPUSCULA ET EPISTOLÆ;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 11 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

Digitized by Google

VIATICI THEOLOGIAE

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CLX CONTINENTUR.

GREGORIUS MAMMA CPOLITANUS PATRIARCHA.

De Gregorii Mammæ ætate, rebus gestis et scriptis notitia ab Editore Wirceburgensi adornata, 9. — Scripta. — Apologia contra Ephesii confessionem nunc primum edita curante D. Hergenrœther, SS. Theologiæ in Wirceburgensi litterarum Universitate professore, 13. — Responsio ad epistolam encyclicam ejusdem Ephesii, 111. — Ad imperatorem Trapezuntium de additione facta in Symbolo, ex Leonis Allatii *Græcia orthodoxa*, 205.

GENNADIUS SEU GEORGIUS SCHOLARIUS CPOLITANUS PATRIARCHA.

De Gennadii vita et scriptis Eusebii Renaudotii Dissertatio, 249. — Scripta : Confessio fidei I, sive sermocinatio de nonnullis capitibus fidei Christianæ de quibus disputavit cum amera Machumetis, quæ etiam inscribitur *de via salutis humanæ* (*Vide Renaudotium in Dissertatione, col.* 290), 319. — Confessio fidei II. De Christianorum recta et vera fide homilia ad sapientes Agarenos, hortatu magni Sultani et ipso præsente dicta (*De duplici confessione fidei vide Ern. Jul Kimmel judicium in not. ad col.* 289), 333. — Homilia de sacramentali corpore Domini nostri Jesu Christi. (*Vide Renaudot. col.* 289), 331. — Alia ejusdem argumenti brevis homilia, relata a Meletio Syrigo in Refutatione confessionis Cyrilli Lucaris, Cpolitani patriarchæ. (*Vide eumdem ibid.*), 375. — (*Gennadii Scholarii refutationem libri Marci Ephesini contra Latinos, hucusque ineditam, vide in tomo proxime sequenti, ipso initio, ubi una eduntur Gennadius qui opus inchoaverat et Bessario qui illud absolvit. At veremur ne, quoad nomen Georgii Scholarii, doctus editor in errore versetur.*) — Georgii Scholarii Orationes in synodo Florentina habitæ. (*Vide Renaudot, col.* 287), 381. — *Joan. Matthæi Caryophylli interpretis Admonitio ad Lectorem*, 581. — De pace deque ferendo patriæ auxilio Adhortatio ad synodum orientalem Florentiæ coactam, 585. — Oratio ad synodum œcumenicam. Quod facienda sit unio dogmatica, 405. — Oratio II, in qua pacis impedimenta tolluntur, 439. — Oratio III, in qua exponuntur ea per quæ pax confici possit, 475. — Precatio ad Dominum nostrum Jesum Christum, edit. et interprete Aldo Manucio Romæ 1501, cum Prudentii et aliorum carminibus, 523. — *Eusebii Renaudotii Monitum in subsequentia fragmenta*, 529. — Verba Marci Ephesii morientis ad Georgium Scholarium, 529. — Responsio Scholarii, 533. — Extrema Marci Ephesii verba, 535. — Ex epistola Gennadii ad Maximum monachum, Sophianum in sæculo appellatum, et omnes ascetas montis Sina, 537. — Epistola de prædestinatione ad Josephum Exarchum. Edidit Græce Hœschelius, Augustæ Vindel. 1606, in-4. Latine Fed. Morellus Paris. 1618, in-12, 539. — De Deo in Trinitate uno, adversus atheos et polytheistas, 567. — Epistola ad Plethonem in ejus librum de Spiritus sancti processione seu potius ejus novitates dogmaticas, 597. — Epistola ad Josephum Exarchum. Nuntiat se librum Plethonis polytheismi suspectum igni multis testibus tradidisse, servatis quibusdam tantum partibus, 631. — *In sequentia opuscula editoris Patrologiæ Monitum Prodeunt ex Dosithei* Τόμῳ ἀγάπης ἐν Γιασίῳ *anno* 1698 *edito*, 649. — Responsio ad amicum de sententia quadam B. Theodori Grapti qua abutebantur Acindyniastæ, et de iis quæ circa processionem Spiritus sancti docent, 649. — De processione Spiritus sancti, ad Joannem Comnenum imperatorem Trapezuntinum. (*Est, juxta Renaudotium, secundus tomus hujus operis. Prioris vero titulum et prœmium descripsit Renaudotius, quem vide col.* 303), 665. — De additione ad Symbolum a Latinis facta, 713. — De hæresi Simoniaca, 731 — De jejunio Sabbatino Latinorum, quod non oportet per Quadragesimam quotidie sacrificium fieri, et de conjugio sacerdotum, 737. — Epistola ad Marcum Ephesi metropolitam. Librum suum transmittit quem pro Aristotelis defensione scripserat (1), 743. — Fragmenta libri ejusdem, 745. — (*Fragmenta ex Apologia ad Constantinum imp. Vide Gennadii Vitam, col.* 255 *et* 258. — *Fragmenta epistolæ ad Marcum Lipomanum Venetias missæ, et alterius ad Ambrosium Camaldulensem. Col.* 256. — *Fragm. querimoniæ contra Latinismum. Col.* 262. — *Fragm. monodiæ qua urbis excidium deplorat. Col.* 265. *At, quod mireris, hoc fragmentum legitur etiam in fine Apologiæ pro quinque capitibus concilii Florentini quæ Gennadii non est, sed Josephi Methonensis, et edita exstat tomo superiori ; inde oriretur, quod jam subolumus, interpolationis vehemens suspicio. — Fragmentum epistolæ ad omnes fideles in Christo, cum dignitatem abdicavit. Col.* 261. — *Fragmentum epistolæ ad cives suos ecclesiasticos et sæculares, scriptæ sex ante captam urbem mensibus. Col.* 272. — *Ex epistola ad Sylvestrum magnum ecclesiarcham, scripta cum liturgia publice celebraretur post renovatam unionem cum Isidoro card. Russiæ, legato apostolico. Col.* 273.) Gennadii et Lucæ Notaræ Epistolæ amœbææ. — (*Inscribitur Joannis Moschi Narratio de Lucæ Notaræ et filiorum ejus cæde, jussu Mahometis II interfectorum*), 747. — Expositio litterarum quæ in sepulcro Constantini Magni inscriptæ erant, ex Bandurii *Imperio Orientali*, 767. — *Monitum in Gennadii libros de divina providentia et prædestinatione, partim jam editos, partim nunc primum ex codd. Paris., Gennadii autographis, exscriptos*, 1103. — De divina providentia et prædestinatione liber primus, 1105. — De prædestinatione ad Josephum Exarchum epistola, seu totius operis liber secundus (*Exstat col.* 539). De divina providentia liber tertius, ex cod. Reg. Paris. 1289, 1125. — Liber quartus, ex eodem codice, 1137. — Liber quintus, ex eodem cod., 1149. — De Christi humanatione, ex cod. Græc. Paris. 1292, 1157. — (*Apologiam pro quinque capitibus concilii Florentini, quæ Græce et Latine Romæ sæculo XVI sub emendato nomine Gennadii edita est, Josepho Methonensi, vero, ut videtur, auctori, restituimus in tomo superiori ; at, nostro quidem judicio, opus interpolationum expers non est.*) *Recensio codicis Græci Matritensis qui continet Logicam Petri Juliani Ulyssiponensis* (*Joannis Papæ XXII*) *et S. Thomæ De Sophismatibus librum a Georgio Scholario in Græcum sermonem translatos*, 1193.

GEORGIUS GEMISTUS PLETHO.

Notitia ex Allatio de Georgiis, 773. — *Notitia altera, excerpta ex Præfatione D. Alexandri ad Plethonem de legibus, passim*, 795. — *Hieronymi Charitonymi Laudatio funebris Plethonis*, 805. — *Gregorii monachi Monodia ejusdem argumenti*, 815. — Scripta. De rebus Peloponnesiacis ad Manuelem imperatorem oratio I, 821. — Oratio II, 841. — Argumentum orationis qua Manuel Palæologus Theodorum despotam fratrem defunctum laudavit, 865. — Quatuor virtutum justa explicatio, ex ed. Basil. 1552, 865. — Platonicæ et Aristotelicæ philosophiæ comparatio. Præcedit Georgii Chariandri Præfatio de philosophiæ usu ad cognitionem divinarum rerum accommodato. Ex ed. Basil. 1574, 889 — Laudatio funebris Cleopæ Augustæ, ex editione Georgii Gustav. Fullebornı, Lipsiæ 1793, cum Michaelis Apostolii laudatione funebri Bessarionis, 959. — Laudatio funebris Helenæ Palæologinæ imperatricis, quæ post susceptum sacrum habitum Hypomone monacha dicta est. Ex cod. gr. Paris n. 1700, cum interpretatione nostra, 961. — Fragmenta ex libro De legibus, 955.— Compendium dogmatum Zoroastris et Platonis, 973.—Contra dogma Latinorum de processione Spiritus sancti, ex Dosithei Τόμῳ ἀγάπης, 975. — Contra Scholarii defensionem Aristotelis, 979. —

MATTHÆUS CAMARIOTA.

Synopsis rhetoricæ, ex Joan. Schefferi Miscellaneis. Upsaliæ 1697, 1019. — Narratio lamentabilis de Cpoli capta, ex Martini Crusii *Turco-Græcia*, 1039.

MARCUS EUGENICUS, EPHESIUS METROPOLITA.

Notitia historica et litteraria, 1071. — Scripta. Quod non solum a voce Dominicorum verborum sanctificantur divina dona, verum a consequente oratione et benedictione sacerdotis, virtute S. Spiritus. Ex Liturgiis SS. Patrum, 1079. — Confessio fidei, 1091. — Epistola ad omnes orthodoxos, 1091. — *Sequentia, ex mss. descripta, nobis suppeditavit D. Hergenrœther, in Universitate Herbipolensi theologiæ professor.* — Epistola Marci Ephesini ad Georgium Scholarium, 1091. — Ejusdem epistola ad Theophanem monachum, 1096. — Marci metropolitæ Ephesii Apologia ab eo dicta instante morte, 1099. — Marci Ephesii Dialogus qui inscribitur *Latinus*, sive de additamento in Symbolo, 1099. — Ex ejusdem epistola ad Joannem Palæologum imp., 1105. — Expositio Officii ecclesiastici, edita ad calcem Operum Symeonis Thessalonicensis, ἐν Γιασίῳ τῆς Μολδοβίας, 1165. — Epistola ad Isidorum de vitæ termino, 1193.

NICOLAUS V ROMANUS PONTIFEX.

Epistola ad Constantinum, Romæorum imperatorem ultimum, de unione Ecclesiarum, cum interpretatione Græca Theodori Gazæ, 1201.

(1) *De hujus libri fatis vide notam ad col.* 745.

256166 Parisiis. — Ex typis J. P. MIGNE.

Digitized by Google

DE GREGORIO

COGNOMENTO MAMMA, CONSTANTINOPOLITANO PATRIARCHA

EJUSQUE SCRIPTIS.

Exhibemus eruditis Gregorii Constantinopolitani Patriarchæ opus hucusque ineditum, quod jamdudum Leo Allatius tertio tomo *Græciæ orthodoxæ* inserere voluerat (1), quem tamen nunquam publici juris fecit (2). Congruum visum est, paucis tum de auctore ipso, tum de ejus libris, qui interdum Georgio Scholario, ab eo penitus distinguendo, ascripti fuerunt (3), disserere.

Gregorius, cognomento Mamma, Melissenus quoque et Strategopulus (4) a nonnullis dictus, monachatum dudum professus (5) et protosyncelli et pœnitentiarii dignitate insignitus, Florentinæ synodo, ubi una cum Antonio Heracleensi metropolita Alexandrini patriarchæ vices agebat (6), interfuit ejusque decretis sincera mente subscripsit, quibus per totam deinde vitam immota constantia inhæsit. Metrophane II Kalendis Augusti anno 1443 vita functo (7) et sede Constantinopolitana diu inter tristissimos bellicos eventus pastore destituta, Gregorius tandem, licet invitus et reluctans (8), patriarcha renuntiatus est, anno 1445 (9), vel, ut alii (10) volunt, anno 1446, die 7 Julii. Maxima tunc sacrarum rerum erat in illa urbe confusio; difficultates et angustiæ undique obruebant virum doctum et pium, ab adversariis calumniis et injuriis lacessitum; nullum amplius ab imperatore pro causa unionis exspectari poterat patrocinium, et in dies crescebat vesanus schismaticorum furor. Hinc quinquennio tantum Gregorius III patriarchalem sedem retinuit, et anno 1451, sive injuste pulsus (11), sive abdicato regimine sponte cedens (12), Romam confugit, ubi nihil proficientibus, quæ pro eo reducendo susceptæ erant, tractationibus (13), illustris exsul non sine sanctitatis opinione (14), anno 1459 diem obiit supremum, ad S. Georgii in Velabro sepultus (15). Summis eum laudibus celebrat Georgius Trapezuntius (16), tanquam confessorem et martyrem, veritatis athletam et Ecclesiæ columnam; eum Constantinopoli discedentem triste ejus urbis excidium prædixisse plures Græci scriptores tradunt (17); modestiam et humilitatem viri ejus scripta patefaciunt, quibus unionem tot adversariorum moliminibus agitatam acerrime propugnavit.

Porro tria potissimum nobis nota sunt eximii hujus Præsulis opera : I. Liber apologeticus sive epistola ad imperatorem Trapezuntium de additione facta in Symbolo, cujus

(1) Allatius in Rob. Creyghton. Exercit. P. I, Romæ 1665, p. 145.

(2) Scribit Combefisius in Opp. S. Maximi t. I, p. 315, not. 26 : « Optaram omnino, ut Leo Allatius tertium suum tomum Græciæ orthodoxæ produceret, ne accepti a me Georgii Metochitæ libri, quibus ille catholicam fidem strenue propugnat, mihi perirent, nec in communem, cui destinaram, utilitatem cederent. At vero periere ejus morte, quisquis sibi usurpaverit. »

(3) Vide Fabric., Biblioth. Græc. vol. XI, p. 394.

(4) Phrantza, l. II, c. 11.

(5) Quod ipse testatur lib. Ad imp. Trapez. n. 7 (*infra col.* 215).

(6) Cf. Hefele, Dissert. de unione Græcæ Ecclesiæ, art. 2 (Tuebinger theologische Quartalschrift, 1847, fasc. II, p. 195.

(7) Syropulus, Hist. conc. Flor., sect. XII, c. 11, p. 347-349 ; Allat. c. Creyghton., p. 137.

(8) Quod tum ipse loco (nota 5a) citato, tum alii apud Allatium, l. c. p. 135, 138, testantur.

(9) Cuper. in Actis SS., t. I Aug., p. 190, 191, n. 1144-1148. Hefele Diss. cit., art. III. (Quartalschrift, 1848, fasc. II, p. 209, 210.)

(10) Le Quien, Orient. Christ. t. I, p. 309.

(11) Hefele, l. c., p. 213.

(12) Ita plures apud Allatium, p. 135, 138.

(13) Hefele, l. c., p. 214-219.

(14) Ita Æneas Sylvius seu Pius II in Comment., l. II, apud Allat., l. c. p. 140.

(15) Plura de eo dabunt Arcudius in Concordia utriusque Ecclesiæ, l. II, c. 15, p. 112; Leo Allatius, De consens. l. III, c. 4, n. 4; Contra Creyghton., p. 129 seq.; Cuper, l. c.; Le Quien, l. c. Cf. Natal. Alex. H.E., sæc. XV, cap. 4, art. 2, n. 3.

(16) G. Trapez. Orat. ad Cretenses, De una S. Cathol. Ecclesia, n. 18, 19. (Græc. orthod., t. I, p. 578, 579.)

(17) Ita Matthæus Cigala, Dorotheus Monembasiensis, Historia politica Crusii apud Allat. c. Creyghton, p. 135, 138, 142.

Digitized by Google

initium : Ἡμεῖς, ὦ θειότατε βασιλεῦ, quem ipsum Allatius (1) edidit. II. Apologia conscripta ad Marci Ephesii *Confessionem* exordientem hisce verbis : Ἐγὼ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι. Hic translatus, qui incipit : Ὁ τῆς Ἐφεσίων πόλεως ἀρχιερεὺς κύριος Μάρκος, ab Arcudio olim lectus, hucusque tamen typis editus non fuit (2). III. Apologia adversus Marci Ephesii *epistolam* encyclicam alteram, quæ incipit : Ἐγὼ δὲ ἀ τὴν ἐπιταγὴν καὶ τὴν χρείαν τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας ἀναλεξάμενος, conscripta et in conciliorum editionibus (3) jam publici juris facta, cujus initium est : Τὸ μὲν προοίμιον τοῦ αἰδεσίμου Ἐφέσου. Eo, quem descripsimus ordine, isti hi libri in pluribus, quos vidimus, codicibus occurrunt. Ita in Monacensi Gr. 27, f. 97 b, usque ad fol. 114 a, legitur liber ad imperatorem Trapezuntium; a fol. 114 b, usque ad fol. 144 a, Apologia in Marci Confessionem; a fol. 144 a usque ad fol. 177 b, Apologia in Marci epistolam. Pariter Vaticanus codex Gr. 1428 f. 81 a — 98 b, exhibet opus a nobis primo loco recensitum; a f. 210 b — 241 b, opus alterum; f. 242 a — 278 b, opus tertium. In Marciana quoque, quæ Venetiis est, bibliotheca, cod. 589 (sign. LXXXVIII, 3), f. 76 a seq., præcedit liber ad imperatorem Trapezuntium et Apologia in Marci confessionem a fol. 205 a reperitur. Hic tamen ordo certe non est chronologicus; videtur imo liber ad imperatorem Trapezuntium post duas illas contra Marcum Apologias conscriptus, dum hic unionis hostis jam e vivis excesserat, et ad eas aperte provocat (4). Quæ, ni fallor, etiam tempus, quo hæc tria opera exaravit Gregorius, satis indicant. Marcus Ephesius anno 1447 obiisse traditur (5); ante hunc igitur annum Apologiæ adversus ipsum editæ fuere; liber autem ad Trapezuntium imperatorem, qui nuspiam innuit auctorem jam sedem patriarchalem abdicasse, ante annum 1451 scriptus sit necesse est, neque tamen ante a. 1445, cum auctor patriarchatum suum aperte commemoret (6), neque ante annum 1447, cum Marcum jam mortuum esse non obscure indicet. Liber ergo ad imperatorem Trapezuntium intra annos 1448—1450 exaratus censeri potest.

Alia præter tria hæc opera scripsisse Gregorium certum plane videtur, et huc ea faciunt quæ ipse in Apologia εἰς τὴν τοῦ Ἐφέσου ὁμολογίαν, quam nunc edendam curamus, cap. 20 affirmat. Nos tamen in præsentia reliqua ejusdem opera non curamus, quæ nobis in nullo eorum manuscriptorum codicum, quos hactenus pervolvimus, obviam facta sunt, et jam ad ea properamus, quæ præfatam Apologiam nunc primum edendam respiciunt.

Marci Ephesii Confessio supra commemorata, quam refutationi suæ in partes commode dissectam præmissam voluit Gregorius, sæpius in sæculi decimi quinti codicibus sine Gregorii Responsionibus occurrit, in iis nimirum codicibus, qui a schismaticis unionem abhorrentibus conscripti sunt. Sic in codice Vaticano-Palatino n. 403 f. 99—101, ubi Marci quoque de igne purgatorio contra Latinos disceptatio (f. 1 seq.) et epistola superius dicta : Ἐγὼ διὰ τὴν διαταγήν, etc., invenitur. Sic in codice quoque Monacensi Gr. 256 (7), qui plurima Ephesii scripta suppeditat, f. 118 legitur epistola Ἐγὼ διὰ τὴν διαταγήν; f. 123 vero Confessio Ἐγὼ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι. Nos hunc Monacensem optimæ notæ codicem quoad Marci textum cum supra nominato Monac. 27 contulimus, et parum ab hoc reperimus discrepantem.

Multis quoque in codicibus manuscriptis exstat Gregorii in hanc Marci Confessionem Apologia, ex quibus eum, qui Florentiæ in Laurentiana bibliotheca cod. XIV, n. 12, 13, plut. x (8) habetur, brevi solum temporis spatio perlustravimus. Textum ipsum ex codice Monacensi 27, quo et in aliis sæpe usi sumus, descripsimus; hunc, quandiu per rerum temporumque adjuncta nobis licuit, cum Marciano 589 comparavimus; Vaticanum quoque 1428, sed obiter tantum, inspicere datum erat. Lectio vel brevis horum duorum codicum nos docuit, vix istos ab illo in quibusdam lectionibus esse diversos. Igitur inspectis iis locis, quibus Allatius jam usus fuerat, eoque opere cum aliis ejusdem

(1) Græc. orthod., t. I, p. 419, 468.
(2) Vide Fabric., l. c., p. 594, n. 3.
(3) Labbe, t. XIII, p. 739 seq.; Hard. t. IX, p. 601-669.
(4) Ad imp. Trapez., c. 5 (*infra col.* 211). Καὶ ταῦτα (Patrum testimonia) ἐν ταῖς πρὸς τὸν α δέσμιον ἐκεῖνον Ἐφέσου ἀπολογίαις ἔτι περιόντος τοῦ βίου, ἐγχαράξαντες.
(5) Fabricius, l. c., p. 670.
(6) Ad imp. Trapez. n. 5, *infra* col. 215.
(7) Est codex chartaceus sæc. XV, non XIV, ut ait V. D. Hardt (Aretin Beiträge zur Literat., t. V, p. 40 seq.). Pariter in Monac. cod. 145, chartac. ejusdem sæculi epistola illa legitur f. 188 seq., nostra vero Confessio, f. 191 seq.; a fol. 202 sequntur Gregorii nostri jam editum responsum ad epistolam, Τὸ μὲν προοίμιον, κ. τ. λ.
(8) Vide Bandinii catalogum, t. I, p. 485. Idem opus Scoriaci in bibliotheca regia exstare videtur. Fabricius Bibl. Gr., vol. XII, p. 131, ed. Harless. Marci Confessio fidei etiam in codicibus Paris. 1218, 1259, 1527, 2075, 3104, legi dicitur.

Digitized by Google

auctoris collato versionem Latinam adornavimus notisque aliquot, ubi opus esse visum est, textum illustravimus. Plura sane pro rei natura et eorum temporum consuetudine huic scripto cum aliis ejusdem argumenti sunt communia, et nonnulla quoque eodem fere modo ac in aliis Gregorii libris recurrunt; non caret tamen hæc Apologia propria sua et dispositione et tractatione atque omnino digna visa est, quæ cæteris scriptis in Allatii *Græcia orthodoxa* publicatis hoc tandem loco adjungatur. Citatos Patrum textus non omnes in suo fonte adire potuimus; potiores tamen non negleximus in melioribus editionibus indagare, quod interdum non parum dispendii afferebat, cum antiquiorum allegandi ratio nec undequaque sit accurata nec cum hodiernarum editionum ordine apte conspiret.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ, ΤΟΥ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ,

ΑΠΟΛΟΓΙΑ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΕΦΕΣΟΥ ΟΜΟΛΟΓΙΑΝ.

—

BEATI GREGORII

CONSTANTINOPOLITANI PATRIARCHÆ ET CONFESSORIS

APOLOGIA

CONTRA EPHESII CONFESSIONEM.

NUNC PRIMUM EDITA CURANTE J. HERGENROETHER, S. THEOL. IN WIRCEBURGENSI LITTERARUM UNIVERSITATE PROFESSORE.

—

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

A

Ὁ τῆς Ἐφεσίων πόλεως ἀρχιερεὺς κύριος Μάρκος ὁ ἐκ τινος πατρωνυμίας Εὐγενικὸς καλούμενος, τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνὴν ἀκηκοὼς τὴν οὕτω κελεύουσαν, ὡς *Καρδίᾳ μὲν πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν* (1), ὁμολογίαν ἐγγράφως ἐξέθετο, ἵνα κατάδηλον ποιήσῃ ταύτην, οὐ μόνον τοῖς ἐγγιστα, ἀλλὰ καὶ τοῖς πόῤῥω καὶ μακρὰν οὖσι. Διὸ χρεών ἐστι τοῖς ἐντυγχάνουσι ταύτῃ, ἀνερευνᾷν, εἰ συνᾴδει ταῖς τῶν μακαρίων Πατέρων θεολογίαις, ἵν' ἐνστερνίζηται, εἰ οὕτως ἔχει, παρὰ πάντων, ὡς συνᾴδουσα ταῖς ἐκείνων παραδάσεσι· καὶ χάριτας ὁμολογεῖν τῷ ἐκτεθεικότι, καὶ τούτῳ ἐνοῦσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς ἄλλως κηρύττουσιν· εἰ δ' ἄλλως καὶ οὐ κατὰ τὴν ἀκριβῆ τῶν θεολόγων παράδοσιν, ἐπισημειοῦσθαι εἰς δήλωσιν τῆς ἀληθείας. Καὶ ἡμεῖς οὖν ταύτῃ ἐντυχόντες ἀρτίως εἰς ἡμᾶς καταντησάσῃ ἀνερευνῆσαι

B

PRÆFATIO.

Ephesiorum urbis antistes dominus Marcus, qui ex patronymia quadam vocatur Eugenicus, beati Pauli voce audita, quæ ita præcipit: *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem*, scripto confessionem consignavit, ut manifestam eam redderet non solum iis qui prope ipsi sunt, sed et iis qui longinqui et procul degunt. Ideo necessarium est iis, quibus ea ad manus venit, scrutari, an cum beatorum Patrum theologicis institutionibus concordet, ut omnes, si ita est, eam amplectantur velut illorum traditionibus consonantem; et gratias deinde agere ei qui illam conscripsit, eique adhærere magis quam iis qui aliter prædicant; si vero aliter se habet et non secundum accuratam theologorum traditionem, id indicare in veritatis manifestationem oportebit. Et nos igitur, cum illa nuper ad manus nostras pervenerit, perscrutari eam studebi-

(1) Rom. x, 10. Verba: Ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν, omisit scriptor cod. Mon.

Digitized by Google

mus, et quidquid invenerimus bene recteque expositum et declaratum, uti decet, libenter amplectemur ; quidquid vero secus, i doctorum et theologorum armis refutabimus. Neque vero hoc mirandum, si scripta viri, qui in grammatica disciplina et in scribendis libris celebre nomen adeptus est (*a*) et scholæ puerorum diuturno tempore præfuit, nunc ab indocto ac rudi homine subjiciuntur examini ; oportet enim eum, qui illi jungitur et unitur, non simpliciter ei adhærere, nisi sententiam, quam tenet, explorarit, maxime cum et ad impugnandam œcumenicam synodum ipse insurgat. Si itaque et rudes sumus, novimus tamen eum qui dixit, id quod sæpe perfectis non adfuit, puerum invenisse, et quod sapientes fugit, idiotis apparuisse, et quod magistros latuit, discipulis affulsisse. Congruum itaque est, quæ ipse omisit, vel quæ eum latuerunt ac fugerunt, exquirere ac diligenter animadvertere et notare ; putamus enim et nos Spiritum Dei habere. Sed ne longius sermonem protrahamus, ad ipsam Confessionem accedamus per partes eam pertractantes, prius ex ipsa partem proponentes, consequenter vero defensionem, ipsamque ex Ecclesiæ doctoribus ac theologis confirmantes. Verba vero honorabilis Ephesii sic se habent (*b*) :

σπουδάσομεν, καὶ πᾶν ὃ ἂν εὕροιμεν καλῶς συντεθὲν καὶ ἐξηγηθὲν, κατὰ τὸ εἰκὸς ἀσμένως ἐνστερνισόμεθα, ὃ δὲ ἄλλως, διὰ τῶν διδασκάλων καὶ θεολόγων τούτου τὸν ἔλεγχον ποιησόμεθα. Καὶ οὐ θαυμαστόν γε τοῦτο, εἰ ὁ ἀνὴρ ἐπὶ γραμματικῇ καὶ λογογραφίᾳ κέκλεισται καὶ διδασκαλείου παίδων προέστη χρόνον ἡδη συχνὸν, ὑπὸ ἀμαθοῦς δὲ καὶ ἰδιώτου τὰ αὐτοῦ νῦν ἐξετάζονται· δεῖ γὰρ τὸν ἐνούμενον αὐτῷ μὴ ἁπλῶς ἑνοῦσθαι, εἰ μὴ τὴν δόξαν, ἣν ἔχει, ἀνερευνῴη· ἐπεὶ καὶ μάλιστα πρὸς οἰκουμενικῆς συνόδου ἀπόφασιν ἀνίσταται. Εἰ οὖν ἰδιῶται ἐσμεν, ἀλλ' οἴδαμεν τὸν εἰπόντα, ὡς ὃ πολλάκις τελείους ἔλιπε, παιδίον εὗρατο, καὶ ὃ σοφοὺς παρέδραμεν, ἰδιώτας ἐνέσκηψε, καὶ ὃ διδασκάλους διέλαθε, μαθηταῖς ἐπεφοίτησεν (1). Εἰκὸς οὖν ἐστιν, ὃ αὐτῷ ἐνέλιπεν ἢ παρέδραμεν ἢ διέλαθεν, εὑρεῖν καὶ συνιέναι ἡμῖν· δοκοῦμεν (2) γὰρ καὶ ἡμεῖς Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν. Ἀλλ' ἵνα μὴ μακρὸν ἐκτείνωμεν τὸν λόγον, ἴωμεν ἐπ' αὐτὴν τὴν ὁμολογίαν, κατὰ μικρὸν ταύτην ἐπεξεργαζόμενοι, πρότερον ἐξ αὐτῆς μέρος προθέντες καὶ ἀκολούθως τὴν ἀπολογίαν, βεβαιοῦντες ἐκ τῶν διδασκάλων καὶ θεολόγων τῆς Ἐκκλησίας. Ἔχουσι δὲ τὰ τοῦ αἰδεσίμου Ἐφέσου ἐπὶ λέξεως οὕτως·

EPHES. (I).

Ego, Dei gratia piis dogmatibus innutritus et sanctam et catholicam Ecclesiam sequens per omnia, credo et confiteor Deum et Patrem solum ingenitum et principii expertem, fontem vero et causam Filii et Spiritus sancti ; etenim Filius ex ipso genitus est, et Spiritus ex ipso procedit, neque Filius quidquam confert ad processionem, quemadmodum neque Spiritus ad generationem ; sive simul progressiones fieri et secum invicem, ut Patres theologi docent ; idcirco enim et Spiritus sanctus *per Filium* procedere dicitur, hoc est *cum Filio* (*c*) et sicut Filius, licet non per generationis modum ut ille ; Filius vero non dicitur per Spiritum generari, propterea quod relativum est Filii nomen, ne Filius Spiritus esse videatur.

ΕΦΕΣΟΥ.

Ἐγὼ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι δόγμασιν ἐντραφεὶς εὐσεβέσι καὶ τῇ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ διὰ πάντων ἑπόμενος, πιστεύω καὶ ὁμολογῶ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα μόνον ἀναρχον καὶ ἀναίτιον, πηγὴν δὲ καὶ αἰτίαν τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος· ὅ τε γὰρ Υἱὸς ἐξ αὐτοῦ γεγέννηται, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ ἐκπορεύεται, μηδὲν τοῦ Υἱοῦ συμβαλλομένου πρὸς τὴν ἐκπόρευσιν, ὥσπερ οὐδὲ τοῦ Πνεύματος πρὸς τὴν γέννησιν· ἢ κατὰ τὸ ἅμα τὰς προόδους εἶναι καὶ σὺν ἀλλήλαις, ὡς οἱ θεολόγοι Πατέρες διδάσκουσι· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὸ Πνεῦμα ἅγιον ἐκπορεύεσθαι δι' Υἱοῦ λέγεται, τουτέστι *μετὰ τοῦ Υἱοῦ*, καὶ ὡς ὁ Υἱὸς, εἰ καὶ μὴ γεννητῶς ὡς ἐκεῖνο, ὁ δὲ Υἱὸς οὐ λέγεται γεννᾶσθαι διὰ τοῦ Πνεύματος διὰ τὸ σχετικὸν εἶναι τὸ τοῦ Υἱοῦ ὄνομα, ἵνα μὴ δόξῃ Υἱὸς εἶναι τοῦ Πνεύματος.

RESP. (I).

Iste igitur hunc in modum hanc theologiam a sanctis semet accepisse ostendere nititur. Nos vero

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Καὶ οὗτος μὲν οὕτω παρὰ τῶν ἁγίων εἰληφέναι τὴν θεολογίαν ταύτην πειρᾶται δεικνύναι· ἡμεῖς

(1) Cf. Matth. xi, 25 ; Luc. x, 21 ; I Cor. i, 27. Eadem verba habet Pseudo-Damascenus Orat. De iis qui in fide dormierunt, c. 1, Opp. Dam. I, p. 584 ed. Le Quien.

(2) Mon. f. 115 : δοκῶμεν. Alludit ad I Cor. vii. 40.

(*a*) Non adeo laudant Ephesii doctrinam et eruditionem tum Georgius Scholarius in resp. ad ejusdem capita syllogistica, tum Bessarion. Ducas in Hist. Byz., c. 31, Marcum vocat in Græcis disciplinis et in sacrarum synodorum decretis canonem et stateram immobilem (ἐν Ἕλλησι μαθήμασι καὶ ὅροις τῶν ἁγίων συνόδων κανόνα καὶ στάθμην ἀπαρέγκλιτον. Erat omnino, cur adversarii unionis Marcum suum summis laudibus celebrarent, qui tamen nunquam solide pugnavit et eadem sexcenties ad nauseam usque inculcavit.

(*b*) Revera nihil aliud continet Ephesii scriptum, quam quæ Gregorius suis inseruit. Eum nihil omisisse ostendit facta hujus textus cum Marci operibus collatio, prout in manuscriptis codicibus exstant.

(*c*) Ita de his præpositionibus διὰ et μετὰ et vetustiores nonnulli schismatici statuerunt apud Bec. l. 1, ad Theod. Sudg. n 9, G. O. II, p. 109, 110.

Digitized by Google

δέ φαμεν, ὡς εἰ μὲν ἡ ἔκθεσις αὕτη τῆς ὁμολογίας τῇ τῶν Πατέρων ἀκραιφνεῖ θεολογίᾳ εἵπετο, εὐαπόδεκτος ὑπῆρχεν ἂν καὶ ἡμῖν καὶ τῆς προσηκούσης εὐλαβείας ἀξιοῦτο. Ἐπεὶ δὲ εὐθὺς καὶ ἐν προοιμίοις συρφετώδη τινὰ ἐγκατέμιξε ταύτῃ, τὸ, « Μηδὲν τοῦ Υἱοῦ συμβαλλομένου πρὸς τὴν ἐκπόρευσιν, » καὶ τὸ, « Ἢ (1) κατὰ τὸ ἅμα τὰς προόδους εἶναι, » καὶ τὸ, « Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι δι' Υἱοῦ λέγεται, τουτέστι μετὰ τοῦ Υἱοῦ, » ἅτινα καινοφωνίαι εἰσὶ πριδήλως καὶ πόρρω τῆς τῶν διδασκάλων διανοίας, φέρε δὴ διὰ τῶν διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας τὰ ἀντιδοξοῦντα αὐτῷ προθῶμεν εἰς μαρτύριον τῆς ἀληθοῦς θεολογίας ἡμῶν· ἐκεῖθεν γὰρ ἡ τῶν δογμάτων ἀλήθεια. Φησὶ γὰρ (2) Ἀθανάσιος ὁ μέγας· « Ὅσα ἔχει τὸ Πνεῦμα, ταῦτα παρὰ τοῦ Λόγου λαβὸν ἔχει· » καὶ ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῷ κατὰ Μακεδονιανῶν τρίτῳ λόγῳ φησίν (3)· « Ἐφ' ᾧ γὰρ ἡ κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐνέργεια οὐδεμίαν ἐλάττωσιν ἢ (4) παραλλαγὴν ἔχει, πῶς ἐστιν εὔλογον, τὴν κατὰ τὸν ἀριθμὸν τάξιν ἐλαττώσεώς τινος (5) ἢ τῆς κατὰ φύσιν παραλλαγῆς οἴεσθαι σημεῖον εἶναι; Ὥσπερ ἂν εἴ (6) τις ἐν τρισὶ λαμπάσι διηρημένην βλέπων τὴν (7) φλόγα, αἰτίαν δὲ τοῦ τρίτου φωτὸς (8) ὑποθώμεθα εἶναι τὴν πρώτην φλόγα, ἐκ διαδόσεως διὰ (9) τοῦ μέσου τὸ ἄκρον ἐξάψασαν· ἔπειτα κατασκευάζει πλεονάζειν (10) ἐν τῇ πρώτῃ φλογὶ τὴν θερμασίαν, τῇ δὲ ἐφεξῆς ὑποδεδηκέναι καὶ πρὸς τὸ ἔλαττον ἔχειν τὴν παραλλαγήν, τὴν δὲ τρίτην μηδὲ πῦρ ἔτι λέγεσθαι (11), κἂν παραπλησίως καίῃ καὶ φαίνῃ καὶ πάντα τὰ τοῦ πυρὸς ἐργάζηται. » Καὶ ἀπὸ τούτου τοίνυν τοῦ ὑποδείγματος τοῦ ἁγίου δῆλον, ὡς τὸ τρίτον ἐκ τοῦ πρώτου διὰ τοῦ μέσου οὐσιωδῶς τὸ εἶναι ἔχει· ἐκ γὰρ διαδόσεως διὰ τοῦ μέσου τὸ ἄκρον ἐξάπτεσθαι εἴρηκεν. Ὁ δὲ ἱερὸς Δαμασκηνὸς ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ τῶν Θεολογικῶν, « Αὐτὸς οὖν, » φησὶν (12) (ὁ Πατὴρ δηλονότι), « Λόγου ἄβυσσος, Λόγου γεννήτωρ, καὶ διὰ Λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος· » ὅθεν δῆλόν ἐστιν, ὡς οὐ τὸ *μετὰ* τοῦ Υἱοῦ τὸ *διὰ* τοῦ Υἱοῦ σημαίνει, κἂν αὐτὸς τοῦτο διισχυρίζηται. Ἀλλ' οὐδὲ μὴν αἱ πρόοδοι ἅμα εἰσί. Καὶ βεβαιοῖ τοῦτο Γρηγόριος ὁ Θεολόγος φάσκων (13)· « Τὸ τῆς ἐκφάνσεως διάφορον ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως διάφορον καὶ τὴν κλῆσιν πεποίηκε· » δῆλον γὰρ ὡς εἰ ἅμα αἱ πρόοδοι,

A dicimus, quod si hæc fidei expositio intemeratam Patrum sequeretur doctrinam, facile et nobis videretur admittenda et digna quæ cum veneratione susciperetur. Quoniam vero statim atque in ipso exordio sublesta quædam illi immiscuit, qualia sunt ista : « Nihil Filius confert ad processionem sive secundum simul fieri progressiones », deinde, « Idcirco enim et Spiritus sanctus per Filium procedere dicitur, hoc est cum Filio, » quæ manifeste novæ sunt assertiones et longe a doctorum mente alienæ, age jam per Ecclesiæ doctores contraria ipsius sententiæ proponamus in veræ theologiæ nostræ testimonium ; exinde enim nobis dogmatum veritas fluit. Dicit namque magnus Athanasius : « Quæcunque habet Spiritus, hæc a Verbo
B habet accepta, » et Gregorius Nyssenus libro tertio contra Macedonianos ait : « In quibus enim quæ secundum bonum operatio est, nullam imminutionem aut immutationem habet ; quomodo rationi consentaneum fuerit, ordinem secundum numerum imminutionis alicujus aut secundum naturam immutationis signum esse existimare? Quemadmodum si quis in tribus lampadibus subdivisam flammam conspiciens, causam vero tertii luminis supponamus esse primam flammam ex communicatione cum medio extremum inflammantem, postmodum astrueret, in prima flamma abundare calorem, eam vero quæ subsequitur, immutari et paulatim imminui, tertiam vero nec
C ignem amplius censendam esse, licet æqua ratione adurat et splendeat, omniaque quæ sunt ignis, operetur (*a*). » Ex hoc igitur sancti exemplo manifestum est, tertium ex primo per medium essentialiter habere exsistentiam ; namque ex communicatione cum medio extremum inflammari dixit. Sanctus vero Damascenus capite tertio decimo Theologicorum, « Ipse igitur », inquit (videlicet Pater), Verbi abyssus, Verbi genitor et per Verbum revelantis et explanantis Spiritus productor, » unde apertum est, illud *per* Filium non idem significare ac *cum* Filio, etiamsi ipse (Eph.) hoc pertinaciter asserat. Sed neque progressiones sunt *simul* (*b*). Et confirmat hoc Gregorius Theologus dicens : « Apparitionis vel mutuæ habitudinis diversitas diversam quoque eorum appellationem effe-

(1) Mon. f. 115 a. Marc. f. 205 b, et.
(2) Hæc verba ex Athan. or. 3 (al. 4), c. Arian. auctor noster pariter dat ad imp. Trapez. c. 4 ; sic et Niceph. Blem. or. 2, c. 6 (G. O. I, 44, 45) ; Constant. Meliten. or. 1, n. 35 (ib. I, 742).
(3) Celeberrimus hic locus, de quo vide Maium, Nov. P. Bibl. IV, p. 20, ut ex orat. de Spirit. sanct. adv. Maced. allegatur a Becco epigr. 1 (G. O. II, 537), a Georgio Trapez. ad J. Cubul. (I, 530, 531) et ante hos a Niceph. Blem (I, 56).
(4) B cc. l. c. καί.
(5) Ἢ add. ap. Becc. et al. ; Blem., Trapez. et
D codd. nostri omittunt.
(6) Codd. nostri εἴη.
(7) πρώτην add. Becc.
(8) Becc. φωτὸς τοῦ τρίτου.
(9) Marc. δέ.
(10) Trap. κατασκευάζειν. Becc. πλεονάζων.
(11) Becc. et Blem. λογίζεσθαι.
(12) Idem textus ap. Greg. ad imp. Trap. n. 18 (infra col. 242), apud Becc. (Epig. 1 ; G. O. II, 535), Georg. Metoch. c. Manuel. c. 21 (ib. II, 1039).
(13) Naz. De Spirit. sanct. ap. Becc. Epigr. 1, et in tom. Cypr. I, n. 5 (G. O. II, 536, 224).

(*a*) Allatii versio, quæ in tribus locis fere eadem est.
(*b*) Negat *simul* esse progressiones, non spectato ordine temporis, sed ordine logico. Hac de re confer Constantinum Meliteniotam, orat. 1, c. 28 (Gr. orthod. t. II, p. 704 706).

Digitized by Google

cit; » perspicuum enim, quod si simul essent progressiones, haud dixisset diversum esse apparitionis modum. Discere idem quis poterit et clarius ex cæteris quoque Ecclesiæ theologis et doctoribus. Ait enim Athanasius libro tertio Contra Arianos : «Non Spiritus conjungit Patri Verbum, sed Spiritus a Verbo id accipit», et in epistola ad Serapionem : «Talem naturam et ordinem habet Spiritus ad Filium qualem Filius ad Patrem.» Alterum minime theologorum sententiæ expositio ista consonat; neque vox *per Filium* concordat illi voci *cum Filio :* nemo enim Sanctorum hanc exposuit theologiam. Nam si eadem est præpositio *per* cum præpositione *cum*, ut iste dicit, « Procedit Spiritus per Filium, hoc est cum Filio,» licebit dicere et vice versa, generari et Filium ex Patre per Spiritum. Quod vero præpositio *per* non significat simul procedere Filium et Spiritum, ad id probandum procedant Ecclesiæ theologi, litem dirimant et hanc perversam judicent expositionem. Ait enim Nyssenus libro primo Adversus Eunomium. « Quemadmodum conjungitur Patri Filius et, licet ex illo originem ducat, tamen secundum exsistentiam non est posterior, ita et Unigenito adhæret sanctus Spiritus, sola ratione secundum causæ rationem præ Spiritus exsistentia præintellecto.» Et Basilius divus, t. XVII, ad Amphilochium docet : «Sicut igitur se habet Filius ad Patrem, ita et ad Filium Spiritus secundum traditum a Verbo ordinem. Quod si Spiritus cum Filio una collocatur, et Filius cum Patre, collocabitur et Spiritus cum Patre.» Esse vero etiam ordinem in sancta Trinitate, quem omnes pie prædicantes custodiant oportet, ipse Basilius declarat epistola ad canonicas concludendo dicens : «Usque adeo hæc de ordine innovatio ipsius substantiæ annihilationem et fidei totius abnegationem habet. Æque ergo impium est et ad creaturas Spiritum detrudere et superiorem Filio vel Patre statuere sive secundum tempus sive secundum ordinem. » Et rursum idem epistola ad Gregorium fratrem : «Quemadmodum in catena, » inquit, «qui unius annuli summitatem apprehendit, *hoc* ipso simul et alterum insertum attrahit, ita et hic Spiritum trahit, per ipsum et Filium et Patrem simul attraxit; et Filium si quis vere apprehenderit, habebit et ipsum utrinque hinc Patrem illius, illinc Spiritum sanctum una compactum. » Hac ratione sancti distinctionem in divi-

A οὐκ ἂν ἔλεγε τὸ τῆς ἐκφάνσεως εἶναι διάφορον. Καὶ καταμάθοι ἄν τις τοῦτο καὶ τρανότερον καὶ ἐκ τῶν λοιπῶν τῆς Ἐκκλησίας θεολόγων καὶ διδασκάλων. Φησὶ γὰρ Ἀθανάσιος ἐν τῷ γ' τῶν Κατὰ Ἀρειανῶν (1) · « Οὐ τὸ Πνεῦμα συνάπτει τὸν Λόγον τῷ Πατρὶ, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦτο παρὰ τοῦ Λόγου λαμβάνει · » καὶ ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα (2) · « Τοιαύτην φύσιν καὶ τάξιν ἔχει τὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν Υἱὸν, οἵαν ἔχει ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα. » Ἥκιστα λοιπὸν τῇ τῶν θεολόγων γνώμῃ σύμφωνος ἡ ἐξήγησις αὕτη · οὐδέ γε τὸ *διὰ τοῦ Υἱοῦ* τῷ *μετὰ τοῦ Υἱοῦ* συμφωνεῖ · οὐδεὶς γὰρ τῶν ἁγίων ἐξέθετο ταύτην τὴν θεολογίαν. Εἰ γὰρ ταυτὸν ἡ *διὰ* τῇ *μετὰ*, ὡς αὐτός φησιν, ὅτι « Ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ Υἱοῦ, B τουτέστι μετὰ τοῦ Υἱοῦ, » ἔξεστι λέγειν καὶ τὸ ἀνάπαλιν, ὡς γεννᾶται καὶ ὁ Υἱὸς ἐκ Πατρὸς δι' εὐ τοῦ Πνεύματος. Ὅτι δὲ οὐ τὸ *ὁμοῦ* βούλεται ἡ *διὰ*, παρίτωσαν οἱ θεολόγοι (3) τῆς Ἐκκλησίας καὶ διακρινησάτωσαν τὴν παρεξήγησιν ταύτην. Φησὶ γὰρ ὁ Νύσσης ἐν τῷ κατ' Εὐνομίου πρώτῳ (4) · « Ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων οὐχ ὑστερίζει (5) κατὰ τὴν ὕπαρξιν, οὕτω καὶ (6) τοῦ Μονογενοῦς ἔχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν (7) τῆς αἰτίας λόγον προτεθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως · » καὶ Βασίλειος ὁ θεοφάντωρ ἐν τῷ ιζ' τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον οὕτω θεολογεῖ (8) · « Ὡς τοίνυν ἔχει ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα, οὕτω καὶ πρὸς τὸν Υἱὸν τὸ Πνεῦμα κατὰ τὴν (9) παραδεδομένην τοῦ Λόγου C σύνταξιν. Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τῷ Υἱῷ συντέτακται ὁ δὲ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, καὶ τὸ Πνεῦμα τῷ Πατρὶ δηλονότι. » Ὅτι δὲ καὶ τάξις ἐστὶν ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι, ἣν δεῖ φυλάττειν πάντα τὸν εὐσεβῶς θεολογοῦντα, ὁ αὐτὸς Βασίλειος παρίστησιν ἐν τῇ πρὸς κανονικάς (10) · φησὶ γὰρ συμπεραίνων · « Ὥστε ἡ περὶ τὴν τάξιν καινοτομία αὐτῆς τῆς ὑπάρξεως ἀθέτησιν ἔχει καὶ ὅλης τῆς πίστεώς ἐστιν ἄρνησις · ὁμοίως οὖν ἐστιν ἀσεβὲς καὶ ἐπὶ τὴν κτίσιν καταγαγεῖν καὶ ὑπερτιθέναι αὐτὸ ἢ Υἱοῦ ἢ Πατρὸς, ἢ κατὰ (11) χρόνον ἢ κατὰ τὴν τάξιν (12) · » καὶ αὖθις ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς τὸν ἀδελφὸν Γρηγόριον (13) φησίν · « Ὥσπερ ἐξ ἁλύσεως ὁ τοῦ ἑνὸς ἄκρου ἁψάμενος καὶ τὸ ἕτερον ἄκρον συνεπεσπάσατο, οὕτως ὁ τὸ Πνεῦμα ἑλκύσας δι' αὐτοῦ καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸν Πατέρα συνεφιλκύσατο · καὶ τὸν Υἱὸν ἀληθῶς ὅστις (14) λάβῃ, ἕξει αὐτοῦ ἑτέρωθεν ποῖ (15) μὲν τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, ποῖ δὲ τὸ ἅγιον Πνεῦμα συνεπαγόμενον. » Οὕτως οἱ ἅγιοι τὴν διάκρισιν ἐπὶ τῶν θείων προσώ-

(1) Apud Becc. Epigr. IV (G. O. II, 550), dicitur oratio 4. Cf. et Constantin. Meliten. (ibid. 733).
(2) Ep. I ad Ser. Becc. Epigr. IV. G. O. II, 552.
(3) Verba οἱ θεολόγοι — διεκρινησάτωσαν (sic) in Cod. Mon. prius omissa posterior manus margini adscripsit.
(4) Becc. de un. Eccl. de proc. Sp. sanct. Epigr. I (G. O. I, 129, 248, 249 ; II, 521). Greg. ad imp. Trap. c. 20 (infra col. 246).
(5) Mon. ὑστερίζῃ.
(6) πάλιν add. apud Greg. l. c. et Becc. Epigr. I. De proc. Spirit. sancti.
(7) Τὸν omitt. Cod. Mon. et Marc.; habet Becc. l. c.
(8) Becc. Epigr. IV, l. c. p. 552, 553.
(9) Apud Becc. l. c. additur, Ἐν τῷ βαπτίσματι.
(10) Epigr. IV, l. c. p. 556.
(11) Τὸν χρόνον Becc. l. c.
(12) Cf. de hac Bas. disputatione Constant. Meliten. orat. I n. 55 (G. O. III, 725, 726).
(13) Becc. Epigr. IV (ib. p. 556, 557).
(14) Becc. εἴ τις.
(15) Becc. πῇ — πῇ.

Digitized by Google

πων θεολογοῦσι καὶ τὸ τῆς φύσεως ἀδιαίρετον ὁμολογοῦσι. Καὶ ὁ Νύσσης Γρηγόριος (1) · « Τὸ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα ἐν ᾧ μόνον διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν, τῷ (2) τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου · καὶ τοῦ ἐξ αἰτίας ὄντος ἄλλην πάλιν διαφορὰν ἐννοοῦμεν · τὸ μὲν γάρ ἐστι προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου · ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ μένειν καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν (3), τῆς τοῦ Υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν Πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης. » Διὸ καὶ ἡμεῖς μεσιτείαν Υἱοῦ κατὰ τὰς τῶν Πατέρων γραφὰς ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι πρεσβεύοντες, οὐ κατά τι διάστημα τοπικὸν, οὐδὲ κατὰ τὰ συναπτόμενα ἐν ὕλῃ καὶ πάχει σωματικῷ φρονοῦμεν αὐτὴν, ἀλλὰ κατ' ἀξίαν τῆς ἄυλου ἐκείνης οὐσίας, ἥτις εἰς τρία ἄυλα μὲν, ἐνυπόστατα δὲ πρόσωπα διαιρεῖται · συνάπτεται γὰρ ἐν τῷ διαιρεῖσθαι, καὶ διαιρεῖται ἐν τῷ συνάπτεσθαι. Καὶ οὐδὲ ἑαυτὸν αἰδεῖται ὁ τίμιος οὗτος Ἐφέσου τὸν ἅγιον Νύσσης μετὰ μικρὸν προφέρων λέγοντα, ὅτι « Ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος οὔτε ἔστιν, οὔτε λέγεται · οὐδὲ ἀντιστρέφει ἡ σχετικὴ αὕτη ἀκολουθία. » Διὰ τοῦτο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰκὼν λέγεται τοῦ Υἱοῦ, ὡς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος· ἐξ οὗ λαβὼν καὶ Βασίλειος ὁ μέγας ταυτὸ ἔφησε · καὶ Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῷ εἰς τὸν ἅγιον Βασίλειον κανόνι · « Εἰκὼν τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα πέφυκεν · » ὡσαύτως καὶ οὐσιώδης καὶ φυσικὴ ἐνέργεια τοῦ Υἱοῦ λέγεται παρὰ τῶν ἁγίων τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ · ὁ δὲ Υἱὸς οὔτε εἰκὼν λέγεται τοῦ Πνεύματος οὔτε δύναμις οὔτε ἐνέργεια φυσικὴ καὶ οὐσιώδης, οὔτε ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱός. Οὐκοῦν οὔτε τὸ *ἅμα*, ὅπερ ὁ Ἐφέσου φησὶν, οὔτε τὸ *διὰ τοῦ Υἱοῦ* ἀντὶ τοῦ (4) *μετὰ τοῦ Υἱοῦ* ἢ σὺν τῷ Υἱῷ δυνηθείη ἂν ἀποδειχθῆναι εἰρημένον παρὰ τῶν ἁγίων, καὶ ταῦτα πολλῶν ἁγίων κηρυττόντων, καὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας (καὶ) οἰκουμενικῆς συνόδου, τὸ « ἐκ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον. » Ἀλλ' ἀρκεῖν ἡγοῦμαι τὰ προειρημένα πρὸς ἀπόδειξιν, ὡς τὸ *διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον* οὐ μετὰ τοῦ Υἱοῦ ἢ σὺν τῷ Υἱῷ ἐκπορευόμενον δηλοῖ, διά τε τοῦ διαφόρου τρόπου τῆς ὑπάρξεως, καὶ ὡς οὐ διάκρισιν δηλοῦσι ταῦτα, ἀλλ' ἕνωσιν καὶ οὐ τάξιν (5).

nis personis prædicant et naturam divisionis expertem confitentur. Et Gregorius Nyssenus ait : « Immutabilem et per omnia similem naturam confitentes, discrimen causæ et causati non inficiamur, in quo solum disjungi alterum ab altero deprehendimus, cum credamus, hoc quidem causam esse, illud autem ex causa, et illius, quod ex causa est, aliud rursus discrimen comprehendimus ; namque hoc quidem est immediate a primo, illud vero per id, quod contigue et immediate est ex primo, adeo ut Unigeniti natio absque dubio in Filio permaneat et ex Patre esse Spiritum nulli dubium sit, Filio, qui medius est, sibi ipsi Unigeniti rationem conservante et Spiritum a naturali ad Patrem habitudine minime arcente. » Idcirco et nos, mediationem Filii secundum Patrum scripta in sancta Trinitate asserentes, neque secundum localem quamdam distantiam, neque secundum ea, quæ in materia et corporum crassitie copulantur, eam intelligimus (*a*), verum secundum dignitatem substantiæ illius omnis materiæ expertis, quæ in tres personas immateriales et subsistentes distinguitur. Conjungitur enim in distinctione et in conjunctione distinguitur. Verum neque seipsum veretur honorabilis iste Ephesinus antistes post pauco sanctum Nyssenum adducens ita dicentem : « Filius Spiritus sancti neque est neque dicitur ; neque contra vertitur relativa ista consequentia (*b*). » Propterea Spiritus sanctus imago Filii dicitur, ut ait divus Apostolus; ex quo desumptum idem dicit magnus Basilius, et Joannes Damascenus in canone in sanctum Basilium ait : « Imago Patris est Filius, et imago Filii Spiritus exsistit. » Eodem pacto et substantialis ac naturalis Filii operatio dicitur penes SS. Patres Spiritus sanctus, et ex essentia Filii ; Filius autem neque imago Spiritus dicitur neque virtus neque operatio (*c*) naturalis et substantialis, neque ex essentia Spiritus Filius. Quamobrem neque simultaneam progressionem quam dicit Ephesius, neque phrasis *per Filium* pro locutione *cum Filio* adhibitam unquam apud SS. Patres fuisse poterit ostendere, cum tamen « Spiritum ex Patre per Filium procedere » multi Patres prædicent, et ipsa sancta et œcumenica synodus. Verum sufficere censeo ea quæ dicta sunt ad demonstrandum locutionem *per Filium procedere* non significare procedere cum Filio vel una cum Filio (*d*), tum per (propter) diver-

(1) Nyss. lib. ad Ablab. Opp. II, p. 459. Hoc testimonio utuntur Niceph. Blem. orat. 2, c. 13 (G. O. I, 55, 56) ; Becc. de un. Eccl. de proc. Sp. S. c. 7. Epigr. (ib. I, 120, 293 ; II, 536, 537). Expositio fidei a Gregorio P. IX ad Germanum patriarcham missa (apud Combefis. Opp. S. Maximi, t. II, p. 691).

(2) Ita G. O. II, 536 ; I, 120, 293 ; codd. nostri τὸ legunt.

(3) Cod. Mon. ἀναμφιβάλλειν.

(4) Mon. f. 117 a, τό.

(5) Hæc postremo corrupta esse videntur ; pari tamen modo ut in Monac. leguntur et in cod. Marciano f. 207 b.

(*a*) De his fuse Becc. de process. Spirit. sancti, c. 7, n. 2 seq. (G. O. I, 292 seq.).

(*b*) Allat. in G. O. II, 952, 979, habitualis ista sequela ; ib. I, 143. II 993 : et correlativa hæc series non convertitur.

(*c*) Cf. de his Becc. Epigr. III, G. O. II, 548 ex Cyrillo Alex.

(*d*) Vide de hac re Demetrium Pepanum Opp. ed. Rom. t. I, p. 559 seq.

Digitized by Google

sum exsistentiæ modum, tum quia non distinctionem ista significant, sed unionem, et non ordinem.

EPHES. (II).

Exinde et Spiritus quidem Filii dicitur, quia ei secundum naturam proprius est et per ipsum apparet et datur hominibus; Filius autem Spiritus neque est neque dicitur teste Nysseno Gregorio.

RESP. (II).

mum Maximum ostensum est, occidentales sanctos ita loqui. An eas quæ dicunt *ex essentia Filii*, quæ *ex ambobus essentialiter*, et quod *profunditur et prodit ex Patre et Filio Spiritus sanctus*? Sed hæc Cyrilli ac doctorum Ecclesiæ locutiones sunt. Verum et magnum Athanasium audimus dicentem, Filium esse Spiritu majorem eique æqualem, et hoc credimus atque confitemur. Ait enim oratione tertia (*a*) contra Arianos, cujus initium : « Hæreses, quæcunque contra veritatem : »—« Talia itaque Judæis dixit Dominus tanquam homo ; discipulis vero deitatem et magnitudinem suam ostentans, non minorem semetipsum Spiritu, sed majorem et æqualem significans elargiebatur Spiritum dicebatque : *Ego eum mittam*, et : *Ille me clarificabit, et quæcunque audiet, loquetur.* » Illud *majus* Basilius Magnus in controversa Scripturæ loca ita exponit : « Vel magnitudine vel tempore vel dignitate vel ut causa majus aliquid dicitur. » Et Gregorius Nyssenus libro tertio (*b*) contra Eunomium, cujus initium : « Fieri, ut videtur, non potest, ut quis de omnibus bene mereatur, » dicit : « Si temporalem quamdam intercapedinem hypostasi Unigeniti anteponeret, qui Patrem sola principii ratione Filio præintelligit, jure censeri posset doctrina de Filii æternitate in periculum vocari. » Et nonnullis interjectis : « Quemadmodum enim Patri Filius conjungitur, et cum ex illo originem ducat, existentia tamen posterior non est : ita rursum Spiritus sanctus ad Unigenitum se habet, adeo ut sola cogitatione secundum causæ rationem ipse prius quam Spiritus sancti hypostasis concipiatur. » Hæc nos et credimus et prædicamus ; et si ipse hæc vult repudiare, repudiet ; puto enim equidem, neque nos aliter confitentes dicet, neque has abnegabit voces ipse, si divinis Patribus velit consentire. Nos enim sanctorum doctorumque theologicis institutionibus inhæremus easque ex integro retinemus, et sacra eorum dem dogmata sequimur, nullo prorsus modo aliter credere volentes, quam sicut docuerunt Patres, Ecclesiæ lumina et doctores, dogma antiquum et a majoribus traditum firmiter retinentes, licet aliter dicant ii qui nobis maledicunt ac nostras doctrinas irrisui habent.

ΕΦΕΣΟΥ.

Καὶ συμφωνῶν (4) τῷ ἁγίῳ Δαμασκηνῷ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐ λέγω, κἂν ὁστισοῦν ἕτερος τοῦτο λέγειν δοκῇ.

EPHES. (CAP. XII).

Et concordans sancto Damasceno *ex Filio Spiritum non dico*, licet alius qualiscunque tandem id dicere videatur.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Καὶ μάλιστά γε ἡμεῖς τῷ ἁγίῳ Δαμασκηνῷ συμ-

APOLOGIA.

Sancto Damasceno maxime nos in omnibus

(1) Joan. xv, 26 ; xvi, 13, 14.

(2) Confer et alium Basilii locum, l. 1 c. Eunom. a Constantino Meliteniota, orat. 1, n, 58 (Gr. orth. t. II, p. 750) allatum.

(3) Al. textus habet, ὑπερτίθει.

(4) In Monac. 256, f. 124 b; συμφωνῶ habet Mon. 27 f. 134 a.

(*a*) Est oratio prima § 50, ed. Montfaucon. Primam dicit etiam Beccus, qui epigr. 13 (Gr. orth. t. II, p. 650) et alibi eadem plane ratione hunc celeberrimum textum protulit. De quo uberius disputavimus in Animadversionibus ad Photii librum de Spirit. sanct. mystagogia, cap. 4, § 23.

(*b*) Apud Beccum epigr. 1 (Gr. orth. t. II, p. 524), lib. 1.

Digitized by Google

concordamus ejusque theologiam amplectimur. Ex Filio enim Spiritum procedere neque dicimus, neque unquam dicemus, sed ex Patre et ex Filio, atque ex Patre per Filium. Etenim dicere Spiritum sanctum ex Filio, et non præmittere dictionem *ex Patre*, causam principalem esse Filium subindicat, quod Eunomius prædicabat, sicuti dictionem ex *solo Patre* Nestorius. Hic autem sanctus per medium harum duarum suppositionum incedens neque ex Filio dicit, neque ex solo Patre, sed ex Patre per Filium. Atque ex hoc utriusque partis sententiæ conteruntur, quemadmodum in superioribus diffusius explicavimus, neque nunc oportet eadem repetere. Nam formula *ex Filio* utebatur Eunomius, seperans inde Spiritum a Patre, ut divus Basilius probat libris suis contra eumdem; dictionem vero *ex Patre per Filium* et *ex Patre et Filio* cum copulativa conjunctione *et* bene ac recte explanat, qui id dicit, paternam hyposlasim fontem esse sancti Spiritus, et ex hoc fonte esse Filium sancti Spiritus fontem, sicut magnus Athanasius libro de Incarnatione Verbi ait: « Novit siquidem apud Patrem Filium esse fontem Spiritus sancti. » Ac Gregorius Theologus oratione de Spiritu sancto docet, Patrem oculo, Filium fonti, sanctum vero Spiritum fluvio comparari ac similiter se habere. Ait enim: « Enimvero cum mentis curiositate multum diuque mecum considerassem atque orationem undequaque explorarem, rei tantæ imaginem quamdam exquirens, cui tandem rerum inferiorum divina illa natura comparanda sit, reperire non potui. Quamvis enim exiguam aliquam similitudinem invenerim, major tamen pars me fugit, humique me cum meo exemplo reliquit. Oculum quemdam et fontem ac fluvium mihi proposui, quemadmodum alii quoque, ut viderem, num Pater cum oculo, Filius cum fonte, Spiritus sanctus cum fluvio proportione quadam conveniret. Hæc enim nec tempore discernuntur, nec ob continuitatem a se invicem abrumpuntur, ac tribus insuper proprietatibus quodammodo scindi videntur, » et quæ sequuntur.

φωνοῦμεν ἐν ἅπασι καὶ τὴν αὐτοῦ θεολογίαν ἐνστερνιζόμεθα. Ἐκ τοῦ Υἱοῦ γὰρ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι οὔτ' εἴπομεν οὔτε μὴν ἐροῦμεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ (1), καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ. Τὸ γὰρ λέγειν τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καὶ μὴ προηγούμενον ἔχειν τὸ *ἐκ τοῦ Πατρός*, ἀρχικὸν αἴτιον τὸν Υἱὸν παρεμφαίνει, ὅπερ Εὐνόμιος ἐκήρυττεν, ὥσπερ τὸ *ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς* Νεστόριος. Ὁ δὲ ἅγιος διὰ μέσου τῶν δύο ὑπολήψεων χωρῶν (2) οὔτε ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγει, οὔτε ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ· καὶ ἐκ τούτων ἀμφοτέρων αἱ δόξαι συντρίβονται, καθὼς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν πλατύτερον διασαφήσαμεν, καὶ οὐ δεῖ τὰ αὐτὰ ἀνακυκλεῖν. Τὸ γὰρ *ἐκ τοῦ Υἱοῦ* Εὐνόμιος ἔλεγεν, ἀφαιρῶν τοῦτο ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, ὡς ὁ θεῖος Βασίλειος ἀποδείκνυσιν ἐν τοῖς Ἀντιῤῥητικοῖς· τὸ δὲ *ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ* καὶ *ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ* μετὰ τοῦ *καὶ* συμπλεκτικοῦ συνδέσμου μάλα καλῶς διασαφεῖ ὁ τοῦτο λέγων, ὡς ἡ πατρικὴ ὑπόστασις πηγή ἐστι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ἐκ ταύτης τῆς πηγῆς ἔστιν ὁ Υἱὸς πηγὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς ὁ Ἀθανάσιος ὁ μέγας ἐν τῷ Περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας· « Οἶδε γὰρ, φησὶ, παρὰ Θεῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν τὴν πηγὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος (3). » Καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγῳ τὸν μὲν Πατέρα ὀφθαλμῷ, τὸν δὲ Υἱὸν πηγῇ, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα ποταμῷ ἀναλόγως ἔχειν· φησὶ γάρ (4)· « Ὡς ἐγωγε πολλὰ διασκεψάμενος πρὸς ἐμαυτὸν τῇ φιλοπραγμοσύνῃ τοῦ νοῦ καὶ πανταχόθεν τὸν λόγον εὐθύνας καὶ ζητῶν εἰκόνα τινὰ τοσούτου πράγματος, οὐκ ἔσχον, ᾧ τινι χρὴ τῶν κάτω τὴν θείαν φύσιν παραβάλλειν (5)· κἂν γὰρ μικρά τις ὁμοίωσις εὑρεθῇ, φεύγει τὸ πλεῖον, ἀφέν με κάτω μετὰ τοῦ ὑποδείγματος· ὀφθαλμόν τινα καὶ πηγὴν καὶ ποταμὸν ἐνενόησα (καὶ γὰρ καὶ ἄλλοι) μὴ τῷ μὲν ὁ Πατὴρ, τῷ δὲ ὁ Υἱὸς, τῷ δὲ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἀναλόγως ἔχῃ (6). Ταῦτα γὰρ οὔτε χρόνῳ διέστηκεν, οὔτε ἀλλήλων ἀπέῤῥηκται τῇ συνεχείᾳ, καὶ (7) δοκεῖ πως τρισὶν ἰδιότησι τέμνεσθαι, » καὶ τὰ ἑξῆς.

EPHES. (CAP. XIII).

Neque dico Filium Spiritus sancti causam neque productorem, ne secundum principium in Trinitate et exinde duæ causæ duoque principia intelligantur.

ΕΦΕΣΟΥ.

Οὔτε λέγω τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος αἴτιον οὐδὲ (8) προβολέα, ἵνα μὴ δεύτερος αἴτιος ἐν τῇ Τριάδι, κἀντεῦθεν δύο αἴτιοι καὶ δύο ἀρχαὶ γνωρισθῶσι.

APOLOGIA.

Paulus apostolus atque inclytus Athanasius rationem reddent, ille in epistola ad Thessalonicenses, hic in ejus explanatione oratione secunda contra Arianos. Paulus quidem ait: *Ipse autem*

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Παῦλος ὁ ἀπόστολος σὺν τῷ κλεινῷ Ἀθανασίῳ τὸν λόγον ἀποδώσουσιν, ὁ μὲν ἐν τῇ πρὸς Θεσσαλονικεῖς Ἐπιστολῇ, ὁ δὲ ταύτην ἐξηγούμενος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν δευτέρῳ· ὧν ὁ μέν φησιν· *Αὐτὸς*

(1) Mon. 27, f. 134 a omittit verba ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ.

(2) Mon. cit. χορῶν.

(3) Levi verborum discrimine idem textus allegatur a Becco in Camat. Animadv. c. 8, et Constantino Meliteniota, orat. 2 n. 37 (Gr. orth. t. II, p. 304, 305, 747), et alias passim.

(4) Greg. Naz. orat. 37, p. 611 ed. Billii, nunc orat. 31. Eo loco utuntur Isaias Cypr. ep. ad Nicol. Scleg.; Constant. Meliten. orat. 1 n. 29; Georg. Metoch. c. Max. Planud. (Gr. orthod. t. I, p. 397, 398; t. II, p. 706, 707, 941).

(5) Παραβαλεῖν in ed. Greg.

(6) Cod. Mon. ἔχειν.

(7) Bdl. κἂν.

(8) Monac. 256, f. 124 b omitt. duas voces αἴτιον οὐδέ.

Digitized by Google

δὲ ὁ Θεὸς Πατὴρ καὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς κατευθύναι (1) τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς (2)· τὴν ἑνότητα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐφύλαξεν· οὐ γὰρ εἶπε· *κατευθύναιεν* (3), ὡς παρὰ δύο διδομένης, παρὰ τούτου καὶ τούτου, διπλῆς χάριτος (4), ἀλλὰ *κατευθύναι* ἵνα δείξῃ, ὡς ὅτε Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς (5) δίδωσι ταύτην. » Οὐκοῦν ὥσπερ οὗτοι οἱ ἅγιοι οὐ συναλείφουσι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, οὐδ' ἡμεῖς διὰ τὸ λέγειν ἓν αἴτιον τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν. Ἔτι πέμπει μὲν ὁ Πατὴρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πέμπει δὲ καὶ ὁ Υἱὸς, ἀλλ' οὐ δύο εἰσὶν οἱ πέμποντες, ἵνα καὶ δύο ἀρχαὶ νομισθῶσι καὶ δύο τὰ αἴτια. Ἀλλὰ καὶ ἃ λέγει Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, « Ἀξίωμα ἔχει ὁ πέμπων πρὸς τὸν πεμπόμενον, » κατὰ τί τὸ ἀξίωμα νοήσομεν? Φησὶ γὰρ ἐν τῷ περὶ τοῦ Πνεύματος λόγῳ (6)· « *Ἐρωτήσω τὸν Πατέρα καὶ ἄλλον Παράκλητον πέμψει ὑμῖν, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας* (7)· ἵνα μὴ ἀντίθεος εἶναι δόξῃ (8) καὶ ὡς ἀπ' ἄλλης τινὸς ἐξουσίας ποιεῖσθαι τοὺς λόγους· εἶτα· *Πέμψει* μὲν, *ἐν* δὲ τῷ *ὀνόματί μου*· τὸ *ἐρωτήσω* παρεὶς, τὸ *πέμψει* (9) τετήρηκεν· εἶτα *πέμψω* (10) τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα· εἶτα *ἥξει* (11) ἡ τοῦ Πνεύματος ἐξουσία. » Τὸ ἀξίωμα οὖν οὐδὲν ἄλλο λέγεται παρὰ τῶν διδασκάλων ἡ ἀρχὴ, ἡ αἰτία, καθὼς ὁ ἱερὸς Χρυσόστομος ἐν τῇ λθ' ὁμιλίᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην φησίν· ὥς (τινων) ἀπὸ τῶν Ἀρειανῶν ἐρωτώντων. Καὶ πῶς τῆς αὐτῆς οὐσίας ὁ πέμπων καὶ ὁ πεμπόμενος; ἀποκρίνεται· « Πάλιν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπινα καταφέρεις τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι ταῦτα δι' οὐδὲν εἴρηται, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν αἴτιον ἴδωμεν, καὶ εἰς τὴν τοῦ Σαβελλίου μὴ καταπέσωμεν (12) νόσον. » Ἀλλά τι καὶ μικρὸν προθῶμεν ἐκ τοῦ θείου Αὐγουστίνου σύμφωνον ὂν περὶ τῆς πέμψεως τῷ τοῦ θαυμασίου Γρηγορίου. Φησὶ γὰρ ἐν τῇ τετάρτῳ βίβλῳ (περὶ (13) Τριάδος) κεφαλαίῳ εἰκοστῷ· « Οὐδὲ γὰρ μάτην τὸ αὐτὸ Πνεῦμα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ Πνεῦμα λέγεται, οὕτε μὴν συνορῶ, τί ποτε ἕτερον σημᾶναι ἠβούλετο, ἡνίκα ἐμφυσήσας εἰς τὸ πρόσωπον τῶν μαθητῶν εἶπε· *Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον*· οὐδὲ γὰρ τὸ σωματικὸν ἐκεῖνο ἐμφύσημα σὺν αἰσθήσει τοῦ σωματικῶς θιγγάνειν πρεῖον (14) ἐκ τοῦ στόματος ἡ οὐσία τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἦν, ἀλλ' ἔνδειξις διὰ καταλλήλου δηλώσεως, μὴ μόνον ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. » Καὶ μετά τινα· « Καὶ ὅπερ ὁ Κύριός φησιν· *Ὃν ἐγὼ ὑμῖν πέμψω παρὰ τοῦ Πατρός*, δείκνυσι τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὂν καὶ τοῦ Υἱοῦ. Καὶ γὰρ εἰπὼν, *ὃν πέμψει ὁ Πατὴρ*, προσέθηκεν, *ἐν τῷ ὀνόματί μου*· οὐ μέντοι εἶπεν· *Ὃν*

Deus et Pater et Dominus Jesus Christus dirigat viam nostram ad vos. (Athanasius vero addit): « His verbis unitatem Patris et Filii servavit. Nam non dixit: *dirigant*, quasi duplex gratia a duobus, nempe ab illo et illo, daretur, sed *dirigat*, ut illam a Patre et Filio dari significaret. » Itaque sicut sancti isti non contraxerunt in unam personam Patrem et Filium, ita nec nos, eo quod dicimus unum principium Patrem et Filium esse. Preterea mittit Pater Spiritum sanctum, mittit eum quoque Filius, sed non duo sunt mittentes, ne duo existimentur principia et duæ causæ. Sed et quod dicit Gregorius Theologus: « Dignitatem habet mittens præ misso, » quomodo in eo dignitatem intelligemus? Ait enim in oratione de Spiritu sancto: « *Ego rogabo Patrem, et alium Paracletum mittet vobis, Spiritum veritatis*, quæ quidem verba dixit (Salvator), ne adversarius quisquam Deus esse aut quasi ab alia quadam potestate sermonem facere videretur. Postea *mittet* quidem, inquit, *caterum in nomine meo*; hic omisso *rogandi* verbo *mittendi* verbum retinuit. Mox dicit: *mittam*, ut propriam dignitatem ostendat; tum denique: *veniet*, quo verbo Spiritus potestas indicatur. » Dignitas igitur apud doctores nihil aliud dicitur, quam principium vel causa, sicut sacer Chrysostomus homilia tricesima nona in Joannis Evangelium ait tanquam quibusdam ab Arianis interrogantibus: Et quomodo ejusdem substantiæ sunt mittens et missus? respondet: « Rursum ad humanas res sermonem demittis et non intelligis, hæc ob nihil aliud dici, nisi ut consentem videamus, neve in Sabellii morbum incidamus. » Verum brevem quoque textum proferamus ex divo Augustino, qui mirabilis Gregorii verbis circa missionem omnino concordans est. Dicit enim libro quarto (De Trinitate) capite vicesimo: « Neque enim frustra idem Spiritus Patris et Filii Spiritus dicitur. Nec video, quid aliud significare voluerit, cum sufflans in faciem discipulorum ait: *Accipite Spiritum sanctum*. Neque enim flatus ille corporeus cum sensu corporaliter tangendi procedens ex ore substantia Spiritus sancti fuit, sed demonstratio per congruam significationem, non tantum a Patre, sed et a Filio procedere Spiritum sanctum. » Et nonnullis interjectis: « Et quod Dominus dicit: *Quem ego mittam vobis a Patre*, ostendit Spiritum Patris esse et Filii. Namque dicendo: *Quem mittet Pater*,

(1) Κατευθῆναι habet Mon. 27 f. 134 b.
(2) I Thessal. 3, 11. Hic excidisse videntur verba: ὁ δὲ ἐξηγεῖται οὕτως, vel similia; sequuntur enim immediate Athanasii verba orat. 3 c. Arianos, n. 11 (Opp. t. I, p. 561, ed. Paris., 1698).
(3) Ed. Athan. κατευθύνοιεν.
(4) Monac. omitt. διπλῆς χάριτος.
(5) Athan. ed. ὅτι ὁ Πατὴρ δι' Υἱοῦ.
(6) Greg. Naz. orat. cit. p. 608 ed. vet.
(7) Joan. xiv, 16, 17.
(8) Τις addunt edita.
(9) Mon., πέμψειν. Locus est Joan. xiv, 26 (cf. xvi, 7).
(10) Joan. xv, 26.
(11) Joan. xvi, 8, 13.
(12) Mon., καταπέσομεν.
(13) Titulum operis omisit Gregorius. Eumdem textum adducit libro ad imp. Trapez. c. 20 (*infra col.* 246).
(14) Marc. f. 224 b, προῖών.

Digitized by Google

adjecit *in nomine meo;* non tamen dixit : Quem mittet Pater a me quomodo dixit : *Quem mittam vobis a Patre*, ostendens, totius divinitatis, vel ut rectius dicam deitatis Patrem principium esse. » Ac magnus Basilius in sermone *De fide*, cujus est initium : « Dei boni gratia, » versus finem ait : « Neque Spiritu sancto a semetipso faciente quidquam, atque Patre quidem mittente Filium, Filio vero mittente Spiritum sanctum. Ita sentimus, et ita credimus in Trinitatem consubstantialem. » Et libro quinto apostolicarum Constitutionum, capite decimo : « Unum Deum unius Filii Patrem, non plurium unius Paracleti per Christum, aliorum vero ordinum creatorem, unum conditorem, diversæ creaturæ per Christum factorem. » Videlicet utrumque dicitur *per Christum*. Qui igitur dicunt, præpositionem *par* loco *cum* poni, num dicent utrumque hoc in loco cum Christo? Quomodo omnino possunt ista discernere? An vero dicent virus a Spiritu sancto illuminatos hanc theologiam ignorasse et ipsum sapientissimum Clementem? Puto neminem eorum qui veritati adhærent id dicturum.

A

B

EPHES. (CAP. XIV).

Neque enim essentialis hoc loco causa intelligitur, ita ut communis et in tribus personis existat. Et propterea duo principia nullo umquam pacto Latini effugient, quandiu Filium dixerint sancti Spiritus principium. Sed principium personale est et personas distinguens. Igitur secundum ista obsequens sanctis et œcumenicis septem synodis et a Deo illustratis Patribus, qui in iisdem claruerunt, *Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem*, et quæ sequuntur in symbolo.

C

APOLOGIA.

Essentialis, inquit, hoc loco causa non est. Et vere. Nam si esset essentialis, etiam communis foret. Sed neque personale quid est, ut progrediens sermo manifestabit. Quid igitur dicet de Patre et de mittente? Hæc enim non convertuntur et duo sunt; duo ergo erunt per ipsum principia Pater et mittens. Puto eum nec hoc dicturum, si vera sentire ac dicere velit; neque enim sufficiet dicere mittentem non causam esse ejus qui mittitur. Verum de his satis. Puto autem neque hypostaticum eum dicturum causam, sicut et antea dictum est. Etenim ipse hypostases servabit, quemadmodum et Dominus tradidit qui sacrosanctæ Trinitatis mysterium nos docuit in salutaris baptismi traditione, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti discipulos baptizare jubens, ac per verba *in nomine* unam essentiam indicans, per adjecta vero *Patris et Filii et Spiritus sancti* proprietates ostendit.

D

(1) Marc. sic recte habet; Mon. 27, f. 135 b. θεότητος.
(2) Hæc postrema allegat Constant. Meliten. prat. 1, n. 35 (Gr. orth. t. I, p. 743).

πέμψει ὁ Πατὴρ παρ' ἐμοῦ, ὃν τρόπον εἶπεν· *Ὃν πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρός*, δεικνὺς, ὡς ὅλης τῆς θειότητος (1), ἢ βέλτιον φάναι, ὡς ὅλης τῆς θεότητος ὁ Πατήρ ἐστιν ἀρχή. » Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐκ τοῦ *Περὶ πίστεως* λόγου, οὗ ἡ ἀρχή· « Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτι, » περὶ τὸ τέλος φησί· « Μήτε τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀφ' ἑαυτοῦ λαλοῦντος, μήτε τοῦ Υἱοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ τι ποιοῦντος, καὶ τοῦ μὲν Πατρὸς πέμποντος τὸν Υἱὸν, τοῦ δὲ Υἱοῦ πέμποντος τὸ ἅγιον Πνεῦμα (2), οὕτω φρονοῦμεν καὶ οὕτω πιστεύομεν εἰς Τριάδα ὁμοούσιον. » Καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ τῶν ἀποστολικῶν Διατάξεων, κεφαλαίῳ δεκάτῳ· « Ἕνα Θεὸν ἑνὸς Υἱοῦ Πατέρα, οὐ πλειόνων ἑνὸς Παρακλήτου διὰ Χριστοῦ· τῶν δὲ ἄλλων ταγμάτων ποιητήν· ἕνα δημιουργὸν, διαφόρου κτίσεως (3) διὰ Χριστοῦ ποιητήν. » Ἀμφότερα γάρ φασι *διὰ Χριστοῦ*. Οἱ γοῦν λέγοντες τὴν *διὰ* ἀντὶ τῆς *μετὰ* καὶ *σὺν*, καὶ ἀμφότερα ταῦτα μετὰ Χριστοῦ φήσουσιν ἢ σὺν τῷ Χριστῷ; Πῶς ὅλως ἔχουσι διαστεῖλαι ταῦτα; Ἢ ἠγνοηκέναι φήσουσι τοὺς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐλλαμφθέντας (4) τὴν θεολογίαν ταύτην καὶ τὸν σοφώτατον Κλήμεντα; Οἶμαι οὐδένα τῶν τῆς ἀληθείας ἐχομένων τοῦτο ἐρεῖν.

ΕΦΕΣΟΥ.

Οὐδὲ γὰρ οὐσιῶδες ἐνταῦθα τὸ αἴτιον, ἵνα κοινὸν καὶ ἐν τοῖς τρισὶ προσώποις ὑπάρχῃ (5). Καὶ διὰ τοῦτο τὰς δύο ἀρχὰς οὐδαμῇ οὐδαμῶς οἱ Λατῖνοι φεύξονται, μέχρις ἂν τὸν Υἱὸν λέγωσιν ἀρχὴν τοῦ Πνεύματος· ἡ δὲ ἀρχὴ προσωπικόν ὑπάρχει καὶ διακρῖνον τὰ πρόσωπα. Κατὰ πάντα τοίνυν ἑπόμενος ταῖς ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς ἑπτὰ συνόδοις καὶ τοῖς ἐν αὐταῖς διαλάμψασι θεοφόροις Πατράσι « Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, » καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ συμβόλου.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Οὐσιῶδες ἐνταῦθα τὸ αἴτιον οὐκ ἔστι, φησί· καὶ ἀληθῶς. Εἰ γὰρ οὐσιῶδες, καὶ κοινὸν ἂν ἦν· ἀλλ' οὐδὲ προσωπικὸν, ὡς προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει. Τί οὖν ἐρεῖ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ πέμποντος; Ταῦτα γὰρ οὔ τε ἀντιστρέφει καὶ δύο εἰσί· δύο γοῦν ἔσονται κατ' αὐτὸν ἀρχαὶ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ πέμπων· οἶμαι οὐδὲ τοῦτο ἐρεῖ, εἰ τἀληθῆ βούλεται φρονεῖν καὶ λέγειν· οὐ γὰρ ἀρκέσει λέγειν τὸν πέμποντα μὴ αἰτίαν εἶναι τοῦ πεμπομένου; Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἄλις. Ἀλλ' οἶμαι οὐδ' ὑποστατικὸν φαίη ἄν, ὡς καὶ προείρηται· καὶ γὰρ αὐτὸς τὰς ὑποστάσεις φυλάξει, ὡς καὶ ὁ Κύριος παρέδωκεν ὁ τὸ τῆς Τριάδος ἡμῖν παραδοὺς μυστήριον ἐν τῇ τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος παραδόσει, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος βαπτίζειν εἰπών, διὰ μὲν τοῦ *εἰς ὄνομα* εἰπεῖν τὴν μίαν οὐσίαν ἐμφαίνων, διὰ δὲ τοῦ ἐπαγαγεῖν *Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος* τὰς ἰδιότητας δεικνὺς,

(3) In Monac. rasura; verba sunt ex Marc.
(4) Marc. f. 225 a, ἐλλαφθέντας.
(5) Mon. 27, ὑπάρχει. Recte Mon. 256, f. 125 a.

Digitized by Google

καθ' ἃς τὰ πρόσωπα ὑφίσταται κατὰ τὰς ἑαυτῶν ὑπάρξεις ἐν τοῖς ἰδίοις ἀκοινώνητα ὄντα. Δείκνυται οὖν τὸ αἴτιον οὔθ' ὑποστατικὸν εἶναι, ἀλλ' οὐδ' οὐσιῶδες, ἵνα κοινὸν ὑπάρχῃ καὶ ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσιν, ἀλλ' οὐδ' ἑνὶ προσώπῳ. Λείπεται ἄρα δυσὶ προσώποις εἶναι κοινὸν καὶ μὴ συναλείφεσθαι, μηδὲ δυαρχίαν εἶναι, ὡς αὐτὸς ὁ αἰδέσιμος μᾶλλον νομοθετῶν διδάσκει, ὃς καὶ ἀκούων τὸν Υἱὸν αἰτίαν καὶ ἀρχήν, δύο τὰ αἴτια καὶ δύο ἀρχὰς νομίζει. Ἀλλ' ἡμεῖς ἀκούοντες τοῦ ἐπιστηθείου Ἰωάννου ἐν τῇ Ἀποκαλύψει λέγοντος ἐν τῷ ἐννάτῳ (1) κεφαλαίῳ· *Τάδε λέγει ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινός, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ*, καὶ Γρηγορίου τὸ Θεολόγου φάσκοντος (2)· « Ἡ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἀρχή, τὸ ἐκμαγεῖον τοῦ ἀρχετύπου, » παρὰ δύο ἀρχῶν οὐ νομίζομεν τὴν κτίσιν γεγονέναι· αὐτὸς γὰρ ἔφη· « Πάντα τοῦ Μονογενοῦς ἐπὶ τὴν πρώτην αἰτίαν ἀναφέροντα (3). » Καὶ Βασίλειος ὁ Μέγας ἐν τῇ πρὸς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν περὶ οὐσίας καὶ ὑποστάσεως (4), ἧς ἡ ἀρχή· « Ἐπειδὴ πολλοὶ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας, » φησί· « Πάλιν ὑπὸ τῆς Γραφῆς ὁδηγούμεθα εἰς τὸν τῆς χορηγίας (5) τῶν ἀγαθῶν τῶν διὰ τοῦ Πνεύματος ἡμῖν ἐνεργουμένων ἀρχηγὸν καὶ αἴτιον τὸν μονογενῆ Θεὸν εἶναι πιστεύειν· πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ γεγενῆσθαι καὶ ἐν αὐτῷ συνεστάναι παρὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς ἐδιδάχθημεν (6). Ὅταν τοίνυν καὶ πρὸς ἐκείνην ὀφωθῶμεν τὴν ἔννοιαν, πάλιν ὑπὸ τῆς θεοπνεύστου χειραγωγίας ἀναγόμενοι διδασκόμεθα, ὅτι δι' ἐκείνης μὲν πάντα τῆς δυνάμεως ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παράγεται· οὐ μὴν οὐδὲ ἐξ ἐκείνης ἀνάρχως, ἀλλά τίς ἐστι δύναμις ἀγεννήτως καὶ ἀνάρχως ὑφεστῶσα, ἥτις ἐστὶν αἰτία τῆς ἁπάντων τῶν ὄντων αἰτίας. »

dens, secundum quas personæ subsistunt, juxta suas proprias exsistentias in propriis suis incommunicabiles exsistentes. Demonstratur ergo, causæ rationem neque hypostaticam neque essentialem esse, ita ut etiam vel tribus personis communis sit vel uni tantum conveniat personæ. Relinquitur igitur, ut duabus personis communis sit, hæ vero minime contrahantur, neque dualitatem principiorum inde sequi existimetur, quemadmodum ipse venerandus vir potius legislatoris adinstar docet, qui etiam, dum audit, Filium causam et principium esse, duas putat induci causas ac duo principia. Sed nos audientes Joannem, qui in pectore Domini recubuit, in Apocalypsi capite nono dicentem : *Hæc dicit testis fidelis et verus, qui est principium creaturæ Dei* ; atque Gregorium Theologum aientem : « Principium ex principio, primi exemplaris exemplatum, » a duobus principiis non putamus factam esse creaturam ; ipse enim dixit : « Omnia quæ sunt Unigeniti, ad primam causam referuntur. » Et magnus Basilius, in epistola ad proprium fratrem, cujus initium : « Quoniam multi commune essentiæ, » inquit : « Iterum per Scripturam ducimur et instruimur, ut suppeditationis eorum bonorum, quæ Spiritus sanctus in nobis operatur, auctorem et causam esse credamus unigenitum Deum. Per sacram enim Scripturam edocti sumus, per ipsum facta esse et in ipso consistere omnia. Quando igitur ad illam cogitationem subvehimur, iterum divinitus inspiratæ Scripturæ veluti manuductione introducti perdocemur, quod per illam quidem potentiam, ex eo quod non est, ad esse producantur omnia ; ita tamen, ut neque ex illa absque initio producantur, sed quod sit potentia quædam ingenite et sine principio subsistens, quæ causa sit illius causæ, per quam omnia facta sunt. »

ΕΦΕΣΟΥ.

Τοῦτο τὸ ἱερὸν τῆς πίστεως μάθημά τε καὶ σύμβολον τὸ (7) παρὰ μὲν τῆς πρώτης καὶ δευτέρας τῶν συνόδων ἐκτεθὲν, παρὰ δὲ τῶν λοιπῶν κυρωθὲν καὶ βεβαιωθὲν ὅλῃ ψυχῇ δεχόμενος καὶ φυλάττων ἀποδέχομαι καὶ ἀσπάζομαι πρὸς ταῖς εἰρημέναις ἑπτὰ συνόδοις καὶ τὴν μετ' αὐτὰς ἀθροισθεῖσαν ἐπὶ τοῦ εὐσεβοῦς Βασιλείου βασιλέως Ῥωμαίων καὶ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Φωτίου, τὴν καὶ οἰκουμενικὴν ὀγδόην ὀνομασθεῖσαν, ἣ (8) καὶ τῶν τοποτηρητῶν παρόντων Ἰωάννου τοῦ μακαρίου πάππα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, Παύλου καὶ Εὐγενίου τῶν ἐπισκόπων καὶ Πέτρου πρεσβυτέρου καὶ καρδιναλίου ἐκύρωσε μὲν καὶ ἀνεκήρυξε τὴν ἑβδόμην οἰ-

EPHES. (CAP. XV.)

Hoc sacrum fidei institutum ac symbolum, quod a prima et secunda œcumenicarum synodorum expositum, a reliquis vero confirmatum corroboratumque est, tota anima recipiens et custodiens suscipio et amplector cum prædictis septem synodis etiam synodum post ipsas congregatam sub pio Basilio Romanorum imperatore et sanctissimo patriarcha Photio, œcumenicam quoque octavam nuncupatam (a), quæ etiam præsentibus legatis Joannis beatissimi papæ vetustioris Romæ, videlicet Paulo et Eugenio episcopis, et Petro presbytero et cardinali, confirmavit et promulgavit, septimam œcumenicam synodum eamque præceden-

(1) Sic in Mon. et Marc. ; est vero Apoc. III, 14.

(2) Naz. Orat. 32 (nunc 42), p. 520 ed. Colon.

(3) Similia habet Naz. or. 39, p. 490 ; 32, l. c., 37, p. 601 ed. vet. Vide Becci Ep. in Camat. c. 40, 64 (Gr. orth., t. II, p. 369-374).

(4) Basil. ep. 43 ad Gregor. fratrem. Citatur a Camateco, c. 26 (Gr. orth., t. II, p. 541 seq.).

(5) Al., χάριτος.

(6) Al., δεδιδάγμεθα.

(7) Τὸ omitt. Mon. 27 ; habet Mon. 256, f. 126 a.

(8) Ἣ habent tres codices, Mon. 27, 256 et Marc.

(a) Intelligit synodum exeunte anno 879 et ineunte 880 Constantinopoli celebratam, quæ ex Photii mente veram octavam synodum ante decennium absolutam oblitterare debebat, cujusque acta leguntur apud Mansi Concil., t. XVII.

Digitized by Google

tibus adjungendam esse decrevit, restituit vero propriæ sedi sanctissimum Photium, condemnavit deinde et anathemati subjecit non secus ac synodi œcumenicæ anteriores eos qui auderent additionem quamdam innovare vel detractionem vel universim alterationem aliquam in prædicto symbolo.

APOLOGIA.

Et nos quam maxime sanctissimi Spiritus custodiente virtute et sanctorum apostolorum Deo acceptis precibus, tota animæ promptitudine et affectu ita ut primo expositum fuit, sanctorum apostolorum Symbolum amplectimur ac diligimus, quod a venerabili Ephesio in disputationibus œcumenici concilii (*a*) non susceptum est, a nobis autem suscipitur et prædicatur, ut divi Dionysii testimonio firmatum, qui ita dicit: « Hunc hymnum alii confessionem appellant, alii vero divini cultus symbolum. » Et in Constitutionibus eorumdem apostolorum, quas sacer Clemens octo libris collegit, in traditione sancti baptismatis descriptum est, ut et ipse novit; nam tenuit eas Constitutiones in Italia; quæ amisit in coryphæorum terra, tenet nunc Naupacti antistes; sed et in hac magna urbe similia etiam sunt exemplaria eadem continentia. Verum etiam sancta tertia œcumenica synodus mentionem facit hujus sacrosancti symboli. Dicit enim in epistola ad (Theodosium II) imperatorem: « Non potuimus fidei et pietatis dogmata non discutere. Ac primo actorum monumentis religiosum pietatis vestræ placitum suo fulgore præmisimus; posthac sacræ fidei editionem addidimus, quæ primo a sanctissimis apostolis nobis tradita fuit, postea vero exposita a trecentis decem et octo Patribus in metropoli Nicææ congregatis. » Verum non sicut ipse in disputationibus dixit, unam discentibus normam fecerunt Patres unientes Symbolum Nicænum cum eo, quod Constantinopoli editum est (*b*). Etenim sancta et œcumenica tertia synodus in pluribus congressibus nullibi Constantinopolitani Symboli mentionem fecit. Sed et ipse hic reverendus acta concilii quarti transcribens, sicut et primi in hoc quidem, quemadmodum ab antiquo et a principio editum fuit Symbolum, ita descripsit; in quarto vero divisim expositum fuit et Nicænum et Constantinopolitanum Symbolum. Et post lectum Nicænum omnes acclamarunt: « Hæc orthodoxorum fides et æterna fides! Et in hoc baptizati fuimus, et in hoc baptizavimus, et in hoc baptizamus. Papa Leo ita credidit. Papa Leo ita docuit, » et quæ sequuntur. Mandato vero

(1) Mon. 27 f. 136 b, ἐναλαγήν.
(2) Sic recte Marc. f. 226 a; Mon. 27, f. 137 a, ὡς.
(3) Exstat epistola, et hæc ejus verba leguntur apud Mansi Conc., t. IV, p. 1234.
(4) Περί add. edit. conc.

(*a*) Nimirum concilii Florentini.
(*b*) Vide Marci Ephesii Dialogum qui inscribitur

κουμενικὴν σύνοδον, καὶ ταῖς πρὸ αὐτῆς συνάπτεσθαι διωρίσατο, ἀποκατέστησε τῷ οἰκείῳ θρόνῳ τὸν ἁγιώτατον Φώτιον, κατέκρινε δὲ καὶ ἀνεθεμάτισε, καθάπερ καὶ αἱ πρὸ αὐτῆς οἰκουμενικαὶ σύνοδοι τοὺς τολμῶντας προσθήκην τινὰ ἢ ὑφαίρεσιν ἢ ὅλως ἐναλλαγὴν (1) ἐπὶ τῷ προρρηθέντι συμβόλῳ.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Καὶ ἡμεῖς μάλιστά γε τῇ τοῦ παναγίου Πνεύματος φρουρητικῇ δυνάμει καὶ ταῖς τῶν ἁγίων ἀποστόλων θεοπροσδέκτοις εὐχαῖς, ὅλῃ ψυχῆς προθυμίᾳ καὶ διαθέσει ὡς πρώτως ἐκτεθὲν τὸ τῶν αὐτῶν ἁγίων ἀποστόλων σύμβολον στέργομέν τε καὶ ἀσπαζόμεθα, τὸ παρὰ μὲν τοῦ αἰδεσίμου Ἐφέσου ἐν ταῖς διαλέξεσι τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου μὴ παραδεχόμενον, παρ' ἡμῶν δὲ στεργόμενόν τε καὶ κηρυττόμενον, ὡς παρὰ τοῦ θείου Διονυσίου μαρτυρούμενον, οὕτωσὶ λέγοντος· « Τὸν ὕμνον τοῦτον οἱ μὲν ὁμολογίαν καλοῦσιν, οἱ δὲ τὸ τῆς θρησκείας σύμβολον. » Καὶ ἐν ταῖς Διατάξεσι δὲ τῶν αὐτῶν ἀποστόλων, ἃς (2) ὁ ἱερὸς Κλήμης συνέταξεν ἐν ὀκτὼ βιβλίοις, ἐν τῇ παραδόσει τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ἀνάγραπτόν ἐστιν, ὡς καὶ αὐτὸς οἶδε· καὶ γὰρ κατεῖχε ταύτας εἰς τὴν Ἰταλίαν· ἅπερ ἀπώλεσεν· εἰς τὴν τῶν κορυφαίων χώραν, κατέχει νῦν ὁ Ναυπάκτου. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇδε τῇ μεγαλοπόλει ἕτεραι ὁμοίαι εἰσὶν οὕτως ἔχουσαι. Ἀλλὰ καὶ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τρίτη σύνοδος μνείαν ποιεῖται τοῦ ἱεροῦ τούτου καὶ θείου συμβόλου· φησὶ γὰρ πρὸς τὸν βασιλέα (3)· « Τὰ (4) τῆς πίστεως καὶ εὐσεβείας (5) ἐκτενοῦμεν δόγματα· προλάμπειν τῶν πραττομένων ὑπομνημάτων τυπώσαντες (6) τὸ θεοσεβὲς δόγμα (7) τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας· μεθ' ὃ τὴν ἔκθεσιν τῆς εὐσεβοῦς πίστεως προθέντες τῆς πρότερον μὲν παρὰ τῶν ἁγιωτάτων ἀποστόλων παραδεδομένης ἡμῖν, μετὰ δὲ ταῦτα ἐκτεθείσης παρὰ τῶν τιη' τῶν ἐν τῇ Νικαέων μητροπόλει (8). » Ἀλλ' οὐδ' ὡς αὐτὸς ἐν ταῖς διαλέξεσιν ἔλεγεν, ὅτι ἓν μάθημα ἐποίησαν οἱ Πατέρες ἑνώσαντες τότε ἐν Νικαίᾳ καὶ τὸ ἐν Κωνσταντινουπόλει. Ἡ γὰρ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τρίτη σύνοδος ἐν πολλαῖς συνελεύσεσιν αὐδαμοῦ τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐμνημόνευσεν. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ τίμιος τὰ Πρακτικὰ τῆς τετάρτης συνόδου μεταγράψας καὶ τῆς πρώτης, ἐν μὲν ταύτῃ καθὼς ἄνωθέν τε καὶ ἀπ' ἀρχῆς ἐτέθη τὸ σύμβολον, οὕτως ἔγραψεν· ἐν δὲ τῇ τετάρτῃ διηρημένως ἐξέθετο καὶ τὸ ἐν Νικαίᾳ καὶ τὸ ἐν Κωνσταντινουπόλει. Καὶ ἀναγνωσθέντος τοῦ ἐν Νικαίᾳ, οἱ πάντες ἐβόησαν, ὡς, « Αὕτη ἡ πίστις τῶν ὀρθοδόξων καὶ αἰωνία (9) πίστις· καὶ ἐν τούτῳ ἐβαπτίσθημεν, καὶ ἐν τούτῳ

(5) Ἀναγκαίως add. edit.
(6) Τυπώσαντες deest in codd. nostris.
(7) Ed. γράμμα.
(8) Συνηγμένον addunt ed.
(9) Marc. f. 226 b, αἰωνίων.

Latinus, sive De additamento in Symbolo, ex codice Monacensi a nobis editum infra in Marco.

Digitized by Google

ἐβαπτίσαμεν, καὶ ἐν τούτῳ βαπτίζομεν. Ὁ πάππας Λέων οὕτω ἐπίστευσεν, ὁ πάππας Λέων οὕτως ἐδίδαξεν, » καὶ τὰ ἑξῆς (1). Κελεύσει δὲ τῶν ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων ὑπὸ Ἀετίου διακόνου ὑπὸ βιβλίου ἀνεγνώσθη καὶ τὸ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὡς καὶ πλατύτερον ἐξεθέμεθα ἐν ἑτέρᾳ πραγματείᾳ. Ἀλλὰ καὶ τὰς ἀποστολικὰς διδασκαλίας (2), τάς τε ἐγγράφους καὶ ἀγράφους, καθὼς Παῦλος ὁ ἀπόστολος παραινεῖ (3), τηροῦμέν τε καὶ φυλάττομεν, καθὼς ὁ θεῖος Βασίλειος ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιόν (4) φησι· « Τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως· διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα, ἅπερ ἀμφότερα τὴν ἰσχὺν ὁμοίαν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ (5)· οὐκοῦν ὅστις γε κατὰ μικρὸν τῶν θεσμῶν τῆς Ἐκκλησίας πεπείραται. Εἰ γὰρ ἐπιχειρήσαιμεν τὸ ἄγραφα τῶν ἐθῶν ὡς μὴ μεγάλην ἔχοντα δύναμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ζημιοῦντες τὸ Εὐαγγέλιον, μᾶλλον δὲ εἰς ὄνομα ψιλὸν περιστῶντες τὸ κήρυγμα. » Ἀλλὰ δὴ καὶ τὰς ἁγίας οἰκουμενικὰς συνόδους, ἔτι δὲ καὶ τὰς τοπικὰς τὰς παρὰ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων στερχθείσας στέργομέν τε καὶ ἐνστερνιζόμεθα. Ἔτι δὲ καὶ τὰς τῶν μακαρίων καὶ ἁγίων διδασκάλων φωνὰς τὰς ἐπὶ συστάσει τῶν ὀρθῶν δογμάτων, ἐξ ὧν εἰς βεβαίωσιν τῆς ἀληθοῦς πίστεως μαρτυρίας προσεδέξαντο ἐν ταῖς συνόδοις κατὰ καιρούς. Περὶ δὲ τῶν τῆς ὀγδόης συνόδου μάλα καλῶς οἶδεν αὐτὸς ὁ αἰδέσιμος τὰ ταύτης Πρακτικὰ ἐν τῇ βίβλῳ τῆς μόνης τοῦ τιμίου Προδρόμου τῆς καὶ Πέτρας ὀνομαζομένης ἡνωμένα ὄντα μετὰ τῶν (6) τῆς ἕκτης καὶ ἑβδόμης, τὰ συνιστῶντα Ἰγνάτιον καὶ ἐγχειρίζοντα αὐτῷ τὴν καθέδραν Κωνσταντινουπόλεως, Φώτιον δὲ ὡς ἐπιβάτην ἐξελαύνοντα καὶ ἀναθεματίζοντα. Τὸν δέ γε Ἰγνάτιον ἐν τοῖς ἁγίοις συνέταξεν ἡ Ἐκκλησία, καθὰ προγέγραπται· εἰ καὶ ἐν τῷ Συνοδικῷ συντέτακται (7) τῷ Φωτίῳ (8) καὶ τὰ κατ' αὐτῶν γραφέντα τε καὶ πραχθέντα τῷ ἀναθέματι καθυποβάλλονται, ἵνα μὴ γνώριμα τοῖς πᾶσι γένωνται (9) τὰ τοῦ Φωτίου. Εἰ καὶ οἱ χρονογράφοι (10), ὅ τε Κεδρηνὸς καὶ Μανασσῆς καὶ Γλυκᾶς καὶ Σκυλίτζης, καὶ ὁ ὁρισκόμενος ἐν βιβλίῳ τῆς μονῆς τῆς Περιβλέπτου βίος τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου διασαφοῦσιν, ὅσα τε πέπονθεν ὁ θεῖος Ἰγνάτιος παρὰ

A gloriosissimorum principum ab Aetio diacono ex libro lectum est et Symbolum Constantinopoli expositum, ut etiam uberius in alio tractatu declaravimus. Sed etiam apostolicas doctrinas, tum scriptas tum non scriptas, sicut et Paulus apostolus hortatur, servamus et custodimus, quemadmodum divus Basilius in scriptis ad Amphilochium ait: « Eorum dogmatum prædicationumque (*a*), quæ in Ecclesia servantur, quædam habemus ex doctrina scripto tradita, quædam rursus ex apostolorum traditione communicata nobis in mysterio recepimus; quæ ambo vim eamdem habent ad pietatem, et hisce nemo semet opponet: nullus certe, qui vel tenui experientia noverit, quæ sint Ecclesiæ instituta. Nam si consuetudines, quæ scripto proditæ

B non sunt, tanquam haud multum habentes momenti aggrediamur rejicere, imprudentes ac nescii Evangelium in ipsis rebus præcipuis lædemus, imo potius prædicationem ad nudum nomen contrahemus. » Sed etiam sanctas œcumenicas synodos ac præterea locales quoque, quæ ab œcumenicis conciliis receptæ fuerunt, recipimus atque amplectimur. Insuper etiam beatorum ac sanctorum doctorum voces, quæ ad recta dogmata constituenda faciunt, ex quibus ad veram fidem confirmandam testimonia in synodis juxta tempora recepta fuere. De Actis vero octavæ synodi bene novit hic reverendus, Acta illius in codice monasterii veneranda Præcursoris, quod etiam Petra nuncupatur, haberi con-

C junctim cum Actis sexti et septimi concilii, quæ confirmant Ignatium, illique cathedram Constantinopolitanam in manus tradunt, sed Photium veluti insultorum (invasorem) ejiciunt et anathemate feriunt (*b*). Porro Ignatium inter sanctos Ecclesia collocavit, ut supra scripsimus, licet in Synodico Ignatius et Photius conjuncti reperiantur, et scripta contra eos et actitata anathemati subjiciantur, ne Photii omnia omnibus innotescant. Quanquam etiam chronographi, tum Cedrenus tum Manasses, tum Glycas et Scylitza, et quæ in volumine monasterii Periblepti Vita sancti Ignatii (*c*) legitur palam faciunt, quæ sanctus Ignatius passus est a Photio, et quomodo sanctus Ignatius decreto synodi in pro-

D priam sedem restitutus est, et Cosmidii monasterium Photium exsulem custodiebat (*d*). Nos porro

(1) Conc. Chalc. act. II; Mansi, t. VI, p. 955.
(2) Mon. 27, f. 136 a, διδασκαλείας.
(3) II Thess. II, 14.
(4) Basil. de Sp. S. c. 27, n. 66. Patrol. Gr., t. XXXII, p. 188.
(5) Mon., ἀναιρεῖ. Marc., ἀνταιρεῖ.
(6) Τῶν omittit Allatius, qui *ista* allegat contra Creyghton., p. 280.
(7) Allat., τέταχται.
(8) Allat., τῷ Ἰγνατίῳ καὶ Φωτίῳ. Mon. 27, f. 137 b., Τῷ Ἰγνατίῳ. Cum Synodici verba non adducantur, superior lectio præferenda videtur.
(9) Allat., γένηται.
(10) Mon. 27, οἱ χρονικοὶ χρονογράφοι. Marc. et Allat. ut supra.

(*a*) De discrimine inter δόγμα et κήρυγμα vide Petavium, De Trinitate, Præfat. cap. 1, § 5.

(*b*) Marcus octavam synodum dixerat synodum Photianam, anno 879 Constantinopoli celebratam, de qua vide Allatii scriptum De octava synodo Photiana, Romæ 1662. Sed Gregorius noster hic loquitur de octava synodo anno 869 congregata, quæ merito ab Occidentalibus octava universalis dicitur.

(*c*) Videlicet biographia S. Ignatii a Niceta Davide conscripta. Mansi Concil., t. XVI.

(*d*) Ilucusque Allatii versio magna ex parte adoptata.

Digitized by Google

Acta ab Ephesio producta, ac si essent octavæ synodi, recipiemus, (*a*) necnon quam ipse appellat Joannis papæ epistolam, licet in multis suspecta sit (*b*), eo quod tota in omnibus Græce dictata esse comprehendatur, et nullum in se Latinæ dictionis genium præferat. Et alia quoque ratione, quod primum in hac synodo ante alia omnia lectitanda fuisset, tum deinceps apponenda, quæ Photio sedem Constantinopolitanam astruerent. Quod alio modo peractum est. Nam cum papæ locum tenentes advenissent et Photio datas litteras ac missa munia consignassent, et omophorium et stichariumet sandalia, nullo examine prævio, obtulissent, statim ipse Photius eos excepit et quæ ad ipsum missa fuerant, ut Acta ejusdem synodi contestantur atque Photii verba (*c*): « Christus Deus noster, qui cœlum nubibus circumvolvit, nostramque naturam, ut renovaret expurgaretque, sibi assumpsit, ipse fratrem nostrum et comministrum et spiritualem Patrem nostrum et in præsenti vita custodia tuta protegat, et in futuro sæculo nuptiali indumento circumambiat, dignumque cœlestis illius thalami demonstret. » Necessitas itaque flagitabat coram omnibus epistolam legi et legatorum professionem scriptam recipi, et his peractis ea quæ ad throni et præsulatus restitutionem pertinebant compleri. Nihilominus nos ipsam ut œcumenicam recipimus perquam libentissime, nec non ipsam epistolam. Quid igitur ea pronuntiat? « Opinamur autem, neque tuam sanctitatem ignorare, tanquam quæ prudens et plena sapientia est, nos reliquos nostros episcopos ad ita sentiendum adigere volentes non levi implicari difficultate, quod rem adeo divinam ita derepente immutare haud facile valuerit quisquam, licet per breve tempus illud initium ceperit, nec multorum annorum spatio firmitatem obtinuerit. Propterea nobis bene visum est, ne quis vi a nobis adducatur desistere ab additamento, quod in symbolo jam apposuit, sed potius cum prudentia præparare paulatim adhortantes blasphemiam abjurare. *Pascite enim gregem qui in vobis est, non violenter, sed leniter, neque uti clero prædominantes, sed forma gregis et exemplaria facti*, summus apostolorum princeps Petrus dicebat, » et cætera. Et hæc verba ex Epistola excerpta sunt. Quis porro non audiit, a Latinis potius per ignem desertores fidei (male sentientes) probari? Qua ratione (Joannes papa) sic rectam fidem violantes

Φωτίου, καὶ ὅπως ὁ Ἰγνάτιος ἐπανῆλθεν εἰς τὸν ἴδιον θρόνον κρίσει τῆς συνόδου· τὸν δὲ Φώτιον ἐξώριστον εἶχεν ἡ τοῦ Κοσμιδίου (1) μονή. Ἡμεῖς δὲ καὶ τὰ Πρακτικὰ τὰ παρὰ τοῦ Ἐφέσου προκομιζόμενα ὡς τῆς ὀγδόης συνόδου δεξόμεθα· ἔτι δὲ καὶ ἣν (2) λέγει ἐπιστολὴν τοῦ ἁγιωτάτου πάππα Ἰωάννου, καίτοι γε πολὺ τὸ ὕποπτον ἔχουσαν διὰ τὸ εἶναι ὅλην δι' ὅλου (3) Ἑλληνικὴν τὴν γραφὴν καὶ μηδὲν ἔχειν ἐν ἑαυτῇ ἰδίωμά τι (4) Λατινικόν. Ἄλλως τε ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ πρῶτον ὤφειλεν αὐτὴ ἀναγνωσθῆναι, εἶτα δέξασθαι τὸν Φώτιον τὰ ἐγχειρίζοντα τὴν καθέδραν Κωνσταντινουπόλεως. Τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἐγένετο· ἀλλ' ἅμα τῷ παραγενέσθαι τοὺς τοποτηρητὰς τοῦ πάππα καὶ τῷ Φωτίῳ κομίσαι τὰ σταλέντα, τό τε ὠμοφόριον καὶ τὸ στιχάριον καὶ τὰ σανδάλια μηδεμιᾶς προηγησαμένης ἐξετάσεως, εὐθὺς ὁ Φώτιος δέδεκται αὐτοὺς καὶ τὰ κομισθέντα αὐτῷ, ὡς τὰ Πρακτικὰ τῆς συνόδου ταύτης μαρτυροῦσι καὶ τὸ, « Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰπεῖν, ὁ νεφέλαις τὸν οὐρανὸν περιβάλλων καὶ τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀναχωνεῦσαι καὶ καθᾶραι (5) στολισάμενος, αὐτὸς τὸν ἀδελφὸν καὶ συλλειτουργὸν καὶ πνευματικὸν Πατέρα ἡμῶν, καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ φρουρὰν ἄσυλον καὶ σωτηρίαν ἀσφαλῆ στολίσαι, κἀν τῷ μελλόντι αἰῶνι τὸν νυμφικὸν περιβάλλοι χιτῶνα ἄξιον τοῦ μακαρίου ἐκείνου νυμφῶνος ἀναδεῖξαι (6). » Ἔδει οὖν πρότερον ἐν κοινῷ (7) ἀναγνῶναι τὴν ἐπιστολὴν καὶ τὴν ὁμολογίαν τῶν πρέσβεων ἔγγραφον λαβεῖν, καὶ οὕτω τὰ τὴν τοῦ θρόνου καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀνακήρυξιν δηλοῦντα δέξασθαι. Ὅμως γε μέντοι ἡμεῖς ὡς οἰκουμενικὴν σύνοδον αὐτὴν δεξόμεθα ἀσμενέστατα, ὡσαύτως (8) καὶ τὴν ἐπιστολήν. Τί οὖν φησιν αὕτη; « Οἰόμεθα δὲ μηδὲ τὴν σὴν ἱερότητα ἀγνοεῖν ὡς οὖσαν νουνεχῆ τε καὶ πλήρη σοφίας, ὅτι τε τοὺς λοιποὺς ἡμῶν ἐπισκόπους καταπεῖσαι οὕτω φρονεῖν εἰς δυσχέρειαν ἡμῖν οὐ μικρὰν ἐμπίπτει, ὅτι πρᾶγμά τι θειότερον οὕτω ταχέως μεταβαλεῖν οὐδεὶς ἂν εὐκόλως δυνηθείη, εἰ καὶ βραχεῖ χρόνῳ τὴν ἔναρξιν εἴληφε, καὶ οὐκ ἔστι παγιωθὲν ἐκ πολλῶν ἐνιαυτῶν. Καὶ διὰ ταῦτα καλῶς ἔδοξεν ἡμῖν, ἵνα μὴ μετὰ βίας ἀναγκασθῇ τις παρ' ἡμῶν ἐᾶσαι τὴν προσθήκην, ἣν ἔφθασεν (9) ἐν τῷ συμβόλῳ προθεῖναι· ἀλλὰ μᾶλλον μετὰ οἰκονομίας παρασκευάσαι κατὰ βραχὺ παραινοῦντας ἀποστῆναι τῆς βλασφημίας. *Ποιμαίνετε γὰρ τὸ ἐν ὑμῖν πολιτιον, οὐκ ἀναγκαστῶς* (10), *ἀλλ' ἑκουσίως, οὐδ' ὡς κατακυριεύοντες τοῦ κλήρου, ἀλλ' ὡς τύποι γενόμενοι, ὁ ἄκρος τῶν ἀπο-*

(1) Mon., Κοσμοδίου μονή. Hucusque Allat. l. c.
(2) Mon., f. 138 a, ἔτι δὲ ἣν. Marc., f. 227 b, ἔτι δὲ καὶ ἣν. Allat. ut supra, qui hæc profert op. cit., p. 237 seq.
(3) Mon., διόλου.
(4) Marc., ἰδιώματι.
(5) Mon., ἀναχονεῦσαι καὶ καθάρσαι.
(6) Photii verba in act. I concilii cit. Mansi XVII, p. 390-392.
(7) Ἐν κοινῷ habet Allat., omitt. Monac.
(8) Ὡσαύτως habet Mon., omitt. Allat.
(9) Sic Allat. Mon., ἔφθασαν.
(10) Sic Mon. Allat., ἀναγκαστικῶς.

(*a*) Benignius et mitius loquitur auctor agens de pseudo-synodo Photiana, quæ omnino explodenda est.
(*b*) Certe supposititiam et spuriam eam esse omnia probant. Vide Patrol. Gr., ser. 1, t. CII, p. 382, not. 89.
(*c*) Aliter Allatius l. c., p. 239 : *Dixissetque ille.* Deest tamen ei apodosis.

Digitized by Google

στόλων Πέτρος ἔφη (1), » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ταῦτα μὲν ἐκ τῆς ἐπιστολῆς. Τίς δὲ οὐκ ἀκήκοεν, ὡς Λατῖνοι τοὺς κακοδόξους μᾶλλον διὰ πυρὸς (2) δοκιμάζουσι; Πῶς δὲ οὐκ ἀνεθεμάτισεν οὕτω βλασφημοῦντας; Ποῦ δὲ ἐν τῇ κακοδοξίᾳ μᾶλλον ἁρμόζει τὸ μὴ κατακυριεύειν τοῦ κλήρου; Τοῦτο γὰρ Ἀρειανὸς καὶ Μακεδόνιος καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς εἶπον ἄν, ὅτι γέγραπται· « Μὴ κατακυριεύετε τοῦ κλήρου· » καὶ πάντες ὁμοίως οἱ τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἀλλότριοι. Ποῦ δὲ ὁ κανὼν ὁ θεσπίζων· « Ὁ κοινωνῶν τῷ (3) ἀκοινωνήτῳ καὶ αὐτὸς ἀκοινώνητος (4) ἔσται; » Δῆλον οὖν ὡς οὐχ αἵρεσις τὸ *καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ* προστεθὲν ἐν τῷ θείῳ συμβόλῳ. Εἰ γὰρ αἵρεσις ἦν τοῦτο, οἱ οὕτω ψάλλοντες τῷ ἀναθέματι καθυπεβάλλοντο, εἰ καὶ τὴν τοῦ πυρὸς δίκην διέφυγον. Ἀλλ' ὁ μακαριώτατος πάππας Ἰωάννης καὶ ἡ περὶ αὐτὸν (5) σύνοδος τοῦτο οὐκ ἐποίησε· καίτοι γε τοσαύτην ἀκρίβειαν ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς τηροῦντες, ὡς καὶ διὰ τὸ συντάξαι τὸ τοῦ Ἀνθίμου ὄνομα ἐν τοῖς διπτύχοις τὴν ἀνατολικὴν Ἐκκλησίαν, ἀποσχισθῆναι ἀπὸ ταύτης τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησίαν. Ἀλλ' ἀναγκαῖον προθεῖναι ἐκ ταύτης τῆς συνόδου, ἀφ' ἧς ὁ αἰδέσιμος προκομίζει Ἐφέσου ὅπως τε λέγει, ὅτι ὁ ἀποστολικὸς θρόνος πολλὴν τὴν ἰσχὺν ἔχει, καὶ σύνοδος ὁρᾶται σύνοδον λύουσα διὰ τὴν κοινὴν ὠφέλειαν, καὶ ὅσα αὕτη διαλαμβάνει, καὶ μαρτυρίας προκομίζει (6), ἃς καὶ ὡς ἔχουσιν ἐκθήσομεν (7), ἵνα γνῷ αὐτός τε καὶ εἴ τις ἕτερος, ὡς οὐ μόνον ἐξ ἄλλων ἀποδείξεων δυνάμεθα συστῆσαι τὴν γενομένην ἀνάπτυξιν παρὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς συνόδου. Φησὶ γὰρ αὕτη ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτῆς Πράξει οὕτως (8)· « Καὶ δὴ νομίσαντες ἁρμόδιον εἶναι τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ εἰρηνοποιῆσαι, ἀπεστείλαμεν ἀποκρισιαρίους ἡμῶν, ἐκπληροῦντες (9) τὸ θέλημα ὑμῶν· εἰ καὶ ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια τὸν ἄνδρα βιασαμένη ἔφθασε καὶ πρὸ ἡμῶν ἀποκαταστῆσαι πρὸ τοῦ παραγενέσθαι τοὺς ἡμετέρους τοποτηρητὰς αὐτόθι, ὅμως ἡμεῖς τοῦτο θεραπεύομεν, οὐκ ἐκ τῆς ἡμετέρας αὐθεντίας, καίπερ ἔχοντες ἐξουσίαν τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων καὶ πατρικῶν θεσπισμάτων τὰς ἀποδείξεις φέροντες· οὐ τοὺς θεσμοὺς τῆς Ἐκκλησίας τοὺς ἀνέκαθεν παραδεδομένους λύοντες, ἀλλ' ἐν οἷς ἡ τούτων ἀκρίβεια ἀπαράτρεπτος συντηρουμένη διασπᾷ καὶ λυμαίνεται τὴν ὁλοκληρίαν τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὸ συμφέρον ἄγειν τὰ παρ' αὐτῆς (10). Καὶ γὰρ ὁ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου δεύτερος κανὼν οὕτω λέγει

non tradidit anathemati? Ubinam vero contra malam doctrinam accommodabitur, clero non prædominari? Hoc siquidem Arius, Macedonius eorumque asseclæ dixissent, scriptum esse: « Ne prædominemini clero, » et omnes insimul catholicorum dogmatum conculcatores. Ubinam vero erit canon decernens: « Qui communicat cum illo, qui extra communionem est, et ipse extra communionem erit? » Manifestum itaque est non hæresim esse illud *etiam ex Filio* Symbolo divino appositum. Namque si hæresis esset hoc, qui ita conciuunt, anathemati subjicerentur, licet ignis pœnam evaderent. Sed beatissimus papa Joannes et synodus ab eo celebrata illud non peregit, et si perquam exquisitissime res ecclesiasticas observarent, adeo ut, quod in diptychis orientalis Ecclesia Anthimi (*a*) nomen apposuisset, idcirco Ecclesia Romana ab ea scissa sit. Sed necessarium est addere ex ea ipsa synodo, ex qua reverendus Ephesius sua habet, qua ratione ea asserat, thronum apostolicum magnum habere robur, et quomodo propter universale bonum synodus synodum dissolvens conspiciatur, et quæcunque ipsa comprehendat et testimonia producat, quæ, uti se habent exponemus, ut agnoscat ipse et si quis alius est, nos non solum ex aliis demonstrationibus expositionem per Romanam Ecclesiam factam stabilire posse, verum etiam ex hac ipsa synodo. Dicit enim ipsa (*b*) in secunda sua actione hæc: « Atque omnino congruum censentes Ecclesiam Dei pacificare, misimus legatos vestram perficientes voluntatem: licet pietas vestra Photio vim inferendo nos prævenerit, in illo restituendo videlicet, antequam legati nostri istuc venissent: nos tamen hæc sanamus et supplemus, non ex nostra auctoritate, licet hoc etiam faciendi potestatem habeamus, sed ex apostolicis constitutionibus et sanctorum Patrum decretis horum demonstrationes afferentes, non Ecclesiæ regulas ab antiquo traditas solventes, sed ubi earum nimis exacta et immutabilis observantia divellit et destruit totam compagem corporis Ecclesiæ, ibi ejus res adjid quod conducit trahere ab ipsamet Ecclesia edocti. Secundus enim canon Nicænæ synodi hæc habet: Quoniam frequenter vel a necessitate vel alio quovis modo coguntur homines ecclesiasticos canones transgredi. Nec non papa Gelasius de eadem re inquit: Ubi vis non apponitur, sanctorum Patrum statuta inconcussa ma-

(1) I Petr. v, 2, 3.
(2) Allat. l. c. p. 238, διὰ π. μᾶλλον.
(3) Sic recte Marc. et Allat; Monac., τό.
(4) Mon. ἀκηνώνητος.
(5) Mon., ἑαυτῶν.
(6) Sic Allat. Mon. f. 139 a, προκομίζειν.
(7) Allat., ἐκθήσωμεν.
(8) Hucusque Allat. l. c. p 238.
(9) Al., ἐκπληροῦντας.
(10) Ita codd. nostri. Sic et apud Bevereg. Pand. can. t. II, p. 276.

(*a*) Melius quam Anthimi hanc in rem quadraret Acacii historia, cujus gratia revera diuturnum schisma exortum est.

(*b*) Sunt hæc deprompta ex Joannis VIII epistola ad Basilium Macedonem, quæ duplici textu nobis servata est: altera Latino et genuino, altera Græco et a Photio falsificato, quo et epistola in secunda sessione Photiani concilii recitata fuit. Porro ea verba leguntur apud Baronium, a. 879, n. 22 seq.; Mansi, Conc. t. XVII, 397 seq.

Digitized by Google

neant. Similiter etiam sanctissimus papa Leo in eodem spiritu præcipit dicens : Ubi vis non præcedit, immobilia permaneant sanctorum Patrum statuta; ubis vero necessitas et vis reperitur, ibi id ad quod prodest Ecclesiæ Dei, ille qui potestatem habet dispenset. Ex necessitate enim juxta divinum Apostolum etiam legis fit traslatio. Felix præterea papa consona etiam habet dicens : De hoc oportet animadvertere, ut ubi necessitas contigerit, sæpenumero etiam constitutiones Patrum transgredi liceat. Sancta etiam synodus Carthaginensis ait tricesimo quinto capitulo : Mandamus, ut Donatistarum clerici iterum ad Ecclesiam revertantur, licet etiam a synodo fuerint damnati. Synodus quoque synodum abrogasse cernitur propter unionem et concordiam Ecclesiæ. Et Innocentius papa ait, capite quinto : Isti a Bonoso hæretico ordinati recipiantur, ne iterum scandala in Ecclesia Dei oriantur. Neque damnatis solum istis, licet tales essent, et ex ipsorum promptuariis exsistentibus (*a*), hæc apostolica sedes ecclesiasticæ pacis curam gerens auxiliatricem manum porrexit ; verum etiam orthodoxis episcopis et patriarchis ad ipsam confugientibus. Et paucis interjectis ; Cum enim semel hæc apostolica sedes claves accepisset regni cœlorum a primo et magno pontifice Jesu Christo per principem apostolorum Patrum, cum illi dixisset : *Tibi dabo claves regni cœlorum, et quæcunque ligaveris super terram, erunt liga in cœlis ; et quæcunque solveris super terram, erunt soluta in cœlis* : habet facultatem universim ligandi atque solvendi et secundum prophetam Jeremiam evellendi atque plantandi. Hac de causa nos auctoritate usi principis apostolorum Petri eum universa, quæ apud nos est, sanctissima Ecclesia asseveramus, quod recipimus Photium. » Quid itaque in his est, quod nos debemus addiscere? Primum quidem, synodum a synodo ob utilitatem dissolvi. Deinde confirmatur urgente necessitate canones item unionis causa et concordiæ Ecclesiæ relaxari, et apostolicum thronum possidere claves regni cœlorum, ligandi atque solvendi, eradicandi atque plantandi. Si itaque hanc synodum uti œcumenicam amplectitur, et testimonia ex ipsa profert, quid novum aut præter exspectationem factum fuisse opinatur ab ipsa synodo, cum una cum primo præsule talem sibi auctoritatem asserente et in tali agnito ab octava Synodo concesserit, etiam nunc cani sacrum Symbolum cum dicta expositione in Romana Ecclesia, in Orientali vero, prout a principio contextum est?

Definitionis verba illa: Licite ac rationabiliter, ponit, antecedentia vero tacet; et quænam hæc, verborum scilicet illorum, Filioque, explicationem veritatis declarandæ gratia, et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam. Quid igitur? necesse est omnem explicationem et declarationem textui semper adjici, nec legi potest sine illa textus sacræ Scripturæ? An quia rectamus Symbolum sine adjectione explicationis, dicemus explanationem et declarationem textui appositam nec licite, nec rationabiliter B factam? Et quis hoc dicat mentis suæ compos? Scimus decem Evangelii Joannis capita fuisse a magno Basilio commentariis illustrata; et idem integrum sacrum Evangelium a Joanne Chrysostomo declaratum, nec non a præstantissimo doctore Cyrillo, et aliis: non semper tamen illud in ecclesia legitur cum enarratione. Quare si diceremus additum esse quod deerat, et supplemento perfectum quod non erat integrum, deinde caneremus Symbolum absque addito supplemento, esset cur merito ab illo reprehenderemur. At quando factam audit explicationem declarationemque, ea vero non semper cum textu legitur, nullo sane merito nos accusat. Hoc unum est necessarium, ut sanctorum testimoniis probatum sit omne quod explanatione C declaratur. Nam quidquid statuerit synodus, per ea quæ infert addendo, non aliam definitionem condit, sed ipsam primum definitionem explicat, et explicatione dilatat. Quod autem hoc verum sit, audi sanctum Maximum ita testimonium tribuentem. Is enim in compendiosa sua pro synodo Chalcedonensi apologia, cujus initium est: Quoniam nimis generoso animo, vel ut aptius dicam, ignavo, Si enim, inquit, licet verum pro veritate proloqui, omnes post Nicænam synodum a Deo selecti Patres, omnesque orthodoxorum sanctorumque omnium concilium, nullo modo aliam induxere fidei definitionem suis ipsis verbis ostendo, ut vos dicitis plurimum delirantes et penitus insanientes; sed D ipsam uti primam et unicam, quæ a sanctis trecentis decem et octo Patribus sancita est, firmam et ratam esse voluerunt, dilucidantes eam, et veluti apertius enucleantes, propter eos qui illam illisque dogmata pravis interpretationibus ad suam ipsorum deterquent impietatem.

EPHES.

Et cum illis quidem azymum Christi corpus esse dicunt, nobiscum vero illud ad communionem sumere non ausint.

RESP.

Objurgare quidem, et detrahere nobis propter azyma novit, ignorat autem per azymum a Domino fuisse olim peractum mysticum sacrificium; nec putat indifferens, sive per azymum, sive per fe-

Digitized by Google

mentatum conficere, sed omnia frustra esse arbitratur, sacerdotium, altare, Dominicam vocem: *Hoc facite in meam commemorationem*; et divina verba: *Hoc est corpus meum*; et: *Hic est sanguis meus* [12], et reliquos ritus qui observantur, si non adsit ejusdem massæ, seu ejusdem materiæ modicum acidumque fermentum. Quod vero Dominus ac Deus noster legale Pascha prius celebrarit, deinde mysteria discipulis tradiderit, audi sanctum Patrem Chrysostomum homilia octogesima prima sic dicentem: Sed quam ob causam Pascha celebrabat? Ostendens per omnia usque ad ultimum diem, se non esse legi contrarium. Attende quid dicat: Ne legi esset contrarius, Pascha celebrabat. Num ergo perfregit legem, asservans fermentatum panem? Quod vero etiam per septem dies illo tempore fermentum non exstaret, testis erit idem sacer Chrysostomus in priorem ad Corinthios Epistolam: Dicamus, inquit, prius, cur de cunctis finibus pellatur fermentum; quid ergo sibi vult hoc ænigma? Omni nequitia liberum oportet esse fidelem. Sicut enim ibi peribat is, apud quem repertum esset vetus fermentum, ita e nobis ille, apud quem erit nequitia. Neque enim sub legis umbra, pœnæ graves constitutæ, nobis autem haud multo graviores. Si enim domos ita repurgant, ut murium quoque cavernas rimentur, multo magis decet nos perscrutari secreta animi. Cum igitur cavernas murium rimarentur, et sanctus Pater affirmet Christum ad ultimum usque diem non fuisse legi contrarium, et ideo Pascha celebrasse; certe contrarius fuisset, si Pascha celebrasset, et fermentatum servasset. Esse porro id lege vetitum, audi verba ejus præcipientis: *Septem diebus azyma comedetis: die primo non erit fermentum in domibus vestris. Quicunque comederit fermentum, peribit anima illa de Israel.* Et paulo post: *Primo mense, quarta decima die mensis, ad vesperam comedetis azyma usque ad diem vicesimam primam ejusdem mensis ad vesperam: septem diebus fermentum non invenietur in domibus vestris: qui comederit fermentatum, peribit anima ejus de cœtu Israel* [13]. Quod vero Christus servato legis præscripto Pascha celebrarit, Judæi vero nequaquam illud servarint, sed diem transgressi fuerint, audi oris aurei Patrem homilia octogesima quarta in Joannem, dum verba illa exponit: *Adducunt Jesum a Caipha in prætorium*: Cur enim illuc eum duxerunt, ubi omnes congregati erant? Ut res fieret communi omnium pontificum consensu; erat enim ille tunc pontifex, et omnes illum præstolabantur. Ita pernoctabant vigilabantque hujus rei causa: Non enim, inquit, comederunt Pascha tunc, sed propterea vigilabant. Nam post illa verba: *Erat autem mane*, Joannes intulit, *Et ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha* [14]. Quid ergo ad hæc dicemus? Illud sane, quod altera die

σίαν τελεῖσθαι. Ἀλλ', ὡς οἶεται, πάντα, ἥ τε ἱερωσύνη, καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἡ φωνὴ ἣν προήκατο ὁ Κύριος, *Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*, καὶ τὰ θεῖα ῥήματα, *Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου*, καὶ, *Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου*, καὶ πᾶσα τελετὴ, ἀργά εἰσι διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου, ἢ ἐκ τῆς αὐτῆς ὕλης ὀξώδη μικρὰν ζύμην. Ὅτι δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς νομικὸν Πάσχα ἐτέλεσεν, εἶτα τὰ μυστήρια δέδωκε τοῖς μαθηταῖς, ἄκουσον τοῦ θείου Χρυσοστόμου ἐν ὁμιλίᾳ πα' λέγοντος· Τίνος δὴ ἕνεκεν τὸ Πάσχα ἐτέλει; Διὰ πάντων δεικνὺς μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμέρας, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐναντίος τῷ νόμῳ. Ὅρα τί φησιν· Ἵνα μὴ ἐναντίος γένηται τῷ νόμῳ, τὸ Πάσχα ἐπετέλει. Τί οὖν; ἐναντίον τοῦ νόμου ἐποίει φυλάττων τὸν ἄζυμον ἄρτον; Ἀλλ' ὅτι καὶ ἐν ἑπτὰ ἡμέραις κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἡ ζύμη οὐχ εὑρίσκετο, μαρτυρήσει τοῦτο πάλιν ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ Ἐπιστολῇ· Πρότερον εἴπωμεν, διὰ τί ἐκ τῶν ὁρίων πάντων ἀπελαύνεται ἡ ζύμη· τί οὖν ἐστι τὸ αἴνιγμα; Πάσης πονηρίας; ἀπηλλάχθαι δεῖ τὸν πιστόν. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ἀπόλλυται, ὅπου ἂν εὑρεθῇ παλαιὰ ζύμη, οὕτω καὶ παρ' ἡμῖν ἔνθα ἂν εὑρεθῇ πονηρία· οὐ γὰρ δήπου ἐπὶ μὲν τῆς σκιᾶς; πολλὴ ἡ κόλασις, ἐπὶ δὲ ἡμῶν οὐ πολλῷ μείζων· εἰ γὰρ τὰς οἰκίας οὕτω καθαίρουσιν, ὡς καὶ μυῶν ὀπὰς περιεργάζεσθαι, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τὴν ψυχὴν διερευνᾶσθαι δεῖ. Ἐπεὶ οὖν μυῶν ὀπὰς περιειργάζοντο, ὁ δὲ ἅγιος λέγει, ὅτι μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμέρας, ἵνα μὴ ἐναντίος γένηται τῷ νόμῳ, τὸ Πάσχα ἐπετέλει, μᾶλλον ἂν ἐναντίος ἦν τὸ Πάσχα τελῶν καὶ τὸ ἄζυμον φυλάττων. Ὅτι δὲ ὁ νόμος ἀπαγορεύει τοῦτο, ἄκουσον οὕτω προστάττοντος· φησὶ γάρ· *Ἑπτὰ ἡμέρας ἄζυμα ἔδεσθε· ἀπὸ δὲ τῆς ἡμέρας τῆς πρώτης ἀφανιεῖτε ζύμην ἐκ τῶν οἰκιῶν ὑμῶν, Πᾶς ὃς ἂν φάγῃ ζύμην, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐξ Ἰσραήλ· καὶ μετά τινα· Ἐναρχόμενοι τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρα τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου, ἀφ' ἑσπέρας ἔδεσθε ἄζυμα ἕως ἡμέρας μιᾶς καὶ εἰκάδος τοῦ μηνὸς ἕως ἑσπέρας· ἑπτὰ ἡμέρας ζύμη οὐχ εὑρεθήσεται ἐν ταῖς οἰκίαις ὑμῶν. Πᾶς ὃς ἂν φάγῃ ζυμωτὸν, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ συναγωγῆς Ἰσραήλ.* Ὅτι δὲ κατὰ νόμον ὁ Χριστὸς τὸ Πάσχα ἐτέλεσεν, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι παρανόμως ἐποίησαν παραβιβάσαντες τὸ Πάσχα, ἄκουσον τοῦ Χρυσοστόμου Πατρὸς ἐν πδ' ὁμιλίᾳ τοῦ κατὰ Ἰωάννην, εἰς τό· *Ἄγουσι τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα εἰς τὸ πραιτώριον*· Διὰ τί ἐκεῖ ἀπήγαγον αὐτὸν, ἔνθα ἅπαντες ἦσαν συνηγμένοι; Ἵνα μετὰ γνώμης πάντων ποιήσωσι τῶν ἀρχιερέων· ἐκεῖνος γὰρ ἦν τότε ἀρχιερεὺς, καὶ πάντες ἦσαν αὐτὸν ἀναμένοντες. Οὕτω διενυκτέρευον καὶ ἠγρύπνουν ἐπὶ τούτῳ· οὐδὲ γὰρ ἔφαγον τότε τὸ Πάσχα, φησὶν, ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠγρύπνουν· εἰπὼν γὰρ, ὅτι *Πρωΐ ἦν*, ὁ Ἰωάννης ἐπήγαγεν· *Οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα.* Τί οὖν

[12] Luc. xxii, 19; I Cor. xi, 24. [13] Exod. xii, 15 seqq. [14] Joan. xviii, 28.

Digitized by Google

ἐστιν εἰπεῖν; Ὅτι ἐν ἑτέρᾳ ἔφαγον, καὶ τὸν νόμον ἔλυσαν διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν περὶ τὴν σφαγὴν ταύτην. Οὐδὲ γὰρ ὁ Χριστὸς παρέβη τὸν καιρὸν τοῦ Πάσχα, ἀλλ' ἐκεῖνοι οἱ πάντα τολμῶντες; καὶ μυρίους καταπατοῦντες νόμους. Τούτων οὕτως ἐχόντων πῶς κατηγορήσομεν τοὺς μετὰ ἀζύμων τὴν θυσίαν τελοῦντας; Περὶ δὲ ἡμῶν αὐτῶν οὕτω λέγομεν, ὅτι οὕτω παρελάβομεν, καὶ οὕτω στέργομεν, ὡς οἱ ἀπόστολοι κατ' οἶκον κλῶντες ἄρτον τὴν θυσίαν ἐπετέλουν· καὶ οὐδαμοῦ φαίνεται ὡς ἄζυμον ζητοῦντες τὴν θυσίαν ἐπετέλουν. Καὶ πάλιν ἐν ταῖς τῶν ἀζύμων ἡμέραις μηδαμοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ἐνζύμου σύρισκομένου, οὐδαμοῦ πάλιν φαίνεται, ὅτι ἔνζυμον αἰτοῦντες, οὕτως ἐποίουν. Ἤδεισαν γὰρ, ὅτι τὸ αὐτό ἐστιν ὑποκείμενον, ὁ ἐκ τοῦ σίτου ἄλευρος. Οὐ γὰρ διὰ τὸ μὴ ἔχειν μικρὰν ζύμην, ἤδη πάντα τὰ τελούμενα ἀργὰ, καὶ μάλιστα τὰ τοῦ Κυρίου ῥήματα, ἅτινα καὶ μεταποιοῦσι τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον σὺν τῷ ὕδατι εἰς σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ. Ὅτι δὲ αὐτὰ τὰ ῥήματα μεταῤῥυθμίζουσι τὴν ὕλην ταύτην εἰς τὰ εἰρημένα, ἄκουσον τοῦ θείου Χρυσοστόμου ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, *Εἰς τὴν προδοσίαν τοῦ Ἰούδα, καὶ εἰς τὸ μυστικὸν δεῖπνον τοῦ Σωτῆρος, καὶ κατὰ Ἰουδαίων*· ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ λόγου· Ἐβουλόμην, ἀγαπητοὶ, τῆς κατὰ τὸν πατριάρχην πάλιν ὑποθέσεως. Πάρεστι καὶ νῦν ὁ Χριστὸς ἐκεῖνος τὴν τράπεζαν ταύτην κοσμῶν· ὁ γὰρ τὴν τράπεζαν ἐκείνην κοσμήσας τότε, οὗτος καὶ ταύτην διακοσμεῖ νῦν. Οὐ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γενέσθαι σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστός. Σχῆμα πληρῶν ὁ ἱερεὺς μόνον ἕστηκε, καὶ προσφέρει τὴν δέησιν τὰ ῥήματα φθεγγόμενος ἐκεῖνα· ἡ δὲ χάρις καὶ ἡ δύναμίς ἐστι τοῦ Θεοῦ ἡ πάντα ἐργαζομένη. *Τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα*, φησί· τοῦτο τὸ ῥῆμα τὰ προκείμενα μεταῤῥυθμίζει. Καὶ καθάπερ ἐκείνη ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα· *Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν*, ἐῤῥέθη μὲν ἅπαξ, διὰ παντὸς δὲ τοῦ χρόνου γίνεται ἔργον, δυναμοῦσα τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν πρὸς παιδοποιΐαν· οὕτω καὶ αὕτη ἡ φωνὴ ἅπαξ λεχθεῖσα παρὰ τῆς θείας γλώττης ἐκείνης, τὸ, *Τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα*, καθ' ἑκάστην τράπεζαν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἐκείνου τοῦ ῥήματος ἡ δύναμις μέχρι τῆς σήμερον, καὶ ἄχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας τὴν θυσίαν ἀπηρτισμένην ἐργάζεται. Εἰ οὖν τοῦτο τὸ ῥῆμα εἰς σῶμα Χριστοῦ καὶ αἷμα τὰ προκείμενα μεταποιεῖ, καὶ φρικτὰ μυστήρια ἀπεργάζεται, ἀδυνατεῖ δὲ ταῦτα εἶναι τέλεια διὰ τὸ μὴ ἔχειν μικρὰν ζύμην, θαῦμα ἂν εἴη· καὶ ταῦτα ἐν ταύτῃ τῇ ὕλῃ τοῦ Χριστοῦ τελέσαντος, ὡς προαποδέδεικται.

A comederunt, et a lege discesserunt cædis hujus faciendæ desiderio. Neque enim Christus tempus Paschæ non observavit, sed illi qui nihil non audebant, et leges innumeras perrumpebant. Cum hæc ita se habeant, qua ratione erunt a nobis reprehendendi, qui azymo sacrificant? De nobis autem ipsis dicimus, ita nos accepisse, et nostram consuetudinem ratam habere; et apostoli domi panem frangentes sacrificium factitabant; neque usquam apparet, quæsitum esse ab illis panem azymum ad sacrificandum. Rursus cum dies essent azymorum, et fermentatus panis non esset Hierosolymis, nusquam similiter apparet, quæsito fermentato illos consecrasse, quod scirent materiam esse eamdem, nempe farinam triticeam. Neque enim quod modi- B cum non adsit fermentum, invalida jam erunt omnia quæ ad sacrificium spectant, præsertim Domini verba, quæ panem et vinum cum aqua transmutant in corpus ejus et sanguinem? Quod antem verba hæc materiam illam transmutent in ea quæ diximus, audi ex divino Chrysostomo in oratione, quæ inscribitur: *In Judæ proditionem, et mysticam Salvatoris cœnam, et contra Judæos;* orationis autem initium hoc est: Volebam sane, dilectissimi, rursus patriarchæ argumentum, etc. Adest nunc etiam Christus ipse mensam hanc ornans: qui enim tunc mensam illam ornavit, idem nunc et hanc ipsam condecorat. Neque enim homo est, qui facit ut proposita fiant C corpus et sanguis Christi, sed qui pro nobis crucifixus est, ipse Christus. Figuram tantum gerens stat sacerdos, et preces offert, dum verba illa enuntiat; verum gratia et efficacia Dei est, quæ operatur omnia. *Hoc est*, inquit, *corpus meum*; verba hæc propositam transmutant materiam. Et quemadmodum vox illa: *Crescite et multiplicamini et replete terram* [18], prolata quidem est semel, sed perpetuis temporibus fit opus, naturam nostram ad procreationem corroborans: ita et hæc vox semel missa ab illa divina lingua: *Hoc est corpus meum*, in singulis altaribus per ecclesias virtute sua efficit, ut ad hanc diem et usque ad futurum ejus adventum sacrificium integrum peragatur. Si ergo verba hæc transmutant materiam propositam in corpus D et sanguinem Christi, efficiuntque ut sint tremenda mysteria; mirum profecto fuerit, si perfecta illa esse non possint, quod non adsit modicum fermentum; idque cum in tali materia Christus ipse confecerit, ut probavimus.

ΕΦΕΣ.

Ἆρ' οὐχ ἱκανὰ ταῦτα τὴν γνώμην αὐτῶν διαδεῖξαι, καὶ ὅτι οὐκ ἀληθείας ἔρευναν ποιούμενοι τοῖ; Λατίνοις συνῆλθον, ἣν ἐν χερσὶν ἔχοντες προδεδώκασιν, ἀλλὰ χρυσοχοῆσαι βουλόμενοι, καὶ πεπλασμένην οὐκ ἀληθῆ συστήσασθαι ἕνωσιν;

EPHES.

An non satis hæc sunt ad declarandum animum eorum, quod non indagandæ veritatis studio, quam in manibus habentes prodidere, in unum cum Latinis convenere locum; sed voluntate expiscandi aurum, et fictam, non veram unionem conciliandi?

[18] Gen. I, 28.

Digitized by Google

RESP.

Quod nos veritatem indagantes potius, per eam conjuncti fuerimus cum Latinis, constat plane omnibus, qui contentiones non amant : nam veritatis inquisitio per sanctorum theologiam habita est, non ut ipse ait, quod et ipsam quam habebamus, veritatem prodiderimus. Alioquin hoc idem de quavis œcumenica synodo dici posset, relicta videlicet prima fide, aliam esse ab iis editam. Verum hoc nusquam scriptum est, quod explanando novam fidem conderent. Hujus rei testis erit et sanctus Maximus in illo tractatu, cujus antea mentionem fecimus. Qua enim, inquit, ratione, et quo pacto sanctam Chalcedonensem synodum, cum illa Patrum vocibus aperte usa sit, criminamini? et quasi novam fidei definitionem condiderit, passim conviciis illam tum scriptis, tum dictis proscinditis? *Nolite*, inquit Dominus, *judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate* [16]. Cur in una eademque materia de Patribus synodi Chalcedonensis conquerimini, et antiquiores hoc ipso crimine liberatis? Nam si licet accusare Patres Chalcedonensis concilii, ut aliam fidei definitionem promulgantes, eo quod voces adhibuerint, quæ non habentur in definitione Patrum Nicænorum ; sequitur omnino, ut hoc idem ob eamdem causam dici possit et contra Cyrillum, et contra centum quinquaginta Patres : sed si de illis hoc dici non licet, non video cur liceat de hac synodo. Quod igitur paternas secuti voces, per eas unionem perfecerimus, jam demonstratum est : idcirco nec jure nos insimulat, quod veritatem, quæ a nobis erat, prodiderimus. Sed neque aure inhiantes unionem consecimus ; nam et ipse æque ac nos constituta salaria sumebat, et nummum aureorum expers non erat : quin etiam de pecunia, quæ huc missa erat ad commeatum navigationis, nec non Venetiis, et menstrua quæ dabantur mihi, similiter et ipse accipiebat. Nescio porro, an quia sancti Eugenii depinxerit imaginem, ut eam papæ inferret, et sermonem ad eum scripserit, in quo præter alia dicebat : Pater Abraham, eleva manus tuas, et benedic filiis tuis, qui tibi ab oriente veniunt ; et nihil ex eo mercedis habuerit, nec aurum expiscatus fuerit ; hujusmodi verba eructet.

ΑΠΟΛ.

Ὅτι μὲν οὖν ἀληθείας ἔρευναν ποιούμενοι μᾶλλον, διὰ ταύτης Λατίνοις ἡνώθημεν, πρόδηλον καὶ φανερὸν τοῖς μὴ φιλονεικεῖν ἐθέλουσι· διὰ γὰρ τῆς τῶν ἁγίων θεολογίας ἡ ἕρεσις γέγονε, καὶ οὐχ ὡς αὐτός φησιν, ὅτι προδεδώκαμεν καὶ ἣν εἴχομεν· τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ πάσης οἰκουμενικῆς συνόδου ἐλέγετο ἄν, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἐάσαντες, ἑτέραν ἔσχον. Ἀλλ' οὐδαμοῦ τοῦτο γέγραπται, ὅτι διὰ τῆς ἐξαπλώσεως ἑτέραν πίστιν ἔσχον. Μαρτυρήσει τοῦτο καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Μάξιμος ἐν τῷ προμνημονευθέντι λόγῳ αὐτοῦ· φησὶ γάρ· Τίνι λόγῳ καὶ πῶς τὴν ἐν Καλχηδόνι ἁγίαν σύνοδον, καίτοι πατρικαῖς προδήλως ἀποχρησαμένην φωναῖς, αἰτιᾶσθε, καὶ ὡς ἄλλον πίστεως ὅρον εἰσάγουσαν, τῇδε κἀκείσε καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως διαλοιδορεῖτε καὶ διασκώπτετε ; *Μὴ κατ' ὄψιν κρίνητε, διὰ τὸν εἰπόντα Θεὸν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε.* Τίς ἡ ἐπὶ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς ὑποθέσεως τῶν ἐν Καλχηδόνι Πατέρων ἐγκλησις ὑμῶν, καὶ τίς ἡ τῶν προλαβόντων ἀνάρρησις ; Εἰ γάρ ἐστι κατὰ τῆς Καλχηδονέων ἄλλον αἰτιᾶσθαι πίστεως ὅρον διὰ τὰς οὐκ ἐγκειμένας τῷ ὅρῳ τῆς Νικαίων φωνάς, τοῦτό γε πάντως ἕψεται λέγειν διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν καὶ κατὰ Κυρίλλου καὶ κατὰ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα· εἰ δὲ κατ' αὐτῶν οὐκ ἔστι, πῶς κατ' ἐκείνης, συνιδεῖν οὐκ ἔχω. Ὅτι οὖν πατρικαῖς ἑπόμενοι φωναῖς, διὰ τούτων τὴν ἕνωσιν πεποιήκαμεν ἀποδέδεικται· διὸ οὐδὲ βιαίως ἐγκαλεῖ, ὅτι ἣν εἴχομεν προδεδώκαμεν· ἀλλ' οὐδὲ χρυσοχοῆσαι βουλόμενοι τὴν ἕνωσιν πεποιήκαμεν· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁμοίως ἡμῖν τὸ τεταγμένον ἐλάμβανε, καὶ τῶν χρυσίνων στατήρων οὐκ ἀμέτοχος ἦν· ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἰταλέντων ἐνταῦθα δι' ἐφόδια τοῦ πλοῦ, καὶ ἐν τῇ Βενετίᾳ, καὶ τὸ κατὰ μῆνα διδόμενον ἐκεῖσε, ὁμοίως ἐλάμβανεν. Οὐκ οἶδαμεν δὲ, εἰ ἐπὶ τὸν ἅγιον Εὐγένιον ἰσιόρησεν, ἵνα δώσῃ τῷ πάπᾳ, καὶ ὅτι προσφωνητικὸν ἔγραψε πρὸς ἐκεῖνον, γράφων καὶ τοῦτο· Πάτερ Ἀβραάμ, ἔπαρον τὰς χεῖράς σου, καὶ εὐλόγησον τὰ τέκνα σου ἥκοντα ἐξ ἑῴας· καὶ μὴ λαβὼν ἀντιμισθίαν τούτων, μηδὲ χρυσοχοήσας, τὰ τοιαῦτα ἐρεύγεται.

EPHES.

Sed quemadmodum cum illis conjuncti fuerint, considerandum. Nam omne quod cum alio conjungitur, per aliquod certe medium unitur. Quod igitur ad sententiam de Spiritu sancto attinet, visi sunt illis conjungi, sancientes illum a Filio etiam suam subsistentiam habere ; at cætera omnia differunt, nec est inter eos quidquam unum, aut medium, aut commune.

ΕΦΕΣ.

Τίνα δὲ καὶ τρόπον αὐτοῖς ἡνώθησαν, ἐπισκεπτέον. Πᾶν γὰρ τὸ ἑτέρῳ ἑνούμενον δι' ἑνός τινος μέσου πάντως ἑνοῦται. Τῇ μὲν οὖν δόξῃ τῇ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔδοξαν ἑνωθῆναι σὺν αὐτοῖς, ἀποφηνάμενοι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τοῦτο ἔχειν τὴν ὕπαρξιν· τὰ δ' ἄλλα πάντα διάφορα, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖς ἕν, οὐδὲ μέσον, οὐδὲ κοινόν.

RESP.

Nos medio ad unionem usi sumus theologia sanctorum, non relicto eo, quod antea tenebamus, ut jam satis bene perspicueque demonstratum est.

ΑΠΟΛ.

Ἡμεῖς διὰ μέσου ἡνώθημεν τῆς τῶν ἁγίων θεολογίας, οὐ καταλιπόντες ἣν εἴχομεν πρότερον, ὡς προαποδέδεικται μάλα καλῶς καὶ περιφανῶς· κατὰ

[16] Joan. vii, 24.

Digitized by Google

γὰρ τὰ ἄνωθεν εἰρημένα παρὰ τῶν θεοφόρων Πατέρων πᾶν τὸ ἐξαπλούμενον καὶ ἐπεξεργαζόμενον οὐκ ἀνατρέπει τὸ πρῶτον, οὐκ ἀλλοιοῖ, ἀλλ' οὐδ' ἀμαυροῖ οὐδ' ἀφανίζει, ἀλλὰ μᾶλλον συνίστησι καὶ διατρανοῖ, καὶ φανερώτερον καθίστησιν. Ὅτι δὲ ἀληθὴς ἡ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δόξα ἡ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, προαποδέδεικται, ὅτι τῶν μακαρίων Πατέρων ἐστὶν ἡ φωνὴ αὕτη. Μεσότητα δὲ οὐδ' ὅλως ἐνοήσαμεν ἄλλην, εἰ μὴ τὴν ἀλήθειαν, ἣν καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος φησί· Μεσότητα δὲ ἔταν εἴπω, τὴν ἀλήθειαν λέγω· καὶ ἀλλαχοῦ· Ἡμεῖς δὲ τὴν μέσην ὁδὸν καὶ βασιλικὴν βαδίζοντες, ἐν ᾗ καὶ τὸ τῶν ἀρετῶν ἵστηκεν ἀκρότατον. Ταύτην μόνην τὴν μεσότητα καὶ ἡμεῖς ἀεὶ στέργομεν κυρίως, εἰδότες ὅτι τὸ μέσον ἐστὶ καὶ ἐνούσιον, τὰ δὲ παρ' ἑκάτερα τοῦ μέσου κακία ἀνούσιος· καὶ οὔτε ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, οὔτε μὴν ἐκ μόνου τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι λέγομεν, ἀλλὰ τὴν μέσην ὁδὸν τῶν ἁγίων καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐξ Υἱοῦ, καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ.

A Nam juxta supra citatas sententias Patrum Deo plenorum, omne quod explanatur et latius explicatur non evertit, non immutat, non obscurat, non tollit denique quod prius est, sed confirmat potius et declarat, dilucidiusque constituit. Esse porro veram de Spiritu sancto sententiam, quod a Filio quoque procedat, jam probatum est evidenter, eo quod scilicet hæc vox a sanctis Patribus desumpta sit. Medium vero nullum venit nobis in mentem præter veritatem : quo etiam Gregorius Theologus illam nomine vocat (1), Medium, inquit, cum dico, veritatem dico. Et rursus alibi (2), Nos vero, inquit, media regiaque via incedentes, in qua etiam summitas virtutum consistit. Hoc unum perpetuo nobis quoque medium probatur, quod proprie B tale est, scimus enim medium esse rem natura constantem, extrema vero malum, quod nihil est. Itaque Spiritum sanctum neque ex solo Patre, neque ex solo Filio procedere dicimus, sed mediam tenentes sanctorum viam, fatemur et ex Patre, et ex Filio, sive per Filium.

ΕΦΕΣ.

Ἀλλὰ δύο μὲν σύμβολα καὶ παρηλλαγμένα λέγεται πάλιν, ὥσπερ καὶ πρότερον· δίτται δὲ καὶ διάφοροι λειτουργίαι τελοῦνται, ἡ μὲν δι' ἐνζύμου θυσίας, ἡ δὲ δι' ἀζύμου.

EPHES.

Sed duo diversa Symbola nunc quoque recitantur, sicut et antea ; duo quoque sunt differentia sacrificiorum genera, alterum quod pane fermentato conficitur, alterum quod azymo.

ΑΠΟΛ.

Δύο μὲν σύμβολα οὐκ εἰσιν, οὐδὲ παρηλλαγμένα· ἓν γάρ ἐστι τὸ τῆς πίστεως σύμβολον, ὃ ψάλλομεν ἡμεῖς τε καὶ Λατῖνοι· οὐ γὰρ διὰ τὴν σαφήνειαν, ἣν C ἐδέξατο παρ' ἐκείνων, ἤδη ἄλλο σύμβολόν ἐστιν. Εἰ δὲ καὶ δύο ἦσαν, οὐδ' οὕτως ἂν ἐκαλοῦντο δύο· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἐν Νικαίᾳ σύμβολόν ἐστιν ἄλλο, καὶ τὸ τῶν ἀποστόλων ἕτερον· ἀλλὰ κατὰ τὸν νοῦν οὐ διαφέρουσι, διὰ τοῦτο οὐδὲ παρηλλαγμένα. Δίτται δὲ λειτουργίαι οὔτε εἰσὶν, οὔτε λέγονται, διότι εἷς ἐστιν ὁ σκοπὸς τοῦ τὸν ἱερέα ὑπηρέτην γενέσθαι τῆς τοιαύτης θυσίας· καὶ ταύτην ἔχει θεμέλιον πᾶς ἱερεὺς ἀρχόμενος τῆς θείας μυσταγωγίας, τὴν κυριακὴν φωνὴν, ἣν ὁ Κύριος προήκατο· *Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*, διὰ τοῦ ἐκ τοῦ σίτου ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου καὶ τοῦ ὕδατος· ὥστε διὰ τούτων, καὶ διὰ πάσης τελετῆς, καὶ τῶν κυριακῶν θείων ῥημάτων, καὶ τοῦ θυσιαστηρίου τελεῖσθαι τὸ μυστήριον, D καὶ γίνεσθαι σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, αὐτοῦ μεταποιοῦντος τῇ παντοδυνάμῳ θεότητι. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τίμιος ἀνὴρ ὁμολογήσει, ὅτι καὶ πρὸ τοῦ ἱεροῦ Βασιλείου καὶ τοῦ θείου Χρυσοστόμου ἡ τελετὴ τῆς θείας λειτουργίας οὐ διέλειπεν, ἀλλ' οὐ διὰ τῶν ἐκθέσεων τῶν εἰρημένων ἁγίων ἐτελεῖτο· πῶς γὰρ, μήπω γεγονότων; Καὶ πάλιν γενομένων, οὐδεὶς ἂν ἔχοι δεῖξαι, ἐν τοῖς ἑσπερίοις διὰ τῶν ἐκθέσεων τῶν εἰρημένων ἁγίων ἐτελεῖτο ἡ μυστικὴ αὕτη θυσία· ἀλλ' οὐδέποτε δίτται λειτουργίαι ἐρρέθησαν, διότι μία ἡ διὰ τῶν θείων ῥημάτων, καὶ τοῦ σκοποῦ, καὶ τῆς ὕλης, καὶ τοῦ ἱερέως ὑπηρέτου τάξιν ἔχοντος, καὶ τῆς ἄνωθεν θείας χάριτος τελουμένη.

RESP.

Duo certe Symbola non sunt, nec diversa : nam fidei Symbolum, quod nos et Latini canimus, unum est ; neque enim ob declarationem, quam illi apposuerunt, aliud propterea Symbolum est. Quod si etiam duo essent, ne tunc quidem vocarentur duo, siquidem aliud Patrum Nicænorum, aliud apostolorum Symbolum est ; hæc tamen quia sensu non differunt, nequaquam diversa vocantur. Duo quoque sacrificiorum genera nec sunt, nec dicuntur, quoniam scopus unus est, ut scilicet sacerdos fiat minister hujus sacrificii : et hoc est omni sacerdoti sacris operaturo fundamentum, Dominica vox quam protulit Dominus : *Hoc facite in meam commemorationem*, per triticeum panem et vinum cum aqua ; ut per hæc, et ritus omnes, et sacratissima Domini verba, et altare, perficiatur mysterium, fiatque corpus et sanguis Christi Salvatoris, ipsomet transmutante omnipotentis vi deitatis. Nam et ipse venerabilis Ephesius fatebitur, divinum sacrificium celebrari solitum etiam ante tempora sanctorum Basilii et Chrysostomi, non tamen eo ritu, quem ipsi exposuerunt : quinam, cum posteriores illi fuerint ? Et postquam illi modum celebrandi missam exposuere, nemo probare poterit, Occidentalem Ecclesiam eo modo fuisse usam : nec tamen duo sacrificandi genera dicta unquam sunt, eo quod una sit vocum divinarum virtus, et intentio, et materia, et sacerdotis ministerio fungentis facultas, et cœlestis gratia quæ operatur. Nam, ut supra dictum est, intentio est

(1) Orat. de theol. 1.

(2) Orat. apologet.

Digitized by Google

conficiendi quod dixit Dominus : *Hoc facite in meam commemorationem*, materia farina, sive panis triticeus, et vinum cum aqua, super quæ Dominus dixit : *Hoc est corpus meum* ; et : *Hic est sanguis meus* ; fitque materia hæc semper corpus ipsius virtute ejus qui hæc transmutat. Unum est igitur hoc sacrificium, dum fiat juxta normam et præscriptum nobis a Domino traditum, ut explicatum est. De azymo vero et fermentato jam allata demonstratio est ; nam sanctus Pater Chrysostomus homilia quinquagesima in Matthæum : Credite, inquit ; illa nunc etiam cœna fit, in qua et ipse accumbebat ; nihil enim hæc differt ab illa, cum non homo hic, ipse vero illic sit operatus. Verum satis probatum est, quid sit de hoc mysterio sentiendum. In nostri porro officii lectionibus, de beato Gregorio mense Martio et hoc habemus : Gregorius e medio vitæ sublatus, et in medium angelorum cœtum evocatus. Et : Sanctus Gregorius in omni scientiarum genere et in Scripturis versatus multos a se compositos libros reliquit. Et paucis interjectis : Non humanis, inquit, ratiocinationibus et studiosa tantum eruditione conscriptos, sed per Spiritum sanctum, quemadmodum eo vita functo Petrus archidiaconus ejus narravit. Visam enim a se aiebat albam columbam, dum ille scriberet, ad os ejus advolantem, et veluti suggerentem et dictantem quæ scribebantur. Et non multo post : Aiunt autem ex hujus institutione factum, ut quadragesimali tempore apud Romanos Missæ sacrificium integrum peragatur, quod apud illos hodieque servatur. Sed non propterea disjuncti fuimus, neque illius ævi homines duo missarum genera dixerunt ; et neque illos ipsi unquam culpavimus, neque illi nos coegerunt ad hujusmodi consuetudinem ; quoniam hæc veritati fidei nihil officiunt.

A Καὶ γὰρ, ὡς προείρηται, ὁ σκοπός ἐστιν, ὅτι ὁ Κύριος εἶπε· *Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*· ὕλη ὁ ἐκ τοῦ σίτου ἄλευρος ἤτοι ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος, καὶ τὸ ὕδωρ, ἐφ' οἷς ὁ Κύριος εἶπε· *Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου*, καὶ, *Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου*· καὶ ἀεὶ εἰς σῶμα αὐτοῦ ἡ ὕλη γίνεται τῇ τοῦ μεταποιοῦντος αὐτὰ δυνάμει. Μία οὖν ἐστιν ἡ θυσία αὕτη, εἰ μόνον κατὰ τὸν παραδοθέντα ἡμῖν ὑπὸ τοῦ Κυρίου ὅρον τε καὶ λόγον τελεῖται, καθὼς ἐδηλώσαμεν. Περὶ δὲ ἀζύμου ἢ ἐνζύμου ἤδη προαπεδείχθη· καὶ γὰρ ὁ ἱερὸς Χρυσόστομος ἐν τῇ ν' ὁμιλίᾳ τοῦ κατὰ Ματθαῖόν φησι· Πιστεύσατε τοίνυν, ἐκεῖνο καὶ νῦν τὸ δεῖπνόν ἐστιν, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἀνέκειτο· οὐδὲν γὰρ ἐκείνου τοῦτο διενήνοχεν· οὐδὲ γὰρ τοῦτο μὲν ἄνθρωπος ἐργάζεται, ἐκεῖνο δὲ αὐτός. Ἀλλὰ τὸ περὶ μυστηρίου ἀρκούντως ἐδείχθη. Ἐν τοῖς συναξαρίοις δὲ ἡμῶν περὶ τοῦ μακαρίου Γρηγορίου ἐν τῷ Μαρτίῳ μηνὶ καὶ τοῦτο περιέχεται· Ὁ Γρηγόριος ἐκ μέσου μὲν τοῦ βίου, ἐν μέσῳ δὲ τοῦ χοροῦ τῶν ἀγγέλων γενόμενος· καί· Ὁ ὅσιος Γρηγόριος, πάσης σοφίας καὶ Γραφῆς ἔμπειρος πολλὰ συγγράμματα καταλέλοιπε· καὶ μετ' ὀλίγα· Οὐ δι' ἀνθρωπίνων συλλογισμῶν καὶ τῆς ἐν λόγοις σοφίας μόνον συντεθέντα, ἀλλὰ διὰ Πνεύματος ἁγίου, ὡς μετὰ τὴν αὐτοῦ ἐκ τοῦ βίου ἀνάλυσιν Πέτρος ὁ ἀρχιδιάκονος αὐτοῦ ἐξηγήσατο, ἰδεῖν λέγων περιστερὰν λευκὴν ἐν τῷ γράφειν αὐτὸν τῷ αὐτοῦ προσεγγίζουσαν στόματι, καὶ οἷον ἐξηγουμένην καὶ προσορμῶσαν πρὸς τοῖς γεγραμμένοις· καὶ μετὰ βραχέα· Φασὶ δὲ, ὅτι ἐπιτελεῖσθαι λειτουργίαν τελείαν παρὰ B Ῥωμαίοις ἐν ταῖς νηστίμοις ἡμέραις οὗτός ἐστιν ὁ νομοθετήσας, ὅπερ κρατεῖται μέχρι τῆς σήμερον παρ' αὐτοῖς. Ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἐσχίσθημεν, οὐδὲ διττὰς λειτουργίας ὠνόμασαν οἱ τότε ὄντες· ἀλλ' οὐδ' ἡμεῖς ποτε ἐκείνοις ἐνεκαλέσαμεν, ἀλλ' οὐδ' ἡμᾶς ἠνάγκασαν οὕτω ποιεῖν. Ταῦτα γὰρ τὴν τῆς πίστεως ἀλήθειαν οὐ παραβλάπτουσιν.

EPHES.

Bina quoque baptismata ; unum quod trina immersione confertur, alterum quod aquæ infusione a summo vertice ; et unum quidem, quod chrisma etiam adhibet, alterum vero quod adhibere illud nihil prorsus necesse habet.

ΕΦΕΣ.

Διττὰ δὲ βαπτίσματα, τὸ μὲν διὰ τριττῆς καταδύσεως τελειοῦν, τὸ δὲ δι' ἐπιχύσεως ὕδατος ἐκ κορυφῆς ἄνωθεν· καὶ τὸ μὲν τῷ μύρῳ προσχρώμενον, τὸ δ' οὐδ' ὁτιοῦν αὐτοῦ χρείαν ἔχον.

RESP.

Bina certe baptismata nemo unquam dixit. Unum D quippe est sacrum baptisma, quod fit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti ; et qui ita baptizatur, perfectus est Christianus. Significantur autem per Patrem, et Filium et Spiritum sanctum tres divinæ hypostases ; per commune vero nomen unitas et identitas essentiæ, nec non æqualitas et inseparabilitas et indistinctio potentiæ trium personarum. Et quisquis ita baptizatur, ita baptismus non iteratur : quod si addito aliquo vel ablato baptizetur, tunc nec dicitur, nec est baptismus. Baptismus enim ex Deo proprie est ; quemadmodum divinus Pater Chrysostomus quinquagesima in Matthæum homilia docet : Nam minister, inquit, est sacerdos ; sicut enim cum ba-

ΑΠΟΚ.

Βαπτίσματα δὲ δύο διττὰ οὐδέποτε ἐρρέθησαν. Ἓν γάρ ἐστι τὸ θεῖον βάπτισμα εἰς τὸ ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος· καὶ ὁ οὕτω βαπτιζόμενος τέλειός ἐστι Χριστιανός. Δηλοῖ δὲ διὰ μὲν τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὰς τρεῖς θεαρχικὰς ὑποστάσεις· διὰ δὲ τοῦ κοινοῦ ὀνόματος τὸ ἓν τῆς οὐσίας καὶ ταυτὸν, καὶ τὸ ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ἴσον τε καὶ ἀχώριστον καὶ ὁμοδύναμον. Καὶ ὅστις οὕτω βαπτίζεται, οὐκ ἀναβαπτίζεται. Εἰ δὲ μετὰ προσθήκης ἢ ἐλλείψεως βαπτίζεται, τοῦτο οὐ βάπτισμα λέγεται οὔτε ἐστί. Τὸ γὰρ βάπτισμα κυρίως μὲν ἐκ Θεοῦ· οὕτω γὰρ καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον ἐν τῇ πεντηκοστῇ ὁμιλίᾳ φησίν· Ὑπηρέτης γάρ ἐστιν ὁ ἱερεύς· ὥσπερ γὰρ ὅταν βαπτίζῃ, οὐκ αὐτός σε βαπτίζει, ἀλλ' ὁ

Digitized by Google

Θεός ἐστιν ὁ κατέχων σου τὴν κεφαλὴν ἀοράτῳ δυ- A
νάμει, καὶ οὔτε ἄγγελος, οὔτε ἀρχάγγελος, οὔτε
ἄλλος τις δύναται προσελθεῖν καὶ ἅψασθαι, οὕτω καὶ
νῦν· ὅταν γὰρ ὁ Θεὸς ἀναγεννᾷ, αὐτοῦ μόνου ἐστὶν
ἡ δωρεά. Ἐπεὶ οὖν αὐτός ἐστιν ὁ βαπτίζων Θεὸς καὶ
κατέχων τὴν κεφαλὴν τοῦ βαπτιζομένου, ὡς φησιν ὁ
ἅγιος, πῶς αὐτὸς φάσκει, ὅτι δύο βαπτίσματά εἰσι;
Πόθεν τοῦτο λαβὼν ἔχει, τοὺς εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ
Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος βαπτιζομένους μὴ εἶναι
τελείους Χριστιανούς;

Ὅτι μὲν ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τὸ διὰ τριῶν κατα-
δύσεων, φανερόν· οὕτω γὰρ ὑπὸ τῶν ἁγίων παρε-
δόθη, ὡς τὴν τριήμερον τοῦ Κυρίου ταφὴν εἰκονίζον-
καὶ οὕτως ἐστὶ παραδεδομένον, καὶ τὰ τακτικὰ τῶν
Λατίνων οὕτω λέγουσι. Τὸ ἀναγκαῖον οὖν καὶ ἀπα- B
ραίτητόν ἐστιν ἡ ἀποταγὴ τοῦ Σατανᾶ καὶ τῆς πομ-
πῆς αὐτοῦ καὶ τῆς λατρείας καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ,
καὶ συνταγὴ εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ ἡ ὁμολογία τῆς
πίστεως, καὶ ἡ μετ' εὐχῆς τοῦ ἐλαίου χρίσις, ἅπερ
καὶ Λατῖνοι ποιοῦσιν ἀπαραιτήτως. Ἀλλ' οὐδ' ἡμεῖς
καταδύομεν τὰ νήπια μέχρις ὅλης κορυφῆς, διότι οὐ
δυνάμεθα παραγγέλλειν αὐτοῖς φυλάττειν τὴν εἰσπνο-
ὴν καὶ ἐκπνοὴν τῆς ῥινὸς, ἵνα ταύτης φυλαττομένης
καὶ ἡ δι' ὤτων τοῦ ἱεροῦ ὕδατος εἴσοδος φυλάττηται·
ἀλλ' οὐδὲ τὸ στόμα τοῦ νηπίου κλείειν δυνάμεθα.
Ἀλλ' ἐμβάλλομεν αὐτὰ εἰς τὴν κολυμβήθραν, ὡς
πάνυ ἀναγκαῖον καὶ παραδεδομένον οἱονεὶ τῆς κο-
λυμβήθρας μήτραν εἰκονιζούσης, καὶ τὴν ἀναγέν-
νησιν διὰ τούτου δηλούσης. Καὶ ἵνα μὴ ἡ κεφαλὴ,
ἔνθα ἡ τῶν αἰσθήσεων ξυνωρὶς καὶ τὸ τῆς ψυχῆς C
ὄχημα, ἄμοιρος γένηται τοῦ θείου βαπτίσματος,
ὑποκοιλαίνοντες τὴν χεῖρα, καὶ ταύτην ἐκ τοῦ ἁγίου
ὕδατος ἐμπλήσαντες, ἐπιχέομεν ἐπάνω αὐτῆς, τὸ
θεῖον ἐκφωνοῦντες ὄνομα, καὶ ἑκάστης ὑποστάσεως
ἰδίωμα. Καὶ ὁ ἅγιος δὲ Ἀπολλώνιος ὀνειδισθεὶς παρὰ
τοῦ τυράννου, ὡς ἀβάπτιστος εἴη καὶ οὐκ ἔστι Χρι-
στιανὸς, στὰς εἰς προσευχὴν, ὁ Θεὸς θέλων πληρο-
φορῆσαι αὐτὸν, τὴν δέησιν αὐτοῦ οὐ παρεῖδεν, ἀλλὰ
νεφέλην πέμψας δρόσον κατέχεεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν
αὐτοῦ. Εἰ οὖν τὸ χεόμενον ἐπὶ κεφαλῆς οὐ βάπτισμα,
οὐκ ἂν οὕτως γέγονεν, ἀλλ' ἑτέρῳ τρόπῳ. Ἀλλὰ τί
χρὴ λέγειν πολλὰ περὶ τούτου; Καὶ οὗτος ὁ τίμιος
ἀνὴρ ἴσμεν οἶδε τὸ βάπτισμα τό τε ἡμέτερον καὶ τὸ τῶν
Λατίνων, καὶ οὐ δύο· καὶ γὰρ τρόφιμος ὢν τῆς Ἐκ-
κλησίας οὐδέποτε εἶδε παρ' ἡμῶν τοὺς Λατίνους D
ἀναβαπτιζομένους· ὅμως ὑπὸ ἀηδίας κινούμενος
ταῦτα λέγει, καὶ οὐ χρὴ τὰ ὑπὸ ἀηδίας λεγόμενα
πολυπραγμονεῖν. Ἀλλὰ καὶ τῷ μύρῳ τοὺς βαπτιζο-
μένους οἱ Λατῖνοι χρίουσι, καὶ ὡς ἡμεῖς ἓν τῶν ἑπτὰ
μυστηρίων τῆς Ἐκκλησίας τὴν τελετὴν τοῦ μύρου
λέγουσι. Χρίουσι δὲ τοῦτο, ὅταν τελείας ἡλικίας
ἐπιλάβωνται οἱ ἄνθρωποι, ἡνίκα καὶ ἀκοῦσαί τι μυ-
στικὸν καὶ ἀποκρίνασθαι δυνατὸν κατὰ τὸν μέγαν ἐν
θεολογίᾳ Γρηγόριον.

ptizat, non te ille baptizat, sed Deus est, qui tuum caput invisibili potentia tenet; et nec angelus, nec archangelus, neque quisquam alius potest accedere et tangere, ita et nunc. Quando enim Deus regenerat, ipsius est donum solius. Cum igitur, ut sanctus Pater docet, ipse Deus sit qui baptizat, tenetque baptizandi hominis caput, quomodo iste asserit duos esse baptismos? Unde vero sumit, perfectos non esse Christianos, qui in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizati sunt?

Esse porro necessariam trinam immersionem, (3) patet; nam et a sanctis hoc traditum est, nempe ad significandam triduanam Domini sepulturam. Ita sane traditum est, et ritualia Latinorum ita observandum docent. Quod igitur necessarium est et nulla ratione omittendum, abrenuntiatio est Satanæ, et pomparum et cultus et operum ejus; nec non promissio, quæ Christo fit, et fidei professio, oleique cum oratione unctio: quæ a Latinis etiam inviolabiliter observantur. Sed et nos haudquaquam immergimus infantes usque ad summum verticem; nec enim possumus illis præcipere, ut respirationem et exspirationem per nares cohibeant; ne etiam per aures sacra permeet aqua; sed neque os infantis obturare possumus. Verum eos in sacrum immittimus fontem, ut ne quid valde necessarium ex traditione prætermittamus; quasi uteri imaginem referente lavacro, et regenerationem per hoc indicante. Et ne caput, in quo est sedes omnium sensuum et vehiculum animæ, sacri baptismatis fiat expers, cava manu aquam e sacro fonte haurientes, illud perfundimus, divinum invocantes nomen, et proprietatem singularum hypostaseon. Nam et sancto Apollonio, cum objectum illi esset a tyranno ut probrum, quod baptismo non ablutus, proinde non esset Christianus; fusis ab eo precibus satisfecit Deus, deprecationem ejus benigne audiens; demissa enim nube caput ejus rore perfudit. Si igitur baptismus non perficitur perfusione capitis, non ita, sed alio modo res gesta esset. Quid multa? Unum et ipse vir egregius novit baptisma nostrum et Latinorum, non duo. Cum enim alumnus Ecclesiæ sit, nunquam vidit Latinos rerum baptizari a nobis, verum hæc ille profert iratior; quæ autem ex averso animo proficiscuntur, non sunt curiosius examinanda. Cæterum Latini etiam baptizatos inungunt chrismate; et æque ac nos credunt unctionem chrismatis esse unum de septem Ecclesiæ sacramentis. Adhibent vero illud, cum provectiori ætate sunt homines; quando, juxta eximium theologiæ doctorem Gregorium (4), et mysticum quid audire et respondere per ætatem licet.

ΕΦΕΣ.

Διττὰ δὲ τὰ ἔθη πάντα καὶ πᾶσι παρηλλαγμένα,

EPHES.

Instituta quoque ac mores in omnibus di-

(3) Loquitur de necessitate quadam consuetudinis, non autem absoluta. Vide Greg. libr. 1, ep. 1.
(4) Orat. in baptismum.

Digitized by Google

versa omnino sunt, jejunia, et ritus ecclesiastici, et similia. Quæ ergo hic unio, ubi nullum patens ac manifestum apparet signum ? et quomodo uniti sunt, qui sua retinere volunt ? Hac enim lege suum ad unionem præbuere assensum, quamvis a Patrum traditionibus desciverint.

RESP

Nescit ergo, ut plane videtur, eximius hic vir, varios in hac etiam magna urbe Constantinopolitana servari mores, jejuniorumque ac rituum ecclesiasticorum esse diversitates. Namque ante Christi Natalem sunt qui ordiuntur jejunium ex die quinto decimo Novembris ; alii ex die sexto Decembris ; alii ex vicesimo. Ad honorem quoque ascensionis Christi quidam jejunare incipiunt ex Kalendis Maii ; et alia ab aliis jejunia observantur. Nam et ipso sanctæ ac magnæ Quadragesimæ tempore diebus Sabbati et Dominicæ multi vescuntur piscibus, aliis quoque alii diebus ; sunt etiam qui iis omnino se abstinent. Quid ergo ? dicemusne illos fide etiam inter se dissidere ? In ritibus quoque ecclesiasticis consuetudo est varia ; nam Constantinopolitana major ecclesia in celebrandis officiis alio more utitur, alio vero majora monasteria, alio minora ad quietem accommodata, denique alio sacerdotum sæcularium Ecclesiæ. Quin et Tabennesiotæ in uno eodemque cœnobio varios jejunandi psallendique modos habebant, aliis per triduum jejunantibus, aliis per hebdomadam ; et his quidem ad vesperam, illis vero de media nocte sacros hymnos canentibus : quod fiebat etiam in monasterio Acœmetorum (5). Sanctus Simeon Stylita quadraginta dierum jejunium nihil omnino degustans complevit ; idem beatus quoque Daniel præstitit ; hæc tamen nemo ad hanc diem in crimen vocavit. Jubet canon (6), omnibus sextis feriis esse jejunandum : nos quibusdam non jejunamus ; Latini vero nunquam ejus diei solvunt jejunium, nisi Natalis Domini dies contingat. Rursus præcipiente canone (7), non esse jejunandum Sabbato, Socrates, qui fuit ante synodum tertiam, In Occiduis, inquit, partibus jejunant diebus Sabbati : nec tamen qui illis fuere temporibus crimini hoc dederunt, quod scirent, varios jejuniorum et rituum mores non inferre differentiam fidei. Mirum porro fuerit, cur iste vir et linguæ diversitatem, et varium indumentorum genus vitio non verterit ; aut quod illi flectant genua cum adorant et orant, servantes morem antiquitatis ; nos minime. Verum vox illa, quam subdit : Et similia, hoc sibi velle videtur, quod sane quis summopere demiretur.

EPHES.

At quam illi præclaram obtendunt rationem ? Nunquam, inquiunt, Græcorum Ecclesia dixit, Spiritum ex solo Patre procedere, sed simpliciter ex Patre procedere ; hoc autem Filium non excludit a productione : ita ut hac ratione fuerimus et

νηστεῖαί τε καὶ ἐκκλησιαστικαὶ τάξεις, καὶ εἴ τι τοιοῦτον. Τίς οὖν ἡ ἕνωσις, ὅταν μὴ φανερὸν καὶ ἐπίδηλον σημεῖον ἔχῃ, καὶ πῶς ἡνώθησαν οἱ τὰ οἰκεῖα στέργειν βουλόμενοι ; Τοῦτο γάρ που καὶ συνεφώνησαν καὶ μὴ τοῖς ἐκ τῶν Πατέρων παραδεδομένοις ἀκολουθοῦντες.

ΑΠΟΛ.

Οὐκ οἶδεν οὖν, ὡς ἔοικεν, ὁ τίμιος οὗτος, ὅτι καὶ ἐν ταύτῃ τῇ μεγαλοπόλει διάφορα ἤθη εἰσὶ, νηστεῖαί τε καὶ ἐκκλησιαστικαὶ τάξεις παρηλλαγμέναι. Καὶ γὰρ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς ιε' τοῦ Νοεμβρίου ἄρχοντσι νηστεύειν τὸ τεσσαρακονθήμερον· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ἕκτης τοῦ Δεκεμβρίου· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς κ'· καὶ ἕτεροι δὲ ἀπ' ἀρχῆς τοῦ Μαΐου διὰ τὴν ἑορτὴν τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως· καὶ ἄλλοι ἄλλας νηστείας. Καὶ οἱ μὲν τὰ Σάββατα καὶ τὰς Κυριακὰς τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Τεσσαρακοστῆς ἰχθύας ἐσθίουσιν, ἕτεροι δὲ καὶ ἄλλας ἡμέρας· ἄλλοι δὲ τούτων ἀπέχονται· τί οὖν, ἀσυμφώνους καὶ περὶ δὲ τὴν πίστιν ἐροῦμεν ; Ὁμοίως καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς τάξεσι διαφορὰν ἔστιν εὑρεῖν· καὶ γὰρ ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία ἐν ταῖς ψαλμῳδίαις ἄλλην τάξιν ἔχει, καὶ ἄλλην αἱ μεγάλαι μοναὶ, καὶ ἄλλην τὰ ἡσυχαστήρια, καὶ ἄλλην αἱ κοσμικαὶ ἐκκλησίαι. Καὶ οἱ Ταβεννησιῶται δὲ ἐν τῇ αὐτῇ καὶ μιᾷ μονῇ διαφόρους νηστείας καὶ διαφόρους ψαλμῳδίας ἐπετέλουν· καὶ οἱ μὲν αὐτῶν διὰ δύο ἡμερῶν ἐνήστευον, οἱ δὲ δι' ἑβδομάδος. Καὶ οἱ μὲν ἀφ' ἑσπέρας, οἱ δὲ ἀπὸ μέσης νυκτὸς τὴν ὁμνῳδίαν ἐπετέλουν· ὁμοίως καὶ ἐν τῇ τῶν Ἀκοιμήτων μονῇ. Καὶ ὁ ἅγιος δὲ Συμεὼν ὁ Στυλίτης τεσσαράκοντα ἡμερῶν νηστείαν ἐπετέλεσε μηδοτιοῦν γευσάμενος· ὁμοίως καὶ Δανιὴλ ὁ ὅσιος· ἀλλ' οὐδεὶς ταῦτα ἐνεκάλεσέ ποτε μέχρι καὶ τήμερον. Καὶ τοῦ κανόνος δὲ λέγοντος, τὰς Παρασκευὰς πάσας νηστεύειν, ἡμεῖς καταλύομεν ὅσας δεῖ καταλύομεν· Λατῖνοι δὲ πάσας νηστεύουσιν, εἰ μὴ τῶν Χριστουγέννων ἡμέρα τύχῃ. Καὶ πάλιν τοῦ κανόνος λέγοντος, τὰ Σάββατα μὴ νηστεύειν, Σωκράτης δὲ πρὸ τῆς τρίτης συνόδου ὧν φησὶν· Ἐν τοῖς ἑσπερίοις τὰ Σάββατα νηστεύουσιν, ἀλλ' οἱ τῷ τότε ὄντες τοῦτο οὐκ ἐνεκάλεσαν· ᾔδεισαν γὰρ, ὅτι τὸ διάφορον τῶν νηστειῶν καὶ τῶν ἐθῶν διαφορὰν πίστεως οὐκ εἰσάγει. Θαυμάσειε δ' ἄν τις τοῦτον, πῶς καὶ τὸ διάφορον τῆς γλώττης καὶ τὸ τῶν ἐνδυμάτων οὐκ ἐνεκάλεσεν· ἢ πῶς ἐκεῖνοι τὸ γόνυ κλίνοντες προσκυνοῦσι καὶ προσεύχονται κατὰ τὴν ἀρχαίαν τάξιν, ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως. Ἀλλ' οἶμαι τὸ, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, οὕτω δηλοῦντός ἐστιν, ὃ καὶ παράδοξον εἶναι δοκεῖ.

ΕΦΕΣ.

Ἀλλὰ τίς ὁ σοφὸς αὐτῶν λόγος ; Οὐδέποτε, φησὶν, ἡ τῶν Γραικῶν Ἐκκλησία τὸ, ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, ἔλεγεν, ἀλλ' ἁπλῶς, ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι· τοῦτο δὲ τὸν Υἱὸν οὐκ ἐκβάλλει τῆς ἐκπορεύσεως· ὥστε κατὰ τοῦτο καὶ πρότερον ἦμεν

(5) Acœmeti, id est, perpetuis vigiliis Deo vacantes.

(6) Can. apost. 69. juxta Græcos.
(7) Can. apost. 66, lib. v, cap. 21.

Digitized by Google

καὶ νῦν ἐσμεν ἡνωμένοι. Φεῦ τῆς ἀνοίας! φεῦ τῆς τυφλώσεως! Εἰ δὲ ἀεὶ ἡ τῶν Γραικῶν Ἐκκλησία τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι ἔλεγεν, ἐξ αὐτοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἐν ταῖς συνόδοις Πατέρων παραλαβοῦσα, τὸ δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ οὐδέποτε ἔλεγεν, οὐδὲ γὰρ παρέλαβε τοῦτο παρ' οὐδενός, τί γε ἄλλο ἢ τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι ἔλεγεν; Εἰ γὰρ οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, δῆλον ὡς ἐκ μόνου τοῦ Πατρός. A

ΑΠΟΛ.

Ὅτι δὲ ἡ τῶν Γραικῶν Ἐκκλησία τὸ ἐκ μόνου οὐκ ἐκήρυττεν, οὐδὲ κηρύττει, φανερόν ἐστι, διότι τὸ ἐκ μόνου τὸ δι' Υἱοῦ ἀναιρεῖ. Ταῖς πατρικαῖς οὖν παραδόσεσιν ἑπομένη, καὶ τῶν ἁγίων ἀκροωμένη λεγόντων, δι' Υἱοῦ καὶ ἐξ Υἱοῦ τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι Πνεῦμα, καὶ τὴν ὀρθοδοξίαν ἀσπαζομένη, πῶς ἂν τὸ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐφρόνει; Τὸ γὰρ ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐ τὸ μόνον δηλοῖ, διότι ὁ πατέρα λέγων καὶ υἱὸν συννοεῖ. Φησὶ γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος εἰς τὰ ἀντιλεγόμενα περὶ τοῦ Υἱοῦ ἐν τῇ καινῇ καὶ παλαιᾷ Διαθήκῃ, ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων, οὗ ἡ ἐπιγραφή, *Εἰ φύσει Θεὸς ὁ Υἱός*· Πατέρα δὲ εἰπεῖν ἀδύνατον μὴ ὄντος υἱοῦ· καὶ ὁ εἰπὼν πατέρα οὐχ ἁπλῶς λέγει πατέρα, ἀλλά τινός. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον φησί· Παρασιωπήσας τοίνυν ὡς ὁμολογούμενον τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ὁ Κύριος, εἰδέναι τὸν Πατέρα μόνον φησὶ τὴν τοῦ Πατρὸς γνῶσιν κατὰ τὸ σιωπώμενον καὶ ἑαυτοῦ εἶναι λέγων. Καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἐπιγραφή, *Ὅτι ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος ἐωράκυῖα τὴν πανουργίαν*, ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ λόγου· Καλῶς ἐποίησας, οὕτω φησί· Καὶ τὸ τοῦ Πατρὸς ὄνομα λέγοντες, ἐπιγινώσκομεν ἐκ τοῦ ὀνόματος τούτου καὶ τὸν ἐν Πατρὶ Λόγον. Ἆρα οὐκ ἀληθῶς λέγουσιν, ὅτι τὸ τοῦ Πατρὸς ὄνομα ἐκβάλλει τὸν Υἱόν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ συνεισάγει. Ὅτι δὲ τὸ δι' Υἱοῦ ἀναιρεῖ τὸ ἐκ μόνου, ἄκουσον τῶν ἱερῶν Πατέρων τοῦτο κηρυττόντων. Φησὶ γὰρ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ λόγῳ, ὃς ἐπιγέγραπται, *Ἔλεγχος ὑποκρίσεως τῶν περὶ Μελέτιον καὶ Εὐσέβιον*· οὗ ἡ ἀρχή, Ἄνθρωπος κατ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γέγονεν· Ἦν δὲ ἀδύνατον ἐν τῇ τῆς Τριάδος δόξῃ τὸ Πνεῦμα δοξάζεσθαι, μὴ προοδικῶς ὂν ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ, ἀλλὰ ποιητικῶς ἐκ Θεοῦ γεγονός, ὡς λέγουσιν· ἔτι ὁ αὐτὸς ἐν ᾗ ἐκτίθεται διαλέξει Ὀρθοδόξου καὶ Μακεδονιανοῦ· Ἐὰν οὖν δειχθῇ τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως καὶ θεότητος τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πατρὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκχυθὲν, καὶ προσκυνητὸν καὶ λατρευτὸν ἀποδειχθήσεται. Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ κεφαλαίῳ, οὗ ἡ ἐπιγραφή, *Εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα ἐκ Θεοῦ λέγοι τις, οὐδὲ τὸν Λόγον*, φησί· Πῶς ἂν οὖν χωρίζοιτο τὰ ἀχώριστα, Λόγος Θεοῦ καὶ Πνεῦμα ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ; Καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἐν τῷ ιγ' κεφαλαίῳ φησί· Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἡ ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος δύναμις τοῦ Πατρὸς, ἐκ Πατρὸς ἐστι δι' Υἱοῦ ἐκπορευόμενον, ὡς εἶδε. Καὶ τί δεῖ τοὺς κατὰ

antea, et nunc quoque simus uniti, pro hominum dementiam! pro exacerbationem! Si Græcorum Ecclesia ex Patre procedere semper dixit, a Christo ipso, et sanctis apostolis patribusque synodorum edocta; ex Filio vero nunquam dixit; hoc enim a nullo traditum accepit; quid aliud, quæso, asserebat, quam ex solo Patre procedere? Si enim non ex Filio certum est ex Patre solo.

RESP.

Ecclesiam Græcorum non affirmasse, nec affirmare Spiritum ex solo Patre, constat ex eo quod vox, Ex solo, tollit omnino vocem, Per Filium. Illa ergo paternas secuta traditiones audiensque sanctos dicentes, Spiritum sanctum procedere per Filium et ex Filio, et rectam fidem amplectens, qua ratione sentire potuit, Spiritum sanctum ex solo Patre procedere? Modus enim dicendi, Ex Patre, non significat, Ex solo. Nam qui Patrem dicit, simul quoque Filium intelligit. Ait quippe magnus Basilius refellens ea quæ objiciuntur Filio ex novo et antiquo Testamento, capite quod inscribitur, *An Filius sit natura Deus*: Patrem vero dici non exsistente filio est impossibile. Et qui patrem dixit, non absolute, sed alicujus patrem dixit. Idem rursus in libro ad Amphilochium (8): Nulla ergo, inquit, facta de se mentione Dominus in confesso enim erat, solum ait scire Patrem; cognitionem Patris suam quoque esse affirmans; id enim non expressum intelligitur. Et sanctus Athanasius in sermone, cui præfixus est titulus: *Quod Nicæna synodus cognita Eusebii calliditate*, etc., initium vero tale, Recte fecisti: Et Patris, inquit, nomen pronuntiantes, ex hoc nomine Verbum quoque quod in Patre est agnoscimus. Non ergo verum asserunt, qui dicunt, Patris nomine excludi Filium, cum potius per illud ipse etiam significetur. Quod vero dicendo, Per Filium, tollatur illud, Ex solo, audi sanctos Patres clara id voce docentes. Magnus quippe Athanasius in tractatu, quem inscripsit: *Refutationem simulationis Meletii et Eusebii*; incipit autem hoc modo: Homo ad similitudinem Dei factus est: Atqui impossibile, inquit, esset in Trinitatis gloria Spiritum conglorificari, nisi esset ex Deo per Filium modo processionis, non factus vi creationis, ut ipsi aiunt. Præterea idem Athanasius, in dialogo, quem scribit inducens Orthodoxum et Macedonianum: Si ergo, inquit, ostendatur, eamdem habere naturam deitatemque, quam Pater et Filius, Spiritum qui ex ipso Patre per Filium effusus est, demonstratum quoque erit, ipsum esse adorandum et latriæ cultu prosequendum. Et magnus Basilius in capite, quod inscriptum est: *Quod nisi quis dicat ex Deo esse Spiritum, nec Verbum dicet ex Deo esse*: Quomodo ergo, inquit, separentur inseparabilia, Verbum Dei, et Spiritus ex Deo per Filium? Joannes quoque

(8) Epistola ad Amphilochium, num. 43.

Digitized by Google

Damascenus capite decimo tertio (9) : Spiritus vero, inquit, sanctus occultæ Patris deitatis manifestativa vis, procedens est ex Patre per Filium, ut ipse novit. At quid opus est singulos enumerare sanctos, qui id apertissime pronuntiant, cum ipsa sancta œcumenica synodus septima hoc dicat (10)? Nam illa per Tarasium patriarcham sic ait : Credo etiam in Spiritum sanctum, qui ex Patre per Filium procedit, qui et ipse est et agnoscitur Deus. Si qui vero quod sancti dicunt, Per Filium, idem esse volunt ac, simul cum Filio procedere Spiritum, non bene hoc intelligunt. Nam sanctus Athanasius in epistola ad Serapionem, quæ incipit, Litteræ tuæ pietatis : In Christo, inquit, erat Spiritus, sicut Filius in Patre. Rursus ibidem : Sancta et beata Trinitas indivisa et unita in se est ; et si quis dicat Patrem, in eo est ejus Verbum, et qui est in Filio Spiritus. In alia quoque epistola ad eumdem, quæ incipit, Fortasse miraberis : Non enim est, inquit, extra Verbum Spiritus, sed cum in Verbo sit, per ipsum in Deo est. Ex quibus ostenditur eos qui dicunt, Spiritum procedere per Filium, hoc est cum Filio, dissentire ab his qui prolati sunt, et cæteris qui similia dicunt, quos, ne nimium sit, omisimus. Certe enim modus iste ad unionem potius quam ad distinctionem spectat. Idcirco doctores Ecclesiæ non ita loquuntur, neque ita hoc intelligunt, sed dictam distinctionem tradiderunt, imo vero præpositionum, *per* et *ex*, concordiam statuunt ; et, *per*, significare causam omnino existimant. Ita divinus Chrysostomus homilia quinquagesima nona in Matthæum : Novit enim Scriptura, inquit, loco hujus vocis, Ex aliquo, uti hac voce, Per aliquem, ut cum dicit : *Possedi hominem per Deum* [17], non secundariam, sed primariam intelligens causam ; et rursus : *Nunquid non per Deum est interpretatio eorum* [18] ? et : *Fidelis Deus per quem vocati estis in societatem Filii ejus* [19]. Vides, vocem hanc, Per Filium, aperte denotare causam, ut contradicere nemo possit ? Verum ut probetur efficacius, *per* et *ex*, ita alteram in alterius significationem migrare, ut causam significent, alios quoque sanctos audiamus. Itaque Basilius Magnus in capitulari tractatu, quem de Spiritu sancto inscripsit, cap. 5, cujus initium : Hæc sunt, quæ ab illis dicuntur, nos autem quod proposuimus, ostendemus : Jam vero, ait, *per* et *ex*, altera in alterius sæpe locum succedit, cum altera alterius subit significatum ; ut, *Possedi hominem per Deum*, quod perinde est, ac si diceret, Ex Deo. Et alibi : *Quæcunque præceperat Moyses Israel per mandatum Domini.* Et rursus : *Nunquid non per Deum est interpretatio eorum ?* Per Deum enim dixit, cum dicere vellet, Ex Deo. Sanctus etiam Cyrillus in epistola ad Nestorium, quæ incipit : Intelligo quosdam falso detrahere meæ existimationi : Quoniam,

A μέρος; ἁγίους τοῦτο κηρύττοντας ἀπαριθμεῖν, αὐτῆς τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς ἑβδόμης συνόδου τοῦτο λεγούσης ; Καὶ γὰρ αὐτὴ διὰ Ταρασίου τοῦ πατριάρχου φησί· Πιστεύω καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ αὐτὸ Θεὸν ὄν τε καὶ γνωριζόμενον. Εἰ δέ τινες τὸ δι' Υἱοῦ τὸ μετὰ τοῦ Υἱοῦ ἢ σὺν τῷ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι λέγουσιν, οὐ κακῶς τοῦτο ἐννοοῦσι. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, Τὰ γράμματα τῆς σῆς ἱερᾶς διαθέσεως· Ἐν τῷ Χριστῷ ἦν τὸ Πνεῦμα, ὥσπερ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρί· καὶ πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ· Ἡ ἁγία καὶ μακαρία Τριὰς ἀδιαίρετος καὶ ἡνωμένη πρὸς ἑαυτήν ἐστι, καὶ λεγομένου τοῦ Πατρὸς πρόσεστι καὶ ὁ τούτου Λόγος καὶ τὸ ἐν τῷ Υἱῷ Πνεῦμα· καὶ
B πάλιν ἐν ἑτέρᾳ ἐπιστολῇ πρὸς τὸν αὐτὸν, ἧς ἡ ἀρχὴ, Ἴσως θαυμάσεις, φησίν· Οὐ γὰρ ἐκτός ἐστι τοῦ Λόγου τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ἐν τῷ Λόγῳ ὄν, ἐν τῷ Θεῷ ἐστιν. Ὅθεν δείκνυται, ὅτι τοῦ μετὰ τοῦ Υἱοῦ ἢ σὺν τῷ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι, οὐ συμφωνεῖ μετὰ τῶν προειρημένων, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ὡσαύτως λεγόντων, ἃ διὰ τὸ πλῆθος παρήκαμεν. Καὶ ἄλλως ὁ τρόπος οὗτος ἑνώσεως μᾶλλόν ἐστι καὶ οὐ διακρίσεως· διὰ τοῦτο οἱ θεολόγοι τῆς Ἐκκλησίας οὐ λέγουσιν οὐδὲ νοοῦσι τοῦτο οὕτως, ἀλλὰ τὴν προειρημένην διάκρισιν ἀποδιδόασι, μάλιστα τὴν, *διὰ*, μετὰ τῆς, *ἐκ*, οἱδασι συμφωνεῖν, καὶ αἰτίαν ταύτην νομίζειν ἐξ ἅπαντος, ὡς φησιν ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον ἐν νθ' ὁμιλίᾳ· οἶδε
C γὰρ τὸ δι' Υἱοῦ τὸ ὑφ' οὗ λέγειν ἡ Γραφή· ὡς ὅταν λέγῃ· *Ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ*· οὐ τὸ δεύτερον αἴτιον, ἀλλὰ τὸ πρῶτον τιθεῖσα· καὶ πάλιν· *Οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστι;* καὶ, *Πιστὸς ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς διακονίαν.* Ὁρᾷς τὸ, δι' Υἱοῦ, πῶς αἰτίαν σημαίνει προφανῶς καὶ ἀναντιῤῥήτως; Ἀλλ' ἵνα καὶ ἔτι βεβαιότερον δειχθῇ, ὅτι ἀντιμεθίσταται ἡ, *διὰ*, τῇ, *ἐκ*, καὶ αἰτίαν σημαίνει, τῶν λοιπῶν ἁγίων ἀκούσωμεν. Φησὶ γὰρ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ οὕτως πως ἐπιγραφομένῳ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κεφαλαιώδει λόγῳ κεφ.
Et nos quidem cum Justino philosopho et martyre dicimus : Quemadmodum ex Patre Filius, ita etiam ex Patre Spiritus; isti vero cum Latinis Filium quidem immediate, Spiritum vero ex Patre mediate asserunt. Et nos quidem cum Damasceno et cunctis Patribus differentiam generationis et processionis ignorare fatemur; isti vero cum Thoma et Latinis mediatione et immediatione hanc differre aiunt productiones.

ΑΠΟΚ.

Καὶ ἡμεῖς ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγομεν τὸν Υἱὸν καὶ
τὸ Πνεῦμα, πλὴν τοῦ τρόπου τῆς ὑπάρξεως, ὡς
αὐτὸς πάλιν ὁ ἅγιος, κἂν αὐτὸς τοῦτο παρέδραμεν.
Εἰ γὰρ καὶ ἀμφοτέρων ὁ Πατὴρ αἴτιός ἐστιν, ἀλλὰ
τοῦ μὲν ἔστι κατὰ γέννησιν, τοῦ δὲ κατ' ἐκπό- D
ρευσιν· καὶ τοῦ μὲν ὡς γεννήτωρ, τοῦ δὲ ὡς προ-
βολεύς· καὶ τοῦ μὲν προσεχῶς καὶ ἀμέσως, δηλαδὴ
τοῦ Υἱοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς, τοῦ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς
ἐκ τοῦ Πατρὸς, τουτέστιν ἐμμέσως καὶ διὰ τοῦ
Υἱοῦ, τουτέστι τοῦ Πνεύματος. Κα. ταῦτα μαθόντες
οὐ παρὰ Λατίνων, ὡς αὐτός φησιν, ἀλλὰ ἀμφότερα
ἀπὸ τῶν τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων. Καὶ ὁ μὲν
Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, Τὸ τῆς ἐκφάνσεως διάφορον,
φησὶ, διάφορον καὶ τὴν κλῆσιν πεποίηκεν. Ὁ δὲ
Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῷ πρὸς Ἀβλάβιον λόγῳ
φησί· Τὸ μὲν γάρ ἐστι προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου,

RESP.

Nos quoque Filium et Spiritum ex Patre dicimus, diverso tamen subsistendi modo, ut ipsemet sanctus exprimit, licet iste hoc transilierit (18). Etsi enim Pater est causa utriusque, tamen illius per generationem, hujus vero est per processionem : et illius quidem ut genitor, hujus vero ut productor : et illius quidem proxime et immediate, scilicet Filii; hujus vero per illum qui proxime ex Patre est, hoc est, mediate, et per Filium, sancti videlicet Spiritus. Et hæc ipsi non a Latinis didicimus, ut iste ait, sed utrumque ab Ecclesiæ doctoribus. Nam Gregorius Nazianzenus (19), Diversus, inquit, productionis modus diversam quoque appellationem fecit. Et Gregorius Nyssenus, in tractatu ad Ablabium, Ille enim est, inquit, proxime a primo; hic vero per illum qui proxime est a pri-

(18) In Expositione fidei.

(19) Orat de Spiritu sancto.

Digitized by Google

mo : ut certa maneat et Filio ratio unigeniti, et Spiritus ex Patre sine dubio sit ; nam quia Filius medius est, et sibi rationem unigeniti integram servat, et Spiritui naturalem cum Patre conjunctionem non adimit. Cyrillus quoque, in *Thesauris*, Generat, inquit, Filium Pater nullo exsistente intermedio. Idem rursus in illud, *Omnia per ipsum facta sunt*, Intelligimus, inquit, Patrem simul cum Filio exsistere propter invariationem essentiæ, summamque inter illos absque ullo medio habitudinem. Magnus præterea Athanasius, sermone contra Arianos, cujus initium tale est : Ariani, ut videre est, cum semel statuerint, Non, inquit, Spiritus conjungit Patri Verbum, sed potius a Verbo Spiritus hoc accipit. Et sanctus Basilius, sermone secundo contra Eunomium, Ut enim, ait, stulta esset interrogatio, si quis, an sit aliquid ingenito principioque carente Patre anterius, quæreret ; ita hic etiam si quis de eo quærat, qui coæternus Patri est, inter quem et genitorem nihil intervenit medium. Hos igitur secuti doctores utrumque affirmamus ; et si reprehendere nos vult, reprehendat adhuc. Certe digniores et ipsa et alii testes habebunt, quos ipsi proferimus, quam dicta sua et ipse et alii. Propterea voces illas *mediate*, et *immediate*, apte admodum vereque usurpamus, sequentes doctrinam sanctorum, quamvis ipsi non probentur.

EPHES.

Et nos quidem increatæ et divinæ naturæ increatam dicimus et voluntatem et operationem, ut Patres docent : isti vero cum Latinis et Thoma voluntatem quidem idem esse dicunt atque essentiam, sed divinam operationem creatam asserunt, sive illa nuncupetur deitas, sive divinum et immateriale lumen, sive Spiritus sanctus, sive quiddam aliud ejusmodi. Atque ita deitatem creatam, et creatum lumen divinum, et creatum Spiritum sanctum colunt improbæ creaturæ.

RESP.

Nos et Latini ex sanctorum Patrum et Gregorii Nazianzeni doctrina (quem fidei stabilimentum vocant ; et jure quidem optimo, propter eminentem scientiam dogmatumque altitudinem) profitemur cum ipso, quæ profert in oratione, quam discedens Constantinopoli habuit his verbis . Creatura igitur Dei vocetur, nam hoc etiam nobis magna res est ; Deus autem minime. Ant certe tunc admittam rem creatam esse Deum, cum et ipse sacro proprie Deus. Res enim ita se habet. Si Deus est, creatura non est ; nostri enim ordinis est creatura, qui dii non sumus ; si vero creatura, Deus non est, habuit enim initium temporis ; quod autem habuit initium temporis, aliquo tempore non erat. Quod vero tale est, ut non esse sit illo antiquius, hoc non est proprie dictum ens. Quod autem non est proprie dictum ens, quomodo fuerit Deus ? Nulla igitur ex tribus personis creatura est ; neque quod pejus est, facta propter me ; ne non solum creatura, sed

A τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου· ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ μένειν, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα μὴ ἀμεταβάλλειν, τῆς τοῦ Υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν Πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης. Ὁ δὲ Κύριλλος ἐν τοῖς *Θησαυροῖς* φησι· Γεννᾷ ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν ἀμεσιτεύτως. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς εἰς τὸ ῥητὸν τὸ, *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο*, φησί· Συνεῖναι τῷ Υἱῷ τὸν Πατέρα νοοῦμεν διὰ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας, καὶ ἄκρον προσεχές τε καὶ ἄμεσον αὐτοῦ. Καὶ Ἀθανάσιος ὁ Μέγας ἐν τῷ κατὰ Ἀρειομανιτῶν, οὗ ἡ ἀρχή, Οἱ Ἀρειομανῖται, ὡς ἔοικε, κρίναντες, φησίν· Οὐ τὸ Πνεῦμα συνάπτει τὸν Λόγον τῷ Πατρί, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Λόγου τοῦτο λαμβάνει. Καὶ ὁ θεῖος Βασίλειος ἐν τοῖς κατ' Εὐνομίου φησίν· Ὡς γὰρ ἐκεῖνο ἀνόητον τὸ ἐρώτημα, ἐπὶ τοῦ ἀνάρχου καὶ ἀγεννήτου ζητεῖν τὸ ἀνώτερον, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἐπὶ τοῦ ἀϊδίως τῷ Πατρὶ συνόντος, καὶ οὐδὲν ἔχοντος μέσον ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ γεννήσαντος. Τούτους οὖν ἡμεῖς ἔχοντες διδασκάλους ἀμφότερα ταῦτα λέγομεν· καὶ εἰ θέλει ἐγκαλεῖν ἡμῖν, ἔτι ἐγκαλείτω. Ἀξιοπιστοτέρους γὰρ νομίσει καὶ αὐτὸς καὶ πάντες οὓς ἔχομεν μάρτυρας, ἢ τὰ αὐτοῦ αὐτός τε καὶ πάντες. Διὰ τοῦτο τὸ *ἐμμέσως* καὶ *ἀμέσως* λίαν καλῶς λέγομεν καὶ ἀληθῶς, καὶ ὡς θεολογοῦσιν οἱ ἅγιοι, κἂν αὐτὸς ἀπαρέσχηται.

ΕΦΕΣ.

Καὶ ἡμεῖς μὲν τῆς ἀκτίστου καὶ θείας φύσεως C ἄκτιστον καὶ τὴν θέλησιν καὶ τὴν ἐνέργειαν εἶναι φαμεν κατὰ τοὺς Πατέρας· οὗτοι δὲ μετὰ Λατίνων καὶ τοῦ Θωμᾶ τὴν μὲν θέλησιν ταυτὸν τῇ οὐσίᾳ, τὴν δὲ θείαν ἐνέργειαν κτιστὴν εἶναι λέγουσι, κἂν τε θεότης ὀνομάζοιτο, κἂν τε θεῖον καὶ ὑλικὸν φῶς, κἂν τε Πνεῦμα ἅγιον, κἂν εἴ τι ποιοῦσιν ἕτερον· καὶ οὕτω κτιστὴν θεότητα, καὶ κτιστὸν θεῖον φῶς. Καὶ κτιστὸν Πνεῦμα ἅγιον τὰ πονηρὰ προσεβεύουσι κτίσματα.

ΑΠΟΛ.

Ἡμεῖς καὶ Λατῖνοι τοῖς θείοις Πατράσιν ἀκολουθοῦντες καὶ Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ, ὃν καὶ συσταtικὸν τῆς πίστεως ὀνομάζουσι· καὶ γὰρ οὕτως ἔχει διὰ τὸ περιὸν τῆς σοφίας, καὶ τὸ τῶν δογμάD των ὕψος· σὺν αὐτῷ ὁμολογοῦμεν, ὡς ἐν τῷ συνταxτηρίῳ ἀποφαίνεται· Κτίσμα δὲ Θεοῦ μὲν λεγέσθω, μέγα γὰρ ἡμῖν καὶ τοῦτο, Θεὸς δὲ μηδαμῶς. Ἢ τότε δέξομαι κτίσμα εἶναι Θεὸν, ὅταν κἀγὼ γένωμαι κυρίως Θεός. Ἔχει γὰρ οὕτως· εἰ μὲν Θεὸς, οὐ κτίσμα, μεθ' ἡμῶν γὰρ τὸ κτίσμα τῶν οὐ θεῶν· εἰ κτίσμα δὲ, οὐ Θεὸς, ἤρξατο γὰρ χρονικῶς· ὃ δὲ ἤρξατο, ἦν ὅτε οὐκ ἦν· οὗ δὲ πρεσβύτερον τὸ οὐκ ἦν, τοῦτο οὐ κυρίως ὄν· τὸ δὲ μὴ κυρίως, ὢν πῶς θεός ; Οὔτε οὖν κτίσμα τῶν τριῶν φύσιν, οὔτε, δι' αὐτοῦ χεῖρον δι' ἐμὲ γενόμενον, ἵνα μὴ κτίσμα ᾖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν ἀτιμότερον. Πῶς οὖν ἡμεῖς τὸ μὴ ἀρξάμενον χρονικῶς ἐν τῇ μακαρίᾳ Τριάδι ἐννοήσομεν κτιστόν ; Καὶ ὁ θεῖος Βασίλειος ἐν τοῖς *Ἀντιῤῥητικοῖς*, ἐν κεφαλαίῳ, οὗ

Digitized by Google

ἡ ἐπιγραφή, Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, φησὶν, ὅτι τὰ κοινὰ τῆς κτίσεως ἀκοινώνητα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ τὰ ἴδια τοῦ Πνεύματος ἀκοινώνητα τῇ κτίσει, ἐξ ὧν συνάγεται μὴ εἶναι κτίσμα τὸ Πνεῦμα· ὅτι τὰ κοινὰ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, ταῦτα κοινὰ καὶ τῷ Πνεύματι· ὅτι ἐν οἷς χαρακτηρίζεται Θεὸς ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῇ Γραφῇ, ἐν αὐτοῖς χαρακτηρίζεται καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἐξ ὧν συνάγεται τῆς αὐτῆς θεότητος τὸ Πνεῦμα τῷ Πατρὶ, ὅτι τὰ μόνῳ προσόντα τῷ Πατρὶ ὡς Θεῷ καὶ οὐχ ὡς Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ ὡς Θεῷ, ταῦτα μόνῳ πρόσεστι καὶ τῷ Πνεύματι, οὐκ ἔτι δὲ καὶ τῇ κτίσει, ὡς τὰ ἀκοινώνητα ὀνόματα καὶ πράγματα τῇ κτίσει μόνῃ κοινὰ τῇ Τριάδι· ἐξ ὧν συνάγεται ὁμοούσιος ἡ Τριάς.

A nobis etiam inhonoratior sit. Quomodo igitur nos, quod nullum habuit initium temporis, in sancta Trinitate creatum opinemur? Et sanctus Basilius in opusculis contra Eunomium capite cui titulus *De Spiritu sancto*: Communia, inquit, creaturæ non sunt communicabilia sancto Spiritui; et quæ sunt Spiritus sancti propria, non sunt creaturæ communicabilia; ex quibus colligitur, Spiritum non esse creaturam. Quod ea quæ sunt Patri et Filio communia, sunt ipsi quoque Spiritui communia: quod notis, per quas Pater et Filius Deus in Scriptura designatur, iisdem quoque describitur Spiritus sanctus. Unde concluditur, eamdem esse Patri et Spiritui deitatem, quod ea quæ soli Patri insunt ut Deo non ut Patri, quæque Filio ut Deo, soli quoque insunt Spiritui, non autem creaturæ; qualia sunt nomina et res creaturæ incommunicabiles, uni Trinitati communes; ex quibus Trinitatis consubstantialitas probatur.

Οὕτω δοξαζόντων ἡμῶν, πῶς τοιαῦτα φθέγγεται; Τίς οὖν ἐστι ὁ δοξάζων, ὡς αὐτός φησι, κτίσμα τὸ Πνεῦμα, δι' οὗ θεούμεθα; Τοσοῦτον οἴεται ἀμαθαίνειν ἡμᾶς περὶ τὴν εὐσέβειαν, ὡς κτίσμα λατρεύειν; Ὁ κτίσμα λατρεύων μὴ ἴδῃ ἑωσφόρον ἀνατέλλοντα, ὡς φησιν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος· οὐδὲν γὰρ κτιστὸν ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ μακαρίᾳ Τριάδι τῇ ἀπαραλλάκτῳ καὶ ἀμερίστῳ οὐσίᾳ καὶ ἐνεργείᾳ ἐννοοῦμεν· τοῦτο γὰρ ἀλλότριον τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας.

B Cum nos ita sentiamus, cur iste talia loquitur? Quis vero opinatur, ut ipse ait, Spiritum, per quem deificamur, esse creaturam? An tanta nos cæcat ignorantia religionis laborare, ut creaturæ latriam offeramus? Qui latriam creaturæ offert, non videat Luciferum orientem, ut verbis utar Gregorii Nazianzeni (20): etenim in sancta beataque Trinitate, quæ sine ulla varietate una individua est essentia et operatio, nihil plane creatum intelligimus; alienum quippe id est ab Ecclesia Christi.

ΕΦΕΣ.

Καὶ ἡμεῖς μὲν οὔτε τοὺς ἁγίους ἀπολαβεῖν τὴν ἡτοιμασμένην αὐτοῖς βασιλείαν καὶ τὰ ἀπόῤῥητα ἀγαθὰ, οὔτε τοὺς ἁμαρτωλοὺς εἰς τὴν γέενναν ἐμπεσεῖν ἤδη φαμέν· ἀλλ' ἐκδέχεσθαι τὸ ἕκαστον ἑκατέρους κλῆρον, καὶ εἶναι τοῦτο καιρῷ τοῦ μέλλοντος· μετὰ τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν κρίσιν. Οὗτοι δὲ μετὰ τῶν Λατίνων τοὺς μὲν αὐτίκα μετὰ θάνατον ἀπολαβεῖν ἤδη τὰ κατ' ἀξίαν ἐθέλουσι, τοὺς δὲ μέσους, εἴτουν τοὺς ἐν μετανοίᾳ τετελευτηκότας, πῦρ αὐτοὶ καθάρσιον ἕκαστον τῆς γεέννης ὑπάρχον ἀναπλάσαντες ἀποδιδοῦσιν, ἵνα δι' αὐτοῦ, φησὶ, καθαιρόμενοι τὰς ψυχὰς μετὰ θάνατον εἰς τὴν βασιλείαν καὶ αὐτοὶ μετὰ τῶν δικαίων ἀποκατασταθῶσι· τοῦτο δὲ καὶ ὁ ὅρος αὐτῶν περιέχει.

C

EPHES.

Et nos quidem nec sanctos decimus paratum sibi regnum obtinuisse et arcana illa bona, nec peccatores jam esse in gehennam contrusos; sed utrosque esse in exspectatione sortis, quæ illos maneat; idque pertineret ad futurum tempus post resurrectionem et judicium. Isti vero cum Latinis hos quidem statim post mortem pro meritis volunt aut præmio, aut pœna jam esse affectos: medios vero, hoc est illos qui non sine pœnitentia decesserunt, ignem ipsi purgatorium confingentes diversum a flammis gehennæ assignant; ut per illum, ut aiunt, purgatis animabus post mortem, ii quoque cum justis cœlesti regno fruantur. Hæc enim continet definitio ipsorum.

ΑΘΗΝ.

Ἐνταῦθα καὶ ἑαυτῷ ὁ αἰδέσιμος οὗτος ἐν προοιμίοις ἀντιλέγει, καὶ οὐ μόνον ἑαυτῷ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι σοῖς φοιτῶσιν ἐπ' ἐκκλησίας, καὶ πᾶσι τοῖς ἁγίοις. Διὸ χρεὼν ἐστι πρότερον τὰ αὐτοῦ προσθεῖναι, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ὀλίγα τινὰ ἐκ τῶν ἁγίων. Οἱ ἐν τῇ περιωνύμῳ νήσῳ Κρήτῃ ἠξίωσαν αὐτὸν τὸν αἰδέσιμον Ἐφέσου λόγον ποιήσαι, ἵνα ἀναγινώσκωσιν ἐν τῇ ἐτησίῳ μνήμῃ τοῦ ἁγίου Ἠλίου. Ὁ δὲ δεξάμενος τὴν εὐκ ἀμισθον παράκλησιν, τὴν μὲν ἀπὸ τοῦ ἁγίου, τὴν δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ οἴνου μετὰ οὐτωσί πως ὀνομαζομένου βαρελίου, λόγον ἐποίησεν, οὗ ἡ ἀρχὴ,

RESP.

Hic non modo secum venerabilis hic vir principio pugnat, sed etiam cum omnibus quæ in ecclesia canuntur, et universis plane sanctis. Quapropter ejus verba prius afferenda sunt; postea e sanctis citanda pauca. Incolæ celeberrimæ insulæ Cretæ rogaverant hunc ipsum venerabilem Ephesi præsulem, ut sermonem scriberet, quem annua sancti Eliæ celebritate in officio legerent. Annuit ille, petitionique eorum satisfaciens non absque mercede, tum a sancto ipso exigenda, tum exacta per vinum in vase, quod vulgo barile vocant, scri-

(20) Orat. de Spiritu sancto.

Digitized by Google

pait sermonem, cujus principium tale est: Opus profecto esset nobis sermo granditate verborum turgidus atque in cœlestia pervolans, dum cupimus per eum una cum sancto Dei aspectu dignato sublimia petere. In hoc ipso igitur verba hæc habet: Ego vero licere quidem ipsi, sicut et animabus sanctorum, quocunque voluerit, per tempus sese conferre, sibique dicata templa invisere, atque ad eos accedere, qui ejus opem implorant, necessarium arbitror et verum esse: non tamen propterea dixerim abesse illum a cœlis et micantibus illic splendoribus, aut cum angelis et ipsum non assistere Domino; ita enim fieret, ut cæteris sanctis minus haberet, qui fere omnibus anteit, si quia carnem gestat, orbatus esset eorum consortio, et clara Dei visione non frueretur, cujus præcipue fruitione non caruit per totum vitæ curriculum. Testimonio mihi est illud etiam, quod in eum his verbis canit Ecclesia: Propheta Christi præco tu nunquam a sede majestatis abjungeris, et singulis ægrotantibus semper ades, in excelsis fundens pro omnibus preces, orbi terrarum beneficia tribuis, et laudibus ubique celebraris. En vir eximius palam aperteque asseverat sanctos frui clara Dei visione, et sanctum Eliam vel cum ipso corpore hujusmodi visione non deflci. Doceat ergo nos, an paratum regnum et arcana illa bona diversum quid sint a clara Dei visione, ita enim fruitio illa erit visione Dei quid majus. At nemo sanctorum ad hanc diem dixit, esse quidpiam, quod una visione Dei plus conferat ad fruitionem: sicut etiam nemo dixit, quod ipse asserit, in hujus scilicet vitæ curriculo ejusmodi visionem concedi. Quod vero sancti Deum clare nunc videant, congruenter vereque affirmat; habet enim hujus rei testes et alios, nempe sanctos, inter quos Patrem doctoremque Joannem Chrysostomum, qui in illo sermone, cujus inscriptio est: *Quod peccatores deplorandi sint, quodque dormientibus magnam afferant utilitatem sacrificia pro illis oblata*: initium vero sermonis tale: Mors, fratres, res est indifferens, Gaudeamus, inquit, propter justos non solum superstites, sed etiam vita functos. Illi dum adhuc hanc lucem aspiciunt, miserandi omnibus sunt, quoniam offendunt, hi vero ubi etiam illuc migraverint, beati sunt, quoniam evolarunt ad Christum. Peccatores ubicunque fuerint, procul a rege sunt, et propterea deflendi; justi autem sive hic, sive ibi vitam agant, cum rege sunt: atque ibi propius conjunctiusque, non per speculum, non per fidem, sed coram ipsum intuentes. Et Gregorius Nazianzenus ad finem sermonis in sanctum Cyprianum, Et radiantem, inquit, fulgorem sanctæ Trinitatis, cui nunc astas. Idem fusius de hac ipsa re in funebri oratione in sororem. At quid opus est afferre multa testimonia? Nam in tractatu, quem de hac materia edidimus, copiosius explicatiusque disseruimus, apologiam

Ἔδει μὲν ἀληθῶς ἡμῖν οὐρανοδρόμου τοῦ λόγου, συνεπαρθῆναι δι' αὐτοῦ τῷ θεόπτῃ προθυμουμένοις· ἐν τούτῳ φησίν· Ἐγὼ δ' ὅτι μὲν ἔξεστιν αὐτῷ, καθάπερ καὶ ταῖς τῶν ἁγίων ψυχαῖς, ὅποι ποτὲ βούλεται κατὰ καιρὸν ἐπιχωριάζειν, ναοίς τε οἰκείοις ἐμφιλοχωρεῖν, καὶ τοῖς ἑκάστοτε δεομένοις ἐπιφοιτᾷν, ἀναγκαῖόν τε ἡγοῦμαι καὶ ἀληθὲς εἶναι· οὐ μὴν διὰ ταῦτα φαίην ἂν αὐτὸν τῶν οὐρανῶν ἀπολείπεσθαι, καὶ τῆς ἐκεῖσε λαμπροφορίας, καὶ μετὰ τῶν ἀγγέλων δεσποτικῆς παραστάσεως· ἦ γὰρ ἂν ἥττων εἶχε τῶν ἄλλων ἁγίων ὁ ὑπὲρ πάντας σχεδὸν, εἴ γε διὰ τὸ τὴν σάρκα φορεῖν ἀφειστήκει τῆς μετ' αὐτῶν κοινωνίας καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ πρὸς πρόσωπον θεωρίας, ἧς καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον ἐξαιρέτως ἀπήλαυσε. Μαρτυρεῖ μοι τῷ λόγῳ καὶ τὸ εἰς αὐτὸν παρὰ τῆς Ἐκκλησίας ᾀδόμενον οὕτως ἔχον· Προφῆτα κήρυξ Χριστοῦ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης οὐδέποτε χωρίζῃ, καὶ ἑκάστῳ ἀσθενοῦντι ἀεὶ παρίστασαι, ἐν τοῖς ὑψίστοις λειτουργῶν τὴν οἰκουμένην εὐλογεῖς πανταχοῦ δοξαζόμενος. Ἰδοὺ λαμπρῶς καὶ προφανῶς ὁ τίμιος οὗτος τῆς πρὸς πρόσωπον θεωρίας τοῦ Θεοῦ τοὺς ἁγίους ἀπολαύειν διισχυρίζεται, καὶ τὸν ἅγιον Ἠλίαν καὶ μετὰ τοῦ σώματος τῆς τοιαύτης ἀξιοῦσθαι θεωρίας φάσκει. Εἰ οὖν ἄλλο τί ἐστιν ἡ ἡτοιμασμένη βασιλεία καὶ τὰ ἀπόῤῥητα ἀγαθὰ εἰ μὴ ἡ τοῦ Θεοῦ θεωρία ἡ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, ἐμφανισάτω ἡμῖν· ἔσται γὰρ ἐκείνη μείζων τῆς θεωρίας αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ἡ ἀπόλαυσις. Ἀλλ' οὐδεὶς τῶν ἁγίων μέχρι καὶ τήμερον τοῦτ' εἰρηκεν, ὅτι ἔστι τι μεῖζον εἰς ἀπόλαυσιν, εἰ μὴ μόνη ἡ τοῦ Θεοῦ θεωρία. Ἀλλὰ καὶ τὸ παρὰ τοῦτον τὸν βίον τοιαύτης ἀξιοῦσθαι θεωρίας, ὡς αὐτός φησιν, οὐδεὶς εἴρηκε· τὸ δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ὁρᾶν τοὺς ἁγίους νῦν τὸν Θεὸν καλῶς καὶ ἀληθῶς λέγει· ἔχει γὰρ καὶ ἄλλους τῶν ἁγίων λέγοντας τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τὸν Πατέρα καὶ διδάσκαλον Ἰωάννην τὸν χρυσοῦν τὴν γλῶτταν· φησὶ γὰρ ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἐπιγραφή· *Ὅτι τοὺς ἁμαρτωλοὺς δεῖ θρηνεῖν καὶ ὅτι μεγάλως ὠφελοῦσι τοὺς κεκοιμημένους αἱ ὑπὲρ αὐτῶν λειτουργίαι*· ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ λόγου· Θάνατος, ἀδελφοί, τῶν ἀδιαφόρων ἐστί· Χαίρωμεν δὲ ἐπὶ τοῖς δικαίοις μὴ ζῶσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τετελευτηκόσιν. Ἐκεῖνοι καὶ ἐνταῦθα ὄντες ἐλεεινοὶ πᾶσίν εἰσιν, ἐπειδὴ προσκρούουσιν· οὗτοι καὶ ἐκεῖ μεταστάντες μακάριοι, ὅτι πρὸς Χριστὸν ἀπῆλθον· Οἱ ἁμαρτωλοὶ ὅπου ἂν ὦσι πόῤῥω τοῦ βασιλέως εἰσὶ, διὰ τοῦτο καὶ δακρύων ἄξιοι· οἱ δὲ δίκαιοι ἂν τε ἐνταῦθα, ἂν τε ἐκεῖ, μετὰ τοῦ βασιλέως εἰσὶ, κἀκεῖ μᾶλλον καὶ ἐγγύτερον, οὐ διὰ ἐσόπτρου, οὐ δι' πίστως, ἀλλὰ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Καὶ Γρηγόριος δὲ ὁ Θεολόγος ἐν τῷ τέλει τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸν ἅγιον Κυπριανὸν φησι· Καὶ τὴν τῆς ἁγίας Τριάδος ἐλλαμψιν, ἧς νῦν παραστάτης (21)· ἔτι πλατύτερον ὁ αὐτὸς περὶ τούτου ἐν τῷ εἰς τὴν ἀδελφὴν ἐπιταφίῳ. Καὶ τί δεῖ πολλὰς εἰσάγειν μαρτυρίας; Ἐν γὰρ τῇ περὶ τούτου πραγματείᾳ πλατύτερον εἴπομεν καὶ σαφέστερον, ὑπεραπολογούμε-

(21) Deest ὑπάρχεις aut quid simile.

Digitized by Google

νοι τοῦ ἐν τῷ ὄρῳ τετάρτου κεφαλαίου. Καὶ ὁ ἐντυχὼν ἐκείνοις καὶ τὰς λοιπὰς εὑρήσει μαρτυρίας. Εἰ οὖν οἱ ἅγιοι παρίστανται τῇ ἁγίᾳ Τριάδι, καὶ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ὁρῶντες τὸν Θεὸν οὐχ ἁπολαμβάνουσι τελείως, ἀλλὰ ἄλλο τί ἐστιν ἡ ἀπόλαυσις, ἐμφανισάτω αὐτὸς, καὶ ἡμεῖς σιγήσομεν. Ἀλλ' οὐκ ἔχει τι πλέον δεῖξαι, εἰ μὴ τὴν θεωρίαν ταύτην. Ἓν μόνον ἐστὶν, ᾧ οἱ πολλοὶ καὶ διαφωνοῦντας τοὺς ἁγίους νομίζουσιν, ὅτι ποτὲ μὲν τελείως λέγουσιν ἀπολαμβάνειν τοὺς ἁγίους, ποτὲ δὲ οὐ τελείως. Ὅταν γὰρ περὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν ἐννοοῦσι καὶ λέγουσιν, ἀπολαμβάνειν τελείως φασὶν· ὅταν δὲ περὶ τοῦ ὅλου ἀνθρώπου, οὐ τελείως· πῶς γὰρ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως μὴ ἐλθούσης τὸ συναμφότερον ἀπολαμβάνοι; Διὸ καθὸ μὲν ψυχαὶ τελείως ἀπολαμβάνουσιν οἱ ἅγιοι, καθὸ δὲ οὐ μόνον ψυχαὶ ἦσαν, ἀλλὰ σώματα ἐνεδέδυντο, οὐ τελείως ἀπολαμβάνουσιν. Ὡς γὰρ εἶδος ἐν τῷ σώματι ἡ ψυχὴ· καὶ ἡ μὲν ὕλη, ὅπερ ἐστὶ τὸ σῶμα, οὔπω ἀνέστη, οὐδ' ἀπέλαβεν· ἡ δὲ ψυχὴ τελείως ἀπολαμβάνει. Ὅτι δὲ τὸ συναμφότερον ὁ ἄνθρωπος, καὶ τὸ συναμφότερον ἠγωνίσατο, οὔπω τελείως λέγομεν ἀπολαμβάνειν. Ὅταν δὲ ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν λογιζόμεθα καὶ τοῦ τιμιωτέρου, τελείως λέγομεν ἀπολαμβάνειν τοὺς ἁγίους. Μαρτυρήσει τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Γρηγόριος ὁ Διάλογος ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῶν *Διαλόγων*. Ἐπεὶ πῶς ἄλλως ἔχομεν ἐννοεῖν, ὅτι εἰ μὴ τέλειον ἀπέλαβον τὸν στέφανον ἐν οὐρανοῖς, ἵνα πρεσβεύσωσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν; Εἰ γοῦν οὐκ ἀπέλαβον τὸ τέλειον, οὐδὲ πρεσβεύουσιν, ἀλλ' οὐδὲ πρεσβεύσουσιν, ἐν γὰρ τῷ μέλλοντι πρεσβεία οὐκ ἔσται. Ἀλλ' ὅτι καὶ ἐν πυρὶ κολάζονται πρὸ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως οἱ μὴ ἐνταῦθα ἱκανοποιήσαντες, ἀπὸ διηγήσεως τῶν Πατέρων καὶ περὶ τούτου ἐμφανέστερον ποιήσομεν. Ἐν τῷ ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκομένῳ λόγῳ, τῇ ἐπιγραφὴν ἔχοντι, Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ, μετὰ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοίων τούτῳ καὶ αὐτὸ περιέχεται· ὅτι τις τῶν θεοφόρων Πατέρων μαθητὴν ἔχων ἐν ἀμελείᾳ βιοῦντα, καὶ τοῦτον πρὸς τὸ τοῦ βίου πέρας ῥᾳθύμως ἐπιφθάσαντα, ὁ πανοικτίρμων καὶ φιλόψυχος Κύριος μετὰ δακρύων αἰτησαμένου τοῦ γέροντος, ὡς κατὰ τὸν Λάζαρον πλούσιον, ἐν τῇ φλογὶ καυσούμενον μέχρι τοῦ τραχήλου ὑπέδειξεν· ἐς ἐντεῦθεν πολλὰ τοῦ ἁγίου πονήσαντος, καὶ σὺν δάκρυσι τὸν Θεὸν ἐκλιπαρήσαντος, παντελεύθερον καὶ τοῦ πυρὸς λελυτρωμένον ἐν ὀπτασίᾳ τῷ γέροντι δεδεῖχθαι· διὰ γὰρ τῆς ἀμελείας τὴν κόλασιν ὑπέμεινε, διὰ τοῦτο καὶ εὐίλατος ἡ τοιαύτη ἁμαρτία. Εἰ οὖν τοῦτο ψεῦδος, καὶ τὸ παρὰ Λατίνοις πουργατώριον ψεῦδός ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ἐπεὶ καὶ τὸ πλήρωμα τοῦ Εὐαγγελίου ἐκ τῶν βίων τῶν ἁγίων Πατέρων πιστεύομεν, πάντως ἀληθῆ εἶσι καὶ ἃ σὺν Λατίνοις λέγομεν, κἂν αὐτὸς ἀπαρέσκηται. Καὶ Μαλαχίας δὲ ὁ προφήτης φησίν· *Ὡς πῦρ δοκιμαστηρίῳ, καὶ ὡς ποιὰ πλυνόντων πλυνεῖ καὶ καθαριεῖ ὁ Θεὸς τινας.* Τὸ πῦρ οὖν ἐκεῖνο τὸ αἰώνιον οὐ καθαριεῖ τινας, οὐδὲ πλυνεῖ.

A pro quarto definitionis capite scribentes, quam qui legerit, inveniet aliorum quoque testimoniorum congeriem. Itaque si sanctæ Trinitati assistunt sancti, et coram præsentes Dei faciem intuentur, nec tamen perfecta fruuntur beatitudine, sed alia in re consistit beatitas ostendat ipse, et nos silebimus : verum nihil poterit ostendere visione Dei sublimius. Unum est, in quo sanctos multi dissentire existimant, quod ii modo perfectam dicant a sanctis acquiri beatitudinem, modo vero non perfectam. Nam cum sermo est illis de animabus sanctorum, perfectam aiunt haberi beatitudinem ; cum vero de toto homine, nondum perfectam. Qui enim frui possit utraque hominis conjuncta pars ante communem resurrectionem ? Idcirco sancti, quod attinet ad animas, perfecte beati sunt ; quod vero ad corpora, quibus induti erant, cum non essent nudæ animæ, non sunt perfecte beati. Est enim in corpore anima ut forma, et materia quidem, scilicet corpus, nondum surrexit, nec præmiis affectum est ; anima vero perfectum beatitudinis statum assequitur. Et quoniam homo ex utroque constat, et pars utraque labores sustinuit, ideo nondum perfectam esse dicimus beatitudinem. Cum vero totum a nobiliori intelligimus, completam dicimus a sanctis possideri beatitudinem. Hujus rei testis erit beatus Gregorius papa in libro *Dialogorum* (22). Alioquin qua ratione concipiamus animo, sanctos intercedere pro animabus nostris, si illa perfecta beatitudinis corona sunt redimiti ? Si ergo plenam beatitudinem nondum adepti sunt, nec intercedunt, nec intercedent ; in futuro enim sæculo nulla erit intercessio. Cæterum eos etiam qui in hac vita non satisfecerunt, ignis cruciatum ante communem resurrectionem pati, probabimus ex narratione Patrum. Legitur in ecclesia sermo hac inscriptione, Joannis monachi et presbyteri Damasceni ; in quo cum multa alia consimilia narrentur, habetur hoc etiam, fuisse Patrem quemdam sanctitate conspicuum, qui discipulum haberet vitam negligentius trahentem ; hunc igitur ubi eadem negligentia e vita cessisset, clementissimus animarumque amator Deus ad preces et lacrymas senis, ut alterum evangelicum epulonem, ostendit usque ad cervicem flammis immersum : ut propterea vir sanctus post multum sudorem et lacrymas ad Deum cum precibus fusas, liberum omnino illum et e flammarum pœnis ereptum per visum conspexerit : namque ob negligentiam pœnis fuerat addictus, idcirco veniam hujusmodi peccatum impetravit. Si falsum est hoc, purgatorium quoque, quod Latini asserunt, est falsum. Si verum (nam et ipsi evangelicæ historiæ fidem habemus per ea quæ legimus in Actis sanctorum Patrum), vera profecto erunt, quæ nos cum Latinis dicimus, licet ipsi non probentur. Propheta quoque Malachias, *Quasi ignis*, inquit, *conflans, et quasi herba fullonum purgabit Deus et emundabit*

(22) Lib. IV, c. 2.

Digitized by Google

quosdam [37]. Atqui ignis ille æternus neminem purgabit, nullius maculas absterget. Quod si peccatoribus ad finem vitæ per solam confessionem pœna omnis remittitur, superflua certe erunt, quæcunque seu manente in vita, seu defuncto pœnitente observanda statuit Ecclesia pro vivis atque defunctis. Illud præterea certum est, peccatores sine pœnitentia decedentes ad æterna migrare supplicia : nam sanctus Maximus Cubiculario scribens sic ait : Quis mei similium, dilectissime, peccatorum sordibus pollutus non paveat sanctorum angelorum præsentiam, a quibus ex hac vita jussu Dei discessurus, vi et iracunde e corpore vel invitus extruditur? Quis sibi conscius scelerum non reformidet ferocissimum et inhumanum impiorum dæmonum occursum, cum eorum unusquisque per aeris spatium miseram animam post egressum ad sese tenacissime pertrahat, et illa manifestis convicta criminibus spem omnem acquirendæ beatitudinis miserabiliter abjiciat? Ita post habitam in aere per spiritualia nequitiæ quæstionem, rationisque supputationem, sequitur præcipitatio ad inferos et incolatus : ubi densissimæ tenebræ et altissimum silentium ; ubi damnatorum animæ pro alimento habent acerbissimos gemitus, et amarissimas lacrymas, et mœrorem in perditissimo statu : omni tempore nihil aliud præstolantes, quam æquo judicio ferendam de meritis suis sententiam. Hanc illis perpetuam tristitiam ac dolorem facit resurrectionis spes, terribilis Christi adventus dies, horroris plenissimus ad tribunal accessus, totius vitæ reddenda ratio, per quam qui ad Christi dexteram stabunt, promissa ineffabilium bonorum præmia consequentur, qui vero ad sinistram, ignem habebunt æternum, et tenebras exteriores, et vermem perpetuo rodentem, et stridorem dentium, et jugiter manentem lacrymam, et semper duraturam ignominiam. Et beatus Gregorius papa libro *Dialogorum* citato (23) ait :

Petrus. Inquisitioni meæ sufficienter jam video satisfactum ; sed hoc est adhuc, quod quæstione animum pulsat ; quia cum superius dictum sit, esse jam sanctorum animas in cœlo, restat procul dubio ut iniquorum quoque animæ esse non nisi in inferno credantur ; et quid hac de re veritas habeat, ignoro. Nam humana æstimatio non habet, peccatorum animas ante judicium posse cruciari.

Gregorius. Si esse sanctorum animas in cœlo sacri eloquii satisfactione credidisti, oportet ut per omnia esse credas et iniquorum animas in inferno. Quia ex retributione æternæ justitiæ, ex qua justi jam gloriantur, necesse est per omnia ut et injusti crucientur. Nam sicut electos beatitudo lætificat, ita credi necesse est, quod a die exitus sui iguis reprobos exurat.

[37] Malach. II, 3.

(23) Lib. IV, c. 28.

Εἰ οὖν οἱ ἁμαρτάνοντες ἀπὸ μόνης ἐξομολογήσεως ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου συγχωροῦνται, περισσὰ πάντα ὅσα μετὰ θάνατον ἢ καὶ ζῶντος τοῦ ἐξομολογουμένου ἡ Ἐκκλησία νενομοθέτηκε ποιεῖν ὑπὲρ τῶν ζώντων τε καὶ τεθνεώτων. Ἀλλὰ καὶ οἱ ἀμετανοήτως ἀποθνήσκοντες ἁμαρτωλοὶ εἰς κόλασιν ἀπέρχονται. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Μάξιμος πρὸς Κουβικουλάριον γράφων· Τίς γάρ, ἀγαπητέ, τῶν κατ' ἐμὲ ῥύπαις ἁμαρτημάτων κατεστιγμένος οὐ φοβεῖται τὴν τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐπιστασίαν, ὑφ' ὧν κατὰ τὴν θείαν ψῆφον τῆς παρούσης ζωῆς τὸ πέρας δεχόμενος βίᾳ τοῦ σώματος μετ' ὀργῆς ἐξωθεῖται καὶ μὴ βουλόμενος; Τίς κεκηλιδωμένην ἑαυτῷ συνεπιστάμενος τὴν συνείδησιν, οὐ δέδοικε τὴν ὠμοτάτην τῶν πονηρῶν δαιμόνων καὶ βαρβαρώδη ὑπάντησιν, ἑκάστου τούτων κατὰ τὸν ἀέρα μετὰ τὴν ἔξοδον πρὸς ἑαυτὸν ἀφειδῶς τὴν ἀθλίαν ψυχὴν ἕλκοντος; καὶ τῷ ἐλέγχῳ τῶν αὐτῇ πεπραγμένων τῆς ἐπὶ τοῖς μέλλουσιν ἀγαθοῖς ἐλπίδος ἐλεεινὴν ἀπόγνωσιν; Μετὰ δὲ τὴν γενομένην κατὰ τὸν ἀέρα πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας διάγνωσίν τε καὶ λογοθέτησιν ἡ πρὸς τὸν ἔσχην κατάπτωσις διαδέχεται καὶ παροίκησις· ἐν ᾧ σκότος βαθὺ καὶ βαθυτάτη σιγὴ· τροφὴν ἔχουσαι αἱ ἐκεῖσε κατακεδικασμέναι ψυχαὶ τοὺς δριμυτάτους στεναγμούς, καὶ τὰ πικρότατα δάκρυα, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς δεινοῖς κατήφειαν· ἐκδεχόμεναι διὰ παντὸς οὐδὲν ἄλλο ἢ μόνην τὴν ἐπὶ τῇ δικαίᾳ ψήφῳ δικαίαν ἀνταπόδοσιν. Ταύτην οὖν συνίστησιν αὐτοῖς τὴν ἄπαυστον λύπην καὶ ὀδύνην ἡ τῆς ἀναστάσεως ἐλπίς, ἡ τῆς φοβερᾶς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἡμέρα, ἡ φρικωδεστάτη παράστασις, ἡ περὶ ὧν βεβιωμένων πάντων ἀπολογία· καθ' ἣν οἱ μὲν ἐκ δεξιῶν τοῦ Χριστοῦ στάντες λήψονται τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν τὰς ἐπαγγελίας, οἱ δὲ τὴν ἀριστερὰν στάσιν λαχόντες τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, καὶ τὸ ἐξώτερον σκότος, καὶ τὸν ἀκοίμητον σκώληκα, τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων, καὶ τὸ διηνεκὲς δάκρυον, καὶ τὴν ἀπέραντον αἰσχύνην. Καὶ ὁ μακάριος Γρηγόριος ὁ διάλογος ἐν τῷ προμνημονευθέντι λόγῳ τῶν διαλόγων φησίν·

Πέτρος διάκονος. Συντίθεμαι· τοῦτο δὲ ἀπορῶ, εἰ καθὼς τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς ἐν τῷ οὐρανῷ εἶναι ἀποδείχθη, οὕτω καὶ τὰς τῶν ἁμαρτωλῶν ἐν τῷ ᾅδῃ εἶναι πιστευτέον. Τί δὲ περὶ τούτου τοῦ ζητήματος ἡ ἀλήθεια ἔχει ἀγνοῶ· ἡ γὰρ τῶν πολλῶν ὑπόληψις οὐκ ἔχει τὰς τῶν ἁμαρτωλῶν ψυχὰς πρὸ τῆς κρίσεως δύνασθαι τιμωρεῖσθαι.

Γρηγόριος. Ἐὰν τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς ἐν τῷ οὐρανῷ εἶναι ἐπίστευσας, δέον ἐστὶν ἵνα καὶ τὰς τῶν ἀδίκων ψυχὰς ἐν τῷ ᾅδῃ εἶναι ἐκ παντὸς πίστευσῃς. Ἐκ γὰρ τῆς ἀνταποδόσεως τῆς ἀϊδίου δικαιοσύνης, ἐξ ἧς οἱ δίκαιοι δοξάζονται, ἀναγκαῖον καὶ ἀκόλουθόν ἐστιν, ἵνα καὶ οἱ ἄδικοι πάντως κολάζωνται. Καθάπερ γὰρ τοὺς ἐκλεκτοὺς ἡ μακαριότης εὐφραίνει, οὕτω πιστεύειν χρὴ ὅτι καὶ τοὺς ἀδίκους ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ἐξόδου αὐτῶν τὸ πῦρ καταφλέγει.

Digitized by Google

Ἰδοὺ δέδεικται σαφῶς, ὅτι καὶ οἱ ἀμετανοήτως ἀποθνήσκοντες εἰς κόλασιν ἀπέρχονται, ἐκδεχόμενοι καὶ τὴν ἐπένδυσιν τῶν σωμάτων, ἵνα τὸ συναμφότερον κολάζηται, ὅτε καὶ τελεία λέγεται κυρίως καὶ ἔστιν ἡ ἀπέραντος κόλασις. Οὐ χρεία οὖν τοῦ λοιποῦ ἐπιδεικνύειν περὶ τούτου, ἀρκούντων τῶν εἰρημένων· εἰ δὲ καὶ τούτοις οὐ πεισθήσεται, οὐδ' ὅσα ἂν τις εἴπῃ, πεισθήσεται.

ΕΦΕΣ.

Καὶ ἡμεῖς μὲν ἀποστρεφόμεθα τὸ Ἰουδαϊκὸν ἄζυμον, τοῖς ἀποστόλοις κανονίζουσιν ὑπακούοντες· οὗτοι δὲ ἐν τῷ αὐτῶν ὅρῳ σῶμα Χριστοῦ τὸ παρὰ τῶν Λατίνων ἱερουργουμένων ἀποφαίνονται.

ΑΠΟΛ.

Ὡς ἔοικεν οὖν ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος οὗτος ἀγνοεῖ, ὅσον τὸ διάφορον τοῦ Ἰουδαϊκοῦ Πάσχα καὶ τῶν ἀζύμων, καὶ τῆς μυστικῆς ἱερουργίας. Ὁ γὰρ ἀποστολικὸς κανὼν τοὺς μετὰ Ἰουδαίων τὸ Πάσχα τελοῦντας, ὅπερ ἐστὶν ὁ ἀμνὸς καὶ τὰ ἄζυμα, κωλύει· ὅπερ καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος διὰ πολλῆς σπουδῆς εἶχε τοῦτο κατορθῶσαι· ὅπερ καὶ κατορθώσασα τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ γράφει· Εὐαγγελιζόμεθα ὑμῖν καὶ περὶ τῆς συμφωνίας τοῦ ἁγιωτάτου Πάσχα, ὅτι ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς κατωρθώθη καὶ τοῦτο τὸ μέρος· ὥστε πάντας τοὺς τῆς Ἑῴας ἀδελφούς, τοὺς μετὰ Ἰουδαίων τὸ πρότερον ποιοῦντας, σύμφωνα Ῥωμαίοις καὶ ὑμῖν καὶ πᾶσι τοῖς ἐξ ἀρχῆς μεθ' ἡμῶν φυλάσσουσι, τὸ Πάσχα ἐκ τοῦ δεῦρο μεθ' ἡμῶν ἄγειν. Τελείας οὖν ἀναστάσεως γενομένης ἀτελῶς τινες ἑορτάζοντες ταύτην οὐκ ἐρυθριῶσιν. Αὐτὸς δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως εἰπεῖν, προσποιούμενος μὴ εἰδέναι ὅσα τε λέγουσιν οἱ ἅγιοι, καὶ μάλιστα ὅτι ὁ Χριστὸς τὸ νομικὸν Πάσχα τελέσας, μετὰ δὲ ταῦτα τὴν μυστικὴν ἐκείνην θυσίαν τετέλεκε, καὶ μετέδωκεν αὐτὸς τὴν μυστικὴν καὶ φρικτὴν ἱερουργίαν, καὶ τὰ θεῖα ῥήματα τά· *Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου*· καὶ· *Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου*· πάντα τὰ τελούμενα κατὰ τὸν δοθέντα παρὰ τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ ὅρον τε καὶ κανόνα εἰς τὴν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ Πάσχα τελετὴν ἀναφέρει, καὶ τὸν κανόνα προβάλλεται. Οὐκ οἶδεν οὖν ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, ὡς ἔοικε· κρεῖττον γὰρ τοῦτο λέγειν ἡμᾶς· ἢ οἶδε μὲν, ἑκουσίως δὲ ταῦτα λέγει, ἐξαπατῶν τοὺς ἀφελεστέρους. Ἡμεῖς δέ φαμεν, ὅτι τέσσαρα περιεῖχεν ὁ παλαιὸς νόμος· κριτικά, μυστικὰ ἢ τυπικά, ἀμφότερα γὰρ ἐν δηλοῦσιν· ἠθικά, καὶ σκιώδη. Καὶ τὰ μὲν κριτικὰ ἡμέρωσεν ὁ Κύριος· τὴν γὰρ ἐπὶ μοιχείᾳ κατειλημμένην τοῦ νόμου κελεύοντος λιθοβολεῖν, ὁ Κύριος εἰρηκεν· *Ὅστις οὐχ ἥμαρτε, βαλλέτω λίθον ἐπ' αὐτήν*· καὶ πάλιν· *Ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος*· καὶ τό· *Ὅστις σε ῥαπίσει*. Καὶ τί δεῖ λέγειν κατὰ μέρος, πάντων ταῦτα εἰδότων ἀκριβῶς; Τὰ ἠθικὰ ηὔξησε διὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας· ὅπερ θεμέλιον ἔχοντες οἵ τε ἀπόστολοι καὶ οἱ διδάσκαλοι πολλὰ περὶ ἀρετῆς εἶπον, καὶ τὴν κακίαν ἐστηλίτευσαν

En perspicue ostensum est, eos qui sine pœnitentia diem suum obeunt, migrare ad pœnas luendas, exspectantes interim suorum assumptionem corporum, ut pars utraque supplicia ferat; quando revera perfecta est et dicitur futura sine fine pœnarum exactio. Quare non opus est probare hoc pluribus, cum sint satis quæ attulimus: quibus si fidem habere noluerit, nec etiam habebit aliis, quantumvis multa congeramus.

EPHES.

Et nos quidem Judaicum azymum aversamur, obtemperantes apostolorum canonibus; isti vero in sua definitione, quod Latini sacrificant, Christi corpus esse affirmant.

RESP.

Nescit profecto bonus iste vir quantum differat inter Judaicum Pascha et azyma, et mysticum sacrificium. Nam apostolicus canon prohibet celebrari Pascha cum Judæis, hoc est agnum et azyma comedi; ad quod etiam Nicæna synodus magnum exhibuit studium, et re feliciter transacta, scripsit Alexandrinæ Ecclesiæ his verbis: Nuntium vobis nuntiamus jucundum de consensione in celebrando sacratissimo die festo Paschæ: nam vestris precibus effectum est, ut fratres quoque omnes Orientales, qui antea cum Judæis Pascha celebrabant, nunc cum Romanis, vobisque, et omnibus qui ab initio hunc morem tenuimus, solemnitatem Paschæ deinceps agant. Perfecta enim resurrectione facta, quidam imperfecte illam celebrantes non erubescunt. Sed nescio quomodo vir iste simulans se ignorare quæ dicuntur a sanctis, et præsertim ut Christus, ubi juxta legis mandatum Pascha peregisset, mysticum illud sacrificium fecerit, tradideritque ipse tremendum rei sacræ mysterium, et divina illa verba: *Hoc est corpus meum*; et: *Hic est sanguis meus*; omnia quæ sunt ex institutione et decreto Ecclesiæ Christi deflectit ad Judaici Paschatis celebrationem, et objicit canonem. Versatur ergo plane vir bonus in ignoratione rerum? Satius enim est ita dicere; aut certe non ignorans, sed sciens prudensque ita loquitur ad circumveniendos simpliciores. Nos autem dicimus, in lege fuisse rerum genera quatuor, judicialia, mystica seu figuralia (idem namque per utrumque significatur), moralia, et umbras. Et judicialia quidem a Domino mitiora reddita; nam mulierem in adulterio deprehensam, cum lex juberet lapidibus obrui, Dominus per illa verba dimisit: *Qui sine peccato est, primus in illam lapidem mittat* [38]. Et rursus: *Dentem pro dente* [39]. Et: *Si quis te percusserit* [40]. Et quid attinet referre singula, cum sint omnibus notissima? Moralia per evangelicam sancta prædicationem; quo fundamento innixi apostoli et doctores multa de virtute disseruerunt, et inverti sunt in vitia, illa expellentes, morumque integritatem explicantes, atque in animis hominum inserentes. Figuralia

[38] Joan. viii, 7. [39] Matth. v, 38. [40] ibid. 39.

Digitized by Google

vero seu mystica abrogata, circumcisionem, Sabbatum, immolationes animalium, Pascha et agnum. Quapropter Hierosolymis tantum observari illa voluerat, ut facilis esset eorum abrogatio, templo et urbe funditus eversis. Cum enim alibi non esset fas illa servare, certe finem habitura erant. Umbras demum in lucem veritatis fuisse mutatas. Iste autem incruentum tremendumque sacrificium, quod virtute Spiritus et ipsius Christi Patrisque perficitur: indivisa enim sunt opera sanctæ Trinitatis, licet vox illa efficax sit Salvatoris: *Hoc est corpus meum;* et: *Hic est sanguis meus;* qua panis et vinum cum aqua transmutantur in corpus et sanguinem Christi, ut inquit Chrysostomus; ad Judaici Paschatis observationem refert, et canonem perverse interpretatur. At nos mysticas omnes Judæorum cæremonias pro impuris et profanis habemus, ut Chrysostomus etiam in sermonibus contra Judæos habitis apertius probat, inter quas et Pascha numeratur: cum extra templum Hierosolymitanum contra divinum præceptum fiant. De hac materia mystici sacrificii jam antea diximus, nec opus est repetere eadem: quanquam ab ipso coacti hoc loco disputavimus, haud sane libentes, ipse enim causam dedit.

A καὶ ἀπεδίωξαν, τὴν δὲ σεμνότητα ἐτήρησαν, καὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ἐνεφύτευσαν. Τὰ δὲ τυπικὰ ἅ καὶ μυστικὰ καλοῦσιν ἀπίκοφε· τὴν περιτομὴν, καὶ τὸ Σάββατον, καὶ τὰς ζωοθυσίας, καὶ τὸ Πάσχα, καὶ τὸν ἀμνόν. Διὰ τοῦτο καὶ ταῦτα ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκέλευσε καὶ μόνον τελεῖσθαι, ἵνα καὶ ῥᾳδίως ἡ κατάλυσις αὐτῶν γένηται, τοῦ ναοῦ καὶ τῆς πόλεως κατασκαφέντων, ἄλλοθεν δὲ μὴ δυναμένων ταῦτα τελεῖν παύσωνται. Τὰ δὲ σκιώδη ἀνεμόρφωσεν, ἀντὶ σκιᾶς τὴν ἀλήθειαν μορφώσας. Αὐτὸς δὲ τὴν ἀναίμακτον καὶ φρικτὴν θυσίαν, τὴν τελειουμένην παρὰ τοῦ Πνεύματος καὶ αὐτοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς, ὡς ἀδιαιρέτων ὄντων τῶν ἔργων τῆς ἁγίας Τριάδος, εἰ καὶ αὕτη ἡ φωνὴ τοῦ Σωτῆρός ἐστιν, ἡ κελεύουσα· *Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά* B *μου· καὶ Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου·* ἡ τὸν ἄρτον, καὶ τὸν οἶνον καὶ τὸ ὕδωρ εἰς σῶμα Χριστοῦ μεταῤῥυθμίζουσα καὶ αἷμα, ὡς φησιν ὁ θεῖος Χρυσόστομος· εἰς τὴν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ Πάσχα τελετὴν ἀνάγει, καὶ τὸν κανόνα παρεξηγεῖται. Ἀλλ' ἡμεῖς πάντα τῶν Ἰουδαίων τὰ μυστικὰ ἀκάθαρτα, ὡς καὶ ὁ Χρυσόστομος ἐν τοῖς κατὰ Ἰουδαίων λόγοις τρανότερον παρίστησιν, ὧν ἓν ἐστι καὶ τὸ Πάσχα, ὡς ἔξω τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις παρὰ τὴν τοῦ θείου νόμου κέλευσιν τελούμενα. Προείπομεν καὶ περὶ τῆς μυστικῆς ταύτης θυσίας, καὶ οὐ χρὴ περὶ τούτου παλιλλογεῖν· εἰ καὶ ἐνταῦθα ὑπ' αὐτοῦ ἀναγκαζόμενοι λέγομεν, ὅσα δῆτα καὶ λέγομεν καὶ μὴ βουλόμενοι, αὐτὸς γὰρ ὁ αἴτιος.

EPHES.

Et nos quidem contra leges, jussa et decreta Patrum dicimus appositum esse Symbolo additamentum. Isti vero licite et rationabiliter factum illud asserunt: adeo norunt veritati et sibi ipsis congruentia dicere.

ΕΦΕΣ.

Καὶ ἡμεῖς μὲν ἀθεμίτως, καὶ παρανόμως, καὶ τοῖς Πατράσιν ἐξ ἐναντίου τὴν ἐν τῷ συμβόλῳ C προσθήκην γεγενῆσθαί φαμεν· οὗτοι δὲ αὐτὴν θεμιτῶς καὶ εὐλόγως διορίζονται γεγενῆσθαι· τοσοῦτον οἴδασι τῇ ἀληθείᾳ καὶ ἑαυτοῖς συμφωνεῖν.

RESP.

Nos omnem explicationem et declarationem non contrariam sententiæ sanctorum, sed per ipsos potius firmatam, a synodo quovis in loco appositam recipimus. In hac sententia est etiam sanctus Maximus, ut constat ex ejus dialogo cum Eunomiano. Interrogat enim ibi Macedonius Maximum, et: Subscribisne, inquit, expositioni Luciani? *Maximus.* Quid enim est causæ, cur improbata expositione sanctorum Patrum trecentorum decem et octo Nicææ in Bithynia congregatorum, inquiras aliam? — D *Macedonius.* Tu vero qua de causa improbas Luciani expositionem? — *Orthodoxus.* Improbo quod addidistis contrarium fidei Patrum. — *Macedonius.* Quasi vos non addideritis ad fidem Nicænam. — *Orthodoxus.* Addidimus, sed non contraria. — *Macedonius.* Omnino addidistis. — *Orthodoxus.* Quæ tunc in disquisitionem non venerant, Patres postea pie exposuerunt. Ideirco nos etiam hujus et aliorum Patrum testimonio fulti asserentium, expositionem sacræ Scripturæ congruentem non esse vetitam, suffragati sumus veritati. An negare ipse poterit, universam sacram Scripturam admittere explanationem? Quare id quod additum est Symbolo urgente necessitate, visum est jure optimo appositum.

ΑΠΟΛ.

Καὶ ἡμεῖς πᾶσαν ἀνάπτυξιν καὶ σάφήνειαν μὴ ἐναντίαν οὖσαν τῇ δόξῃ τῶν ἁγίων, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν μᾶλλον βεβαιουμένην, παρὰ συνόδου προστεθεῖσαν, ὅπου ἂν προστεθῇ, δεχόμεθα. Τοῦτο καὶ Μάξιμος ὁ θεῖος βεβαιοῖ ἐν τῇ διαλέξει αὐτοῦ τῇ πρὸς τὸν τὰ Εὐνομίου φρονοῦντα. Φησὶ Μακεδόνιος πρὸς τὸν Μάξιμον· Ὑπογράφεις οὖν τῇ ἐκθέσει Λουκιανοῦ; *Μάξιμος.* Τί κατέγνως τῆς ὑπὸ τῶν τιη' Πατέρων ἁγίων τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας ἐκτεθείσης, ἵνα καὶ ἄλλην περιβλέψῃς; — *Μακεδόνιος.* Σὺ τί κατέγνως τῆς τοῦ Λουκιανοῦ; — *Ὁ Ὀρθόδοξος.* Κατέγνων τῆς προσθήκης, ἧς προσεθήκατε ἐναντία αὐτῇ. — *Μακεδόνιος.* Ὑμεῖς γὰρ οὐ προσεθήκατε τῇ ἐν Νικαίᾳ; — *Ὁ Ὀρθόδοξος.* Ἀλλ' οὐκ ἐναντία αὐτῇ. — *Μακεδόνιος.* Ὅλως προσεθήκατε. — *Ὀρθόδοξος.* Τὰ τότε μὴ ζητηθέντα νῦν ἡρμήνευσαν οἱ Πατέρες εὐσεβῶς. Διὸ καὶ ἡμεῖς τὴν τούτου μαρτυρίαν ἔχοντες καὶ τῶν λοιπῶν Πατέρων τῶν λεγόντων, ὅτι ἀνάπτυξις οὐ κωλύεται συμφωνοῦσα τῇ ἱερᾷ Γραφῇ, τῇ ἀληθείᾳ συνηγορήσαμεν. Οὐ γὰρ δύναται αὐτὸς ἀντειπεῖν, ὅτι πᾶσα ἡ θεία Γραφὴ ἀνάπτυξιν δεχομένη οὐ κωλύεται· διὸ καὶ τὸ προστεθὲν, ἀνάγκης γενομένης, ἐν τῷ συμβόλῳ δίκαιον ἔδοξε προσκεῖσθαι. Καὶ ἔτι ἐκ τῆς βιβλί-

Digitized by Google

πανσυλλέκτου Ἀνθολογίας Εὐλογίου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας· φησὶ γάρ· Ἀλλὰ γὰρ τῆς αἱρέσεως πάλιν ἡ ἀπόνοια τὴν τετάρτην μέμφεται σύνοδον, ὡς ὅρον ἐκθεμένην, διατεινομένη τὴν τοιαύτην ἐπιχείρησιν ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν Ἔφεσον πρώτης συνόδου παντελῶς ἀποκεκωλῦσθαι. Καίτοι γε εἰ κατὰ τὸν λῆρον αὐτῶν ἀπεῖργεν ἡ σύνοδος ἕτερον μηδόλως προάγειν, αὐτὴ καθ' ἑαυτῆς πρὸ τῶν ἄλλων τὴν καταδικάζουσαν ἐξήνεγκε ψῆφον· ὁρίζει γὰρ αὐτὸ τοῦτο τυποῦσα, ἃ μηδετέρα τῶν πρὸ αὐτῆς διωρίσατο. Ἀλλὰ καὶ ἡ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις αὐτῆς ἐστιν ὅρος, ὃ ταῖς πρεσβυτέραις τῶν συνόδων οὐ διώρισται. Ναὶ δὴ καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρ' ἁγίων Πατέρων ἐξ ὧν αὐτοὶ ληροῦσι παραγράφονται, ἥτις τῶν Πνευματομάχων τὴν αἵρεσιν καθελοῦσα, τῷ κατὰ τὴν Νίκαιαν ἐκφωνηθέντι ὅρῳ τὴν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος θεολογίαν προσθεῖσα συνήρμοσεν. Εἰ γὰρ αἱ προλαβοῦσαι προστιθεῖσαι τὸν μῶμον ἐκφεύγουσιν, οὐδ' αἱ μετ' αὐτὰς ἐν τοῖς ὁμοίοις ἀνομοίως ἕξουσι τὴν κατάγνωσιν. Οὕτω τὸ ἀσύνετον πάντα φύρει καὶ διαστρέφει. Καὶ γὰρ ἡ ἐν Ἐφέσῳ σύνοδος πίστιν μὲν ἑτέραν, ἧς ἐναντία τὰ δόγματα πρὸς τὴν ἐν Νικαίᾳ καθέστηκε σύνοδον, παντελῶς ἐκτίθεσθαι διεκώλυσεν· ἀκηράτων δὲ τῶν ἐν αὐτῇ σωζομένων, ἅπερ ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ προστιθέναι αὐτῆς τε γέγονεν ἔργον, καὶ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις διδάσκαλος, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὁρᾶται τοῦτο στέργουσα διὰ παντὸς ἡ παράδοσις. Διὸ καὶ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, οὔπω τῆς οἰκουμενικῆς συγκροτηθείσης συνόδου, τοὺς ἐν αὐτῇ τῶν ἱερέων λογάδας ὁ θεσπέσιος ἀθροισάμενος Κύριλλος, καὶ πίστιν διαθέμενος ἔγγραφον, τῷ Νεστορίῳ διεπέμψατο. Καὶ μετά τινα ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ Ἐφραιμίου τοῦ Μεγάλου καὶ ταῦτα εὑρήσεις· Πάλιν δὲ ἐπηρεάζουσιν οἱ αἱρετικοὶ τὴν τετάρτην σύνοδον, λέγοντες, ὡς ἐδεδογμάτιστο μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἢ συγγράφειν, ἢ συντιθέναι, ἢ φρονεῖν πίστιν ἑτέραν, παρ' ἣν ἐξέθετο αὐτή· καίτοι οὐ τοῦτο ἡ σύνοδος διωρίσατο, κἂν ἀναισχύντως οὗτοι καταψεύδωνται· ἀλλὰ τὴν πίστιν, ἣν οἱ τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ ἅγιοι Πατέρες ἐξέθεντο, τιμῶσά τε καὶ θειάζουσα, παρὰ ταύτην ἔφησε μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν ἑτέραν πίστιν, καὶ τὰ ὁπόλοιπα. Δῆλον δέ ἐστιν ἐξ αὐτῶν μάλιστα τῶν συνοδικῶν φωνῶν, ὧν καὶ μόνων ἀναγινωσκομένων οὐδεμιᾶς ἄλλης δεῖται κατασκευῆς ἡ συστάσεως ἐπιδειχθεῖσα ἡ ἀλήθεια. Καὶ οὐχ ὥρισε μόνον τοῦτο, ἔπραξε δὲ ἄλλως· ἀλλ' ὡς ὥρισεν, οὕτω πανταχοῦ διαπραττομένη γνωρίζεται. Καὶ γὰρ τοὺς τῇ εὐσεβείᾳ προσιόντας οὐκ ἄλλο σύμβολον ἀλλὰ τῶν τιη' ἁγίων ἐκδιδάσκει καὶ παραδίδωσι. Γέλωτα δὲ μᾶλλον καθ' ἑαυτῶν ἡ διαβολὴν τῆς συνόδου καταχέουσιν ἐν οἷς φασιν αὐτὴν ὑπὸ πολλῶν διασύρεσθαι· πόσαι γὰρ τῆς πρώτης καὶ οἰκουμενικῆς ἁγίας συνόδου κατεῖπον σύνοδοι καίτοι ἀρχιερέων οὖσαι πλήρωμα; Τὴν δὲ τῶν ρ' οὐδ' εἰ γέγονε τινὲς τῶν Αἰγυπτίων εἰδέναι ἠθέλησαν. Ἀλλ' ἐάσωμεν τὸ ἀλόγιστον· τῶν γὰρ ἁγίων Πατέρων οὕτω διασαφούντων, καὶ λήρους ἀναισχύντους καὶ ἀλογίστους ταῦτα ἀποφηναμένων τοῖς τὰ τοιαῦτα φθεγγομέ-

A Hoc idem probatur ex Florilégio collectaneorum e libro cujusvis generis Eulogii patriarchæ Alexandrini. Sic enim ait : Rursus hæreticorum amentia de quartæ synodi definitione conqueritur, asseverans primam synodum Ephesinam hoc penitus fieri prohibuisse. Quod si, ut illi nugantur, synodus vetuit quidvis aliud omnino proferri, certe in seipsam prior illa tulit sententiam. Ipsa enim definit quæ nulla prior definiverat synodus : siquidem ipsius auctoritate recepta est vox illa, Hypostatica unio, de qua synodi antiquiores nil sanxerant. Quin et Constantinopolitanum centum quinquaginta sanctorum Patrum concilium pro suis nugis rejiciunt ; a quo profligata hæresis oppugnantium Spiritum, et additis Nicæno Symbolo verbis de sancti Spiritus B divinitate, fides congruenter explicata est. Si enim priores synodi addendo reprehensionem fugiunt, non debent posteriores in similibus dissimiliter vituperationem subire. Ita desipientium mens confundit omnia pervertitque. Nam Ephesina synodus fidem diversam, cujus dogmata fidei Nicænæ adversentur, omnino prohibuit : dum tamen illibata illa servetur, addi poterunt quæ occasio tulerit, sicut ipsamet addidit : hoc et magistra rerum natura docet, et Ecclesiæ usus juxta perpetuam traditionem confirmat. Propterea vir admirabilis Cyrillus, œcumenica synodo nondum celebrata, congregatis provinciæ suæ episcopis, Alexandrinæ fidei scripsit expositionem, quam Nestorio misit. Et infra in C eodem libro verba hæc magni Ephræmii reperies : Rursus hæretici quartam synodum calumniantur dicentes decretum fuisse ante illam, ne cui liceret proferre, aut scribere, aut componere, aut tenere aliam fidem, præter eam quæ erat exposita : quanquam synodus non hoc decreverat, licet impudenter ipsi mentiantur : sed fidem a trecentis decem et octo Patribus expositam summo in honore habens præceperat, ne cui fas esset aliam proferre fidem, et quæ sequuntur. Id certe ex ipsis synodi vocibus maxime constat ; patebit enim ipsa per se veritas nulla probatione indigens, si solum eæ legantur. Nec ita quidem decrevit, aliud vero fecit ; sed illud ubique servavit, quod ab ea decretum fuit. Nam ad veram accedentes religionem non alio D Symbolo, quam a trecentis decem et octo Patribus edito, instituit. Risum vero potius in se movent, quam petunt calumniis synodum, dum aiunt multos illi obtrectare. Nam de prima sancta et œcumenica synodo quot synodi detraxerunt, cum et ipsæ cœtus essent episcoporum? Quid dicam de synodo centum quinquaginta Patrum, de qua Ægyptii quidam, ne si facta quidem fuerit, scire voluerunt? Sed missa faciamus deliramenta : Nam sanctis Patribus ita exponentibus, et nugas hæc esse impudentes verbaque futilia affirmantibus, quid nos ad proferentes ea dicamus? Refellamusne illos, an vero dicta probemus? Utrumque negaverit, quicunque suæ mentis est compos.

Digitized by Google

νοις, τί ἂν καὶ ἐροῦμεν ἡμεῖς; Ἀντιφθεγξώμεθα τούτοις, ἢ στέρξωμεν τὰ παρ' αὐτῶν λεγόμενα; Οὐκ ἔγωγε οἶμαι, ἐρεῖ πᾶς νοῦ καὶ φρενῶν κύριος.

EPHES. A

Et nos quidem papam ut unum de patriarchis habemus, idque si recte de fide sentiat; istum vero illum Christi vicarium, patrem et doctorem omnium Christianorum magna gravitate pronuntiant.

RESP.

Nec ipsi duos aut tres esse dicimus papam, sed unum patriarcharum: est tamen etiam inter ejusdem ordinis plures unus primatius. Ait enim sanctus Pater Chrysostomus homilia decima septima in Acta apostolorum: Vide, ut etiam inter illos septem unus fuerit præpositus, et primas tenens; nam etsi communis erat ordinatio, majorem tamen ille assecutus est gratiam. Cæterum omnem episcopum dicimus Christi esse successorem, et in cathedra Jesu Dei nostri sedentem. Ipse enim dicit: *Qui recipit vos, me recipit* [61], et, *Qui vos audit, me audit* [62]. Et hæc quidem communia sunt; æqualiter enim est in omnibus sacerdotium, quod attinet ad conferendum baptismum, et faciendum sacrificium, et peccata confitentibus dandam absolutionem, et sacrum chrisma conficiendum, et monachum tondendum, et oleum benedicendum, ungendumque ad maculas peccatorum delendas, et sacerdotem per gradus promovendum; eamdem enim vim et easdem vires habet unusquisque ad functiones rerum ecclesiasticarum obeundas; et hoc pro certo habemus, quippe ut acceptum a Patribus. Sed etiam quod de papa dicimus, non ex nobis dicimus. Nam Theodorus Studita scribens ad Michaelem imperatorem nomine omnium hegumenorum, in epistola quæ sic incipit: Nos omnes in unum congregati jussu vestri a Deo coronati imperii, humillimi episcopi et hegumeni; Si quid vero, inquit, dubitat, aut minus solutum credit sacra tuæ mentis excellentia a religioso præsule, jubeat magna sua et a Deo confirmata potentia, ut quæ ad universorum utilitatem zelo rerum divinarum flagrat, a seniore Roma mitti sibi hujus rei declarationem, ut per antiquam traditionem ab initio servatum est. Hæc est, imitator Christi imperator, supremus apex Dei Ecclesiarum, cui primus præsedit Petrus, ad quem Dominus: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; et portæ inferi non prævalebunt adversus eam* [63]. Idem Theodorus in alia epistola ad Naucratium, cujus initium est: Non complebuntur aures meæ vocibus auditionum: Deum, inquit, hominesque in præsenti contestor; sejunxerunt se a corpore Christi, a coryphæa sede, in qua Christus posuit fidei claves; adversus quam non prævaluerunt per omne sæculum, nec prævalebunt usque ad finem sæculi inferi portæ, ora videlicet hæreticorum, sicut promisit ille qui

ΕΦΕΣ.

Καὶ ἡμεῖς μὲν τὸν πάπαν ὡς ἕνα τῶν πατριαρχῶν λογιζόμεθα, καὶ τοῦτό γε ἂν ὀρθόδοξος ᾖ· οὗτος δὲ αὐτὸν βικάριον τοῦ Χριστοῦ, καὶ πατέρα, καὶ διδάσκαλον τῶν Χριστιανῶν ἁπάντων μάλα σεμνῶς ἀποφαίνονται.

ΑΠΟΛ.

Ἀλλ' οὐδ' ἡμεῖς ὡς δύο καὶ τρεῖς αὐτὸν λέγομεν, ἀλλ' ὡς ἕνα τῶν πατριαρχῶν· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὁμοταγέσιν ἐστί τις πρωτεύων. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν τῇ ἑπταικαιδεκάτῃ ὁμιλίᾳ τῶν Πράξεων· Ὅρα πῶς καὶ ἐν τοῖς ἑπτὰ ἦν τις πρόκριτος καὶ τὰ πρωτεῖα εἶχεν· εἰ γὰρ ἡ χειροτονία κοινὴ ἦν, ἀλλ' ὅμως ὑπερεπάσατο χάριν πλείονα. Πάντα δὲ ἀρχιερέα διάδοχον Χριστοῦ λέγομεν, καὶ ἐπὶ τῆς καθέδρας καθήμενον τοῦ Ἰησοῦ μου καὶ Θεοῦ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ λέγων· Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς ἐμὲ δέχεται· καί, Ὁ ἀκούων ὑμῶν ἐμοῦ ἀκούει. Καὶ ταῦτα μὲν κοινῶς πρὸς πάντας· ἐπίσης γὰρ ἡ ἱερωσύνη πρὸς τὸ θυσιουργῆσαι τὸ θεῖον λουτρὸν, καὶ τὴν ἱερὰν μυσταγωγίαν τελέσαι, καὶ συγχώρησιν ἁμαρτιῶν δοῦναι τοῖς ἐξομολογουμένοις, καὶ ἱερὸν χρίσμα τελέσαι, καὶ μοναχὸν ἀποκεῖραι, καὶ ἔλαιον ἁγιάσαι, καὶ χρίσαι πρὸς ἀπόνηψιν ἁμαρτιῶν, καὶ ἱερέα κατὰ βαθμὸν χειροθετῆσαι· καὶ εἰς πάντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ τὴν αὐτὴν ἰσχὺν καὶ ἴσην ἕκαστον ὀφλαμεν ἔχειν. Καὶ οὕτως ἐγνωμεν ἀκριβῶς παρὰ τῶν Πατέρων ταῦτα λαβόντες. Καὶ ὃ δὲ λέγομεν, οὐκ ἐξ ἡμῶν τοῦτο λέγομεν· φησὶ γὰρ Θεόδωρος ὁ Στουδίτης γράφων πρὸς Μιχαὴλ τὸν βασιλέα ἐπ προσώπου πάντων τῶν ἡγουμένων ἐν τῇ ἐπιστολῇ ἧς ἡ ἀρχὴ, Ἡμεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελεγμένοι κατὰ κέλευσιν τῆς θεοστέπτου ὑμῶν βασιλείας, ἐλάχιστοι ἐπίσκοποι καὶ ἡγούμενοι· Εἴ δέ τι ἀμφιβαλλόμενον ἢ ἀπιστούμενον τῇ θείᾳ ὑμῶν μεγαλονοίᾳ διαλύεσθαι παρὰ τοῦ ἀρχιερέως εὐσεβῶς, ἡ μεγάλη καὶ θεσπτήρικτος αὐτῆς χεὶρ, ὡς ζηλοτυποῦσα τὰ θεῖα ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ παντὸς, κελευσάτω παρὰ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης δέξασθαι τὴν διασάφησιν, ὡς ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς πατροπαραδότως ἐξεδόθη. Λύτη, Χριστομίμητε βασιλεῦ, ἡ κορυφαιοτάτη τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, ἡ Πέτρος πρωτόθρονος, πρὸς ὃν ὁ Κύριός φησι· *Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.* Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν ἑτέρᾳ ἐπιστολῇ πρὸς Ναυκράτιον, ἧς ἡ ἀρχὴ, Οὐ πλησθήσεται τὸ οὖς μου ἀπὸ φωνῶν ἀκροάσεων, φησί· Μαρτυρῶ ἄρτι κατενώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἑαυτοὺς ἀπέβρηξαν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, τοῦ κορυφαίου θρόνου, ἐν ᾧ Χριστὸς ἔθετο τὰς κλεῖς τῆς πίστεως, ἧς οὐ κατίσχυσαν ἀπ' αἰῶνος οὐδ' ἂν κατισχύσωσι μέχρι συντελείας αἱ πύλαι τοῦ ᾅδου, τὰ τῶν αἱρετικῶν δηλαδὴ στόματα, ὡς ἡ τοῦ ἀψευδοῦς ὑπόσχεσις. Ἐν δὲ τῇ ἁγίᾳ τρίτῃ συνόδῳ

[61] Matth. x, 14. [62] Luc. x, 16. [63] Matth. xvi, 18.

Digitized by Google

A synodus fidem quidem aliam, cujus dogmata Nicænæ contraria essent, omnino exponi vetuit. Puris vero atque inviolatis, quæ in ea sunt, servatis, quæ occasio postulat apponenda, sicut ipsamet addidit, hoc et rerum natura magistra docet, et Ecclesiæ usus videtur non rejecisse. Quare et Alexandri nondum œcumenica synodo coacta, delectos in ea sacerdotes divinus Cyrillus congregans, et fidem scriptam disponens, Nestorio misit. » Et sancti Ephræmii patriarchæ Antiocheni: « Ecce iterum quartam synodum calumniantur hæretici, tanquam quæ docuerit, non licere alicui proferre, aut scribere, aut componere, aut tenere aliam fidem præter eam quam ea exposuit. Et tamen id synodus non decreverat, quamvis id hæretici impudentissime mentiantur. Sed B eam fidem, quam trecenti octodecim Patres asseruerunt, summo in honore habens atque confirmans, præter illam dixit, nemini licere aliam fidem proferre, » et quæ sequuntur. « Ex his omnibus synodi vocibus, quæ dummodo lectæ fuerint nulla alia probatione aut demonstratione veritatem indigere, compertum est, nec aliud definisse, aliud vero fecisse; sed ut decrevit, sic et ubique fecisse cognoscitur. Namque eos qui ad pietatem gradum faciunt, nullum aliud Symbolum, quam trecentorum octodecim Patrum docuit traditque, risum autem potius contra seipsos, quam synodi accusationem excitant, ubi dicunt eam a pluribus derideri. Quot enim primam et œcumenicam sanctam synodum synodi criminatæ sunt, tum etiam ipsæ præsulibus abundantes? C Illam vero centum quinquaginta Patrum, an vel fuerit Ægyptii scire noluerunt. Sed missa faciamus eorumdem deliramenta. » Ad hæc divus Maximus: « Quanam igitur ratione, quæ hoc pacto similia pie clareque operatur et sancit sanctam Chalcedonensem synodum æque ac si Nicænam definitionem repudiaret, poterit unquam quispiam probare, licet omnium ad res, quæ nusquam sunt, fingunturque adversus veritatem, etiam cum mendacio comminiscendas acerrimus sit. Quod si ut hæc quidem firmiter conservantem, et secundam forte definitionem introducentem maledictione et convicio excipitis, quæ hæc fuerit ab eadem secunda definitio introducta? D Confessio, inquis, duarum naturarum, dictioque illa, in duabus naturis, quæ nullo modo Nicæna definitio continet, sed palam a Chalcedonensibus Patribus intrusa sunt, nullo modo antea cognita, vel a quoquam recensita. Quod vero neque id probare potestis, manifestum est: a multis siquidem ante eam Patribus vox illa uti pia reputata est et publice deprædicata, testesque sunt eorum sermones, qui eam edixerunt, quovis solis radio clariores atque splendidiores. Vosque id aut propter inscitiam ignoratis, aut ignorare fingitis propter maledictionem, et piorum Patrum ac dogmatum vesanam criminationem. Quodsi nullum id quoque esset, cum tamen plurimum, ut dixi, sese offerat, quid impedit tot Patres, imo Christianorum omnium cœtum, id namque proprie est orthodoxorum

Digitized by Google

Patrum sanctissima synodus, sua auctoritate eam emittere, præscribereque adversus hæresim Eutychianam? » Et nonnullis interjectis, subdit : « Qua ratione et modo sanctam Chalcedonensem synodum aperte paternas dictiones usurpantem, criminamini, et æque ac si aliam fidei definitionem introduceret, locis in omnibus orc et scriptis convicio excipitis, et derisui habetis? *Ne judicetis secundum faciem*, Deus dixit, *sed justum judicium judicate*[1]. Quæ in uno eodemque argumento Chalcedonensium Patrum vestra criminatio est, et eorum qui præiverunt, præconium? Si adversus Chalcedonenses est, quod illi scilicet aliam fidei definitionem, propter Nicænæ definitioni voces appositas, promulgaverint, hoc plane sequetur, eamdem ob causam, et contra Cyrillum, et contra centum quinquaginta. Quod si contra eos non est, quomodo contra eam esse possit, non capio. Verumtamen vestram rabiem et contentionem in iis quæ demonstrari minime possunt, proponere moneor : si forte hac ratione, uti par est, erubescentes, missam faciatis hæsitationem, finemque imponatis tantæ adversus veritatem ipsam conspirationi. Quandoquidem et Gregorius theologiæ vindex vestram contra Chalcedonensem synodum accusationem minus effugiet ; imo, uti vos præscribitis, maxime illi erit obnoxius, ex trunca atque mutila Nicæna integram faciens doctrinam de Spiritu sancto : quod tum nondum mota erat hæc quæstio, cum Patre et Filio Spiritum sanctum agnoscens, hortansque Cledonium ut ita sentiret aliosque instrueret. Sed videmini mihi, cum visus ob sui imbecillitatem neque adversus solis splendorem intueri, neque illum decipere valeat, splendorem veluti imbecillum, non propriam visus debilitatem incusare : et cum vobis gravitate valetudinis non bene sit propter confusionem, eam veluti impiam atque inconcinnam, si cum veritate duarum naturarum, quæ in Christo conservantur, abunde refellentes, æque ac si non sint communia luminaria, et veritatis interpretes criminamini. Quod si de veritate ipsa vera dicenda sunt, omnes post Nicænam synodum a Deo electi Patres, et omnis orthodoxorum et sanctorum hominum cœtus, non aliam fidei definitionem propriorum verborum additione induxerunt, ut vos nimium perperam obloquentes et plane insanientes decernitis. Sed eam ipsam veluti primam et unicam a sanctis trecentis decem et octo Patribus sancitam firmiter confirmarunt, dilucidantes eam, et enarratione sua apertius enucleantes, propter eos qui illam et illius dogmata ad propriam impietatem constabiliendam detorquebant et perperam exponebant. Nec multo post, quæ ibidem de divinitate habebantur, violare conantes, Eunomium atque Macedonium centum quinquaginta Patres propriis vocibus et decretis non permiserunt ; et alio modo œconomiæ arcanum dividere Nestorium contendentem beatus non permisit Cyrillus. Quemadmodum

A τε καὶ δογμάτων ἀνόητον ἔγκλησιν. Εἰ δὲ καὶ μηδὲν ἦν ὁπότε πλεῖστον, ὡς ἔφην, καθέστηκεν, τί τὸ κωλύον ἁγίου; τοιούτους, μᾶλλον δὲ τὸν ἅπαντα Χριστιανισμὸν, τοῦτο γὰρ κυρίως ἐστὶν ἡ τῶν ὀρθοδόξων Πατέρων ἁγιωτάτη σύνοδος, ἐξουσιαστικῶς ταύτην προέσθαι, καὶ νομοθετεῖν κατὰ τῆς Εὐτυχοῦς συναιρέσεως ; » Καὶ μετά τινά φησι· « Τίνι λόγῳ καὶ πῶς τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον, καίτοι πατρικαῖς προδήλως ἀποχρησαμένην φωναῖς, αἰτιᾶσθε, καὶ ὡς ἄλλον πίστεως ὅρον εἰσάγουσαν τῆδε κἀκεῖσε καὶ ἐγγράφως διαλοιδορεῖτε καὶ διασκώπτετε ; *Μὴ κατ' ὄψιν κρίνητε, διὰ τὸν εἰπόντα Θεὸν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε.* Τίς ἡ ἐπὶ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς ὑποθέσεως τῶν ἐν Χαλκηδόνι Πατέρων ἔγκλησις ἡμῶν, καὶ τίς ἡ τῶν προλαβόντων

B ἀνάῤῥησις ; Εἰ γάρ ἐστι κατὰ τῆς ἐν Χαλκηδονέων ἄλλον αἰτιᾶσθαι πίστεως ὅρον διὰ τὰς ἐγκειμένας τῷ ὅρῳ τῆς Νικαίων φωνάς, τοῦτό γε πάντως ἕψεται λέγειν διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν καὶ κατὰ Κυρίλλου, καὶ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα. Εἰ δὲ κατ' αὐτῶν οὐκ ἔστι, πῶς κατ' ἐκείνης, συνιδεῖν οὐκ ἔχω. Παριστᾷν δὲ προτρέπομαι τὴν ὑμῶν ἐπὶ τοῖς ἀναποδείκτοις λύσσαν καὶ ἔνστασιν, εἴγε κἂν ἄρα οὕτως ἱκανῶς αἰσχυνθέντες συσταλῆτε τῆς ἀπορίας τῆς τοσαύτης κατὰ τῆς ἀληθείας ψευδοῦς συστάσεως. Ἐπεὶ καὶ Γρηγόριος ὁ τῆς θεολογίας συνήγορος οὐδέν τι μᾶλλον ἐκφεύξεται τῆς ὑμῶν κατὰ τῆς Χαλκηδονέων ἐνοχῆς· πλεῖστον δὲ ὅσον ὑποπεσεῖται ταύτῃ παρὰ τὸν ἡμέτερον νόμον, προδιαῤῥηθὲν τὸ

C ἐλλειπῶς εἰρημένον τῆς ἐν Νικαίᾳ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· διὰ τὸ μηδὲ κινεῖσθαι, φησὶ, τὸ τηνικαῦτα τοῦτο τὸ ζήτημα, μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα γινώσκων, καὶ Κληδονίῳ γράφων οὕτω νοεῖν καὶ διδάσκειν. Ἀλλ' ἐοικατέ μοι τῇ σαθρᾷ ὄψεως οὐχ ἱκανούσης πρὸς ἡλιακῆς αἴγλης ἀνεύσιν καὶ μετάληψιν, τὴν αὐτὴν ὡς ἀμυδρὰν αἰτιωμένης, οὐ τὴν οἰκείαν ἀδράνειαν, ἐκμιμεῖσθαι τὸ πάθος. Αὐτοί τε καὶ νοσηλευόμενοι διὰ τὴν σύγχυσιν, καὶ τοὺς ταύτην ὡς ἀσεβῆ καὶ ἀνάρμοστον πρὸς τὴν ἐν Χριστῷ τῶν σωζομένων ἀλήθειαν φύσεων ἱκανῶς ἐξελέγχοντας, ὡς οὐ φωστῆρας κοινοὺς, οὐδὲ τῆς ἀληθείας ἐκφάντορας ἐκδιαβάλλοντες. Εἰ γὰρ ἔστι τάληθῆ περὶ ἀληθείας εἰπεῖν, πάντες οἵ τε μετὰ τὴν Νικαέων θεόκριτοι Πατέρες, καὶ

D πᾶσα σύνοδος ὀρθοδόξων καὶ ἁγίων ἀνδρῶν οὐκ ἄλλον πίστεως ὅρον διὰ τῆς ἐπεισαγωγῆς τῶν οἰκείων ῥημάτων παντελῶς ἐπεισήγαγον, ὡς ὑμεῖς ἀποφαίνεσθε, πλεῖστον παραληροῦντες καὶ τὸ ὅλον μαινόμενοι, ἀλλ' αὐτὸν ὡς πρῶτον καὶ μόνον τῶν ἐκ τῶν ἁγίων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ Πατέρων νομοθετηθέντα βεβαίως ἐκύρωταν, τρανοῦντες αὐτὸν, καὶ οἷον ἐπεξηγούμενοι καὶ ἐπεξεργαζόμενοι διὰ τοὺς ἐκείνου καὶ τὰ ἐκείνου δόγματα πρὸς τὴν οἰκείαν κακῶς ἐκλαμβάνοντας καὶ παρεξηγουμένους δυσσέβειαν. Αὐτίκα γοῦν τὸν τῆς θεολογίας ἐν αὐτῷ κείμενον λόγον παραβλάψαι βεβουλημένους Εὐνομιόν τε καὶ Μακεδόνιον οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα

[1] Joan. VII. 24.

Πατέρες οὐ συνεχώρησαν διὰ τῶν οἰκείων φωνῶν καὶ δογμάτων. Οὕτω δὲ καὶ τὸν τῆς οἰκονομίας Νεστόριον διαιρεῖν μηχανώμενον ὁ μακάριος οὐκ εἴασε Κύριλλος· ὥσπερ οὖν καὶ Εὐτυχέα συγχεῖν ἐθελήσαντα διεκώλυσαν οἱ ἐν Χαλκηδόνι τίμιοι Πατέρες. Πῶς οὖν ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ σὺν ἐκείναις φημὶ ταῖς συνόδοις καὶ ταύτην οὐκ ἀποδέχεσθε, διὰ τὸ αὐτὸ καὶ ἴσον καλόν; Ἢ ταύτην ὡς μισόκαλοι διαλοιδοροῦντες συνδιαλοιδορεῖτε κἀκείναις, ὃ δὴ μάλιστα ποιοῦντες τοῖς πράγμασιν, εὐλαβεῖσθε τοῖς ῥήμασιν, ἵν' εὐσεβείας πλάσμασιν ἐκείνας δῆθεν κατὰ ταύτης σεμνύνοντες, διὰ ταύτης κἀκείνας λυμήνησθε, τὸ ἴσον αὐταῖς διὰ τὴν ἴσην πρᾶξιν ἐπιφέροντες ἔγκλημα. Τίς οὖν ἡμῶν τὴν τοσαύτην ὑποίσει κατὰ τῆς εὐσεβείας καὶ τῶν εὐσεβούντων αὐθάδειαν; » καὶ τὰ ἑξῆς.

et Eutychetem confundere tentantem venerandi Patres Chalcedonenses impediverunt. Quare igitur una cum illis synodis hanc quoque propter idem et par bonum non amplectimini? Aut hanc veluti rerum honestarum osores opprobrio excipientes, opprobrio item et illas excipitis, quod potissimum cum opere præstetis, verbis id adversari fingitis, ut pietatis fictionibus illas adversus hanc commendantes atque extollentes, per hanc et illis labefactatis, æquale illis propter æquale facinus crimen appingatis. Quis itaque tantam vestri adversus pietatem piosque viros arrogantiam sustinebit? » et quæ sequuntur.

ιζ'. Ὅτι δὲ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τρίτη σύνοδος διὰ τοῦ θείου Κυρίλλου τὴν ἐναντίαν ἀποτρέπει, ἀλλ' οὐ τὴν ὀρθόδοξον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον προτρέπει ταύτην, καὶ ἑτέραν κυρίως τὴν ἐναντίαν ἀποκαλεῖ· τῇ δὲ ἀληθεῖ καὶ προσίεται, καὶ βδελυροὺς ἀποκαλεῖ τοὺς ἀποστρεφομένους ταύτην, αὐτῆς τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς Ἀκάκιον λεγούσης ἀκούσωμεν. Φησὶ γὰρ ἐν ταύτῃ· « Οὐ πίστεως ἔκθεσιν ἐξήτηντο παρ' ἡμῶν τινες, ἢ γοῦν καινοτομηθεῖσαν παρ' ἑτέρων κατεδεξάμεθα. Ἀπόχρη γὰρ ἡμῖν ἡ θεόπνευστος Γραφή, καὶ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡ νῆψις, καὶ τὸ πρὸ πάντων ὑποῦν ἐχόντων ὀρθῶς ἐκτετορνευμένον τῆς πίστεως Σύμβολον. Ἐπεὶ δὲ ἦσαν οἱ κατὰ τὴν ἀνατολὴν ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι διιχνοῦντες πρὸς ἡμᾶς κατὰ τὴν Ἐφεσίων, καὶ γεγόνασί πως; ἐν ὑποψίᾳ τοῦ καὶ ἐναλῶναι βρόχοις τῶν τοῦ Νεστορίου δυσφημιῶν, ταύτῃ τοι καὶ μάλα ἐμφρόνως ἀπαλλάττοντες ἑαυτοὺς τῆς ἐπὶ τούτοις αἰτίας, καὶ τοὺς τῆς ἀμωμήτου πίστεως ἐραστὰς πληροφορεῖν σπουδάζοντες, ὅτι τῆς ἐκείνου βδελυρίας ἀμοιρεῖν ἐγνώκασι, πεποίηνται τὴν ἀπολογίαν. Καὶ τὸ χρῆμά ἐστι ψόγου τε παντὸς καὶ μώμου μακράν. Ἆρα εἰ καὶ Νεστόριος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃν αὐτὸ προετείνετο παρὰ πάντων ἡμῶν, τὸ χρῆναι καταψηφίσασθαι τῶν ἑαυτοῦ δογμάτων, καὶ ἀνθελέσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἔγγραφον ἐποιήσατο τὴν ἐπὶ τούτοις ὁμολογίαν· καὶ αὐτὸν ἂν τίς ἔφη πίστεως ἡμῖν καινοτομῆσαι Σύμβολον; Τί τοίνυν διαλοιδοροῦντες μάτην ἔκθεσιν Συμβόλου καὶ νῦν ὀνομάζοντες; τὴν σύνεσιν τῶν κατὰ τὴν Φοινίκην θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων, ἣν πεποίηται χρησίμως τε καὶ ἀναγκαίως, ἀπολογούμενοί τε καὶ θεραπεύοντες τοὺς οἰηθέντας, ὅτι ταῖς Νεστορίου κατακολουθοῦσι καινοφωνίαις; Ἡ μὲν οὖν ἁγία σύνοδος καὶ οἰκουμενικὴ ἡ κατά γε τὴν τῶν Ἐφεσίων συνειλεγμένη προεπενόησεν ἀναγκαίως τοῦ μὴ δεῖν ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ πίστεως ἔκθεσιν ἑτέραν εἰσκρίνεσθαι παρά γε τὴν οὖσαν, ἣν οἱ τρισμακάριοι Πατέρες ἐν ἁγίῳ Πνεύματι λαλοῦντες ὡρίσαντο. Οἵ γε μὴν ἅπαξ οὐκ εἰδότες τοῦ μὴ ὀρθῶς ἐλέσθαι φρονεῖν, μήτε μὴν τοῖς ἀποστολικοῖς τε καὶ εὐαγγελικοῖς ἕπεσθαι δόγμασιν, ἆρα σιωπῶντες ἀτηλλάγησαν ἂν τῆς ἐπὶ τούτῳ διδασκαλίας; ἢ μᾶλλον ἀπολογούμενοι, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς δόξης τὴν

17. Sanctam præterea et œcumenicam tertiam synodum divi Cyrilli verbis, contrariam abhorrere, non orthodoxam, quam potius inculcat, et aliam proprie contrariam nuncupat: veram amplecti, et eam repudiantes, exsecrandos appellare, ab eadem ipsa synodo Epistola ad Acacium, hæc eadem insinuante, audiamus. Ait namque in ea: « Nos neque novam fidei expositionem ab ullo exegimus, neque ab aliis innovatam admisimus. Sufficit enim nobis a Deo inspirata Scriptura, sanctorumque Patrum prudentia, et ante omnia Symbolum fidei ad omnia recta dogmata apte riteque concinnatum. Quia vero sanctissimi Orientales episcopi, cum Ephesi essent, a nobis dissentiebant, eaque de causa, quasi blasphemiarum Nestorii laqueis irretitos teneri, suspicio erat, ut eo crimine, uti par erat, quam prudentissime se liberarent, inculpatæque fidei amatoribus per omnia satisfacerent, ac Nestorianæ impietatis se expertes esse ostenderent, apologiam composuerunt, et id quidem admodum prudenter, tantum abest, ut hoc istorum factum aliqua omnino nota aut reprehensione dignum videatur. Quid enim si ipse Nestorius eo tempore, quo a nobis omnibus illi proponebatur, ut sua ipse dogmata condemnaret veritatemque amplecteretur, scriptam iis de rebus confessionem exhibuisset, quispiam dicturus erat, illum novum fidei Symbolum conscripsisse? Quid igitur temere conviciis insectantur sanctissimos Phœnicize episcopos, eorum consensum novum Symbolum appellantes, quem illi utiliter et necessario ediderunt, ut nimirum se purgarent, eosque demulcerent, qui ipsos Nestorianam vocum novitatem approbare sibi persuasum habebant? Sancta quippe et œcumenica synodus, quæ Ephesi convenerat, necessario providit, non oportere aliam fidei expositionem in Ecclesias Dei inferre, præter eam, quæ jam exstabat, quam beatissimi Patres nostri sancto Spiritu locuti definiverant. Illi tamen ab hac semel, nescio quomodo, dissentire visi, et quod neque recte sentirent, neque apostolicis et evangelicis dogmatibus adhærerent, in suspicionem adducti, numquid taciturnitate ab hac ignominiosa nota se liberassent, an plena potius satisfactione suæ-

Digitized by Google

que sententiæ declaratione ? Atqui divinus Christi discipulus scriptum reliquit : *Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est spe*[1]. Qui ergo hoc vult facere, nihil utique novi molitur, nec fidei expositionem innovare deprehenditur, sed potius eam quam de Christo habet fidem interrogantibus prospicuam reddit. Audivi præterea veritatis hostes pissimorum episcoporum concordiam ægerrime ferre, et tursum ac deorsum miscere omnia atque jactare, confessionis, quam illi de recta fide, nihil, ut dixi, innovantes, hoc est, nihil ad ea quæ olim constituta sunt, adjicientes, sed potius inculpatis sanctorum Patrum dogmatis adhærentes, ediderunt, sensum et vim cum impiis suis commentis congruere. » Cum id itaque approbet, et ut fiat synodus adhortetur, quomodo nonnulli affirmant, a tertia synodo prohibitionem factam? Quin et sanctus Gregorius, cui a theologia nomen est, ad Cledonium ita scribit : «Nos fidei Nicææ edita a sanctis Patribus, qui eo convenerant, ad Arianam hæresim profligandam nihil unquam anteposuimus, nec anteponere possumus, sed illius fidei divina gratia, quod non integre de Spiritu sancto dictum est, integrum faciemus. » Quod admirabilis interpres Elias Cretensis ita exponit : « Corpore siquidem dictionum omissum fuerat, at anima, quæ sententiæ sunt, nusquam. Quapropter sanctus, non omissum, sed non integre dictum corporis dictione integrans, absolvens scilicet et conformans, enuntiavit. » Sed et sexcenti triginta Patres in sancta et œcumenica quarta synodo in allocutione ad imperatorem hunc in modum decernunt : « Si quis autem censet, hucusque consistendum illis esse, qui fidem pro facultate defendere cupiunt, maxime quidem hoc præceptum hæreticis promulgare debebit, illos ab impugnatione removens, non avertens a protectione pastores. Omnis etenim lex improbis hominibus delicta prohibet, non potestatem judicibus adimit. Alias autem doceantur, nunc quoque licere, ut ambiguitate exorta, Patrum interpretationibus nostram confessionem adjungere, tanquam qui in nullo discordem intelligentiæ eorum deferimus sententiam. » Sed hoc sanctorum ac beatorum Patrum decretum nullam iis qui contentiones ac dissidia amant, tergiversandi ansam reliquit, tanquam quod seipsum aperte interpretetur, et hæsitationes universas ac dubia tollat, et ad imperatorem veluti lex et statutum missum sit. Ait enim : « Alias autem doceantur, nunc quoque licere, ut, ambiguitate exorta, Patrum interpretationibus nostram confessionem adjungere, » etc. Sed hæc in præsenti satis sint, ut plane id aperiatur, nos nunquam divinos terminos prætergressos fuisse. Neque enim justum est neque pium, illos neglectui habere, quos totis viribus amplecti servareque debemus ; et fidem aliam, veluti contrariam non tantum excutere, sed rejicere etiam et anathema-

[1] I Petr. III, 15.

A δύναμιν ἐμφανίζοντες ; Καίτοι γέγραφεν ὁ θεσπέσιος μαθητής· *Ἕτοιμοι δὲι πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος.* Ὁ δὲ τοῦτο δρᾶν τεθαρρηκώς, καινουργῶν μὲν οὐδὲν, ἀλλ' οὐδὲ πίστεως ἔκθεσιν ὁρᾶται καινοτομῶν, ἐναργῆ δὲ μᾶλλον καθίστησι τοῖς ἐρομένοις αὐτὸν, ἣν καὶ αὐτὸς πίστιν ἔχει περὶ Θεοῦ. Ἐπιθόμην δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι ταῖς τῶν θεοσεβούντων ἐπισκόπων ὁμοψυχίαις οὐ μετρίως ἐπιστυγνάζοντες τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ ἄνω καὶ κάτω διακυκῶσι τὰ πάντα, καὶ τοῖς ἀνοσίοις αὐτῶν εὑρήμασι συμβῆναί φησι τῆς παρ' αὐτῶν γενομένης ὁμολογίας τὴν δύναμιν ἣν ἐπὶ τῇ ὀρθῇ πεποίηται πίστει, καινοτομοῦντες, ὡς ἔφην, ἢ προσπάγοντες τοῖς πάλαι διωρισμένοις τὸ σύμπαν οὐδὲν, ἑπόμενοι δὲ μᾶλλον τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ἀνεπιλήπτοις δόγμασι. » Τῆς ἁγίας οὖν τοῦτο μάλιστα προτρεπούσης συνόδου, πῶς φασί τινες, ὅτι ἀπὸ τῆς τρίτης συνόδου τὸ κώλυμα γέγονεν ; Καὶ ὁ ἅγιος δὲ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος πρὸς Κληδόνιον οὕτω γράφει· « Ἡμεῖς τῆς κατὰ Νίκαιαν πίστεως τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐκεῖσε συνελθόντων ἐπὶ καθαιρέσει τῆς Ἀρειανικῆς αἱρέσεως οὐδὲν οὔτε προετιμήσαμέν ποτε, οὔτε προτιμᾶν δυνάμεθα, ἀλλ' ἐκείνης ἐσμὲν τῆς πίστεως σὺν Θεῷ καὶ ἐσόμεθα, προσδιαρθρούντες τὸ ἐλλειπῶς εἰρημένον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Ὅπερ ὁ θαυμάσιος ἐξηγητὴς ὁ Ἠλίας Κρήτης ἐν ταύτῃ φησὶ τῇ περικοπῇ · « Τῷ μὲν γὰρ σώματι τῶν λέξεων παρελέλειπτο, τῇ δὲ ψυχῇ λέγω δὴ τὰ τῶν νοημάτων οὐδαμῶς. Διὸ καὶ ὁ ἅγιος οὐ τὸ παραλελειμμένον, ἀλλὰ τὸ ἐλλειπῶς εἰρημένον τοῦ σώματος λέξει διαρθροῖ, ἤτοι ἐξακριβοῖ, καὶ διαμορφοῖ ἐπηγγείλατο. » Ἀλλὰ καὶ οἱ ἑξακόσιοι τριάκοντα Πατέρες οἱ ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ τετάρτῃ συνόδῳ ἐν τῷ πρὸς βασιλέα Προσφωνητικῷ οὕτω θεσπίζουσιν · « Εἰ δέ τις μέχρι τούτου στῆναι τοῖς πίστει συνηγορεῖν βουλομένοις προστάττει τὴν ἄδειαν, μάλιστα μὲν τοῖς αἱρετικοῖς τοῦτο νομοθετείτω τὸ πρόσταγμα. Ἐκείνους παύσῃ τῆς ἀδικίας, μὴ τοὺς ποιμένας τῆς ἀντιλήψεως. Πᾶς γὰρ νόμος τοῖς πονηροῖς ἀπαγορεύει τὴν ἁμαρτίαν, οὐ τοὺς κριτὰς ἀπείργει τῆς ἐξουσίας. Ἄλλως τε μανθανέτωσαν, ὡς καὶ νῦν ἔξεστιν, ἀμφισβητήσεως ἀναφυείσης τινὸς τῶν Πατέρων ἑρμηνείαις, τὴν ἡμετέραν ἐπισυνάπτειν ὁμολογίαν, ὡς οὐκ ἀπᾴδουσαν τῆς ἐκείνων διανοίας ἐπιδεικνύμεθα φρόνημα. » Ἀλλ' οὖν ἡ τῶν θείων καὶ μακαρίων Πατέρων ἀπόφασις οὐδεμίαν κατέλιπε πρόφασιν τοῖς ἐθέλουσι φιλονεικεῖν καὶ ἐρεθίζειν, ὡς αὐτεξήγητος οὖσα, καὶ μηδεμίαν ἀμφισβήτησιν καταλιποῦσα, καὶ ὅτι ὡς νόμος καὶ ἀπόφασις πρὸς τὸν βασιλέα ἀπεστάλη. Φησὶ γάρ, « Ἄλλως τε μανθανέτωσαν, ὡς καὶ νῦν ἔξεστιν, ἀμφισβητήσεως ἀναφυείσης ταῖς τῶν Πατέρων ἑρμηνείαις, ἐπισυνάπτειν τὴν ἡμετέραν ὁμολογίαν· » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον νῦν, ὡς διατρανούντων ἀληθῶς, ὅτι οὐ παρεδόμεν τοὺς θείους ὅρους ποτέ. Οὐδὲ γὰρ ὅσιον, οὐδ' εὐσεβὲς αὐτοὺς παρορᾶν, ἀλλ'

ὕση δύναμις αὐτοὺς ἀσπάζεσθαί τε καὶ φυλάττειν, καὶ τὴν ἑτέραν πίστιν ὡς ἐναντίαν οὐ μόνον ἀποστρέφεσθαι, ἀλλ' ἀποβρίπτειν καὶ τῷ ἀναθέματι παραπέμπειν, τὴν δὲ ἀληθῆ καὶ προσίεσθαι κατὰ τὸν ἱερὸν καὶ θεῖον Μάξιμον, καὶ τοὺς λοιποὺς ἁγίους, καὶ τοὺς ἑξακοσίους καὶ τριάκοντα Πατέρας τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου, καὶ τὴν ἡμετέραν ἐπισυνάπτειν ὁμολογίαν, τὴν ἀληθῆ πίστιν, εἴπερ μάλιστα ταῖς τῶν ἁγίων ἑξακολουθοῦμεν γνώμαις καὶ ἀποφάσεσι, καὶ πάντα τὰ κοινῇ δεδογμένα φυλάττειν. Οὐ γὰρ ἔξεστιν ἑκάστῳ καινουργεῖν, μᾶλλον δὲ καινοτομεῖν. Εἰ δὲ ἐκ τῶν Πατέρων τῶν ἱερῶν καὶ διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας εἰσὶ τὰ προστιθέμενα, καὶ τῇ κοινῇ κρίσει ὁρίζονται, οὐδὲν τὸ κωλύον. Καὶ τοῦτο Βασίλειος ὁ θεῖος πρὸ τῆς δευτέρας συνόδου ὡρίσατο, ὅτι « Πίστιν ἡμεῖς παρ' ἄλλου γραφομένην ἡμῖν νεωτέραν οὐ παραδεχόμεθα. » Καὶ Ἀθανάσιος δὲ ὁ πολύτλας περὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου διασαφεῖ, ὡς θεσπίζει αὐτη « ὀρκεῖσθαι τῇ ἐν Νικαίᾳ μόνῃ. » Ἀλλὰ καὶ ἡ ἁγία δευτέρα σύνοδος θαῤῥούντως προσέθηκε, καὶ καλῶς ὡρίσατο ἡ ἁγία τετάρτη σύνοδος, καὶ μετὰ τὴν τρίτην οὖσα, ὡς χρείας γενομένης τὴν ἡμετέραν ἐπισυνάπτειν ὁμολογίαν ταῖς τῶν Πατέρων ἑρμηνείαις.

ti subjicere, veram amplectentes, uti sanctus divinusque Maximus, et reliqui sancti, et sexcenti et triginta Patres sanctæ et œcumenicæ quartæ synodi præcipiunt, et nostram confessionem adjungere ; veram, inquam, fidem, si sanctorum monita decretaque sequi potissimum volumus, et omnia communiter constituta conservare. Neque enim singulis licet, res novas designare et decernere. Quod si ex sanctis Patribus et Ecclesiæ doctoribus sunt quæ apponuntur, et communi judicio proposita comprobantur, nihil est quod ea prohibeat. Et hoc divinus Basilius ante secundam synodum statuit : « Fidem nos neque reverentiorem ab aliis conscriptam acceptamus. » Et multa perpessus Athanasius de Sardicensi synodo tradit, illam decernere, « Fidei Nicænæ acquiescere. » Imo secunda synodus confidenter superaddidit, receptaque statuit quarta synodus, tertiam subsecuta, si necessitas urgeat, nostram confessionem Patrum interpretationibus adjungendam esse.

ιη'. Ἀλλ' οὐδ' ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγομεν ἁπλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, καὶ ἀπολελυμένως, ἵνα μὴ τῇ δόξῃ τοῦ Εὐνομίου περιπέσωμεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐξ Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. Ἦν γὰρ ἂν ἀρχικὸν αἴτιον ὁ Υἱὸς, καὶ οὐχ ὁ Πατὴρ, ὥσπερ ὁ θεήλατος Εὐνόμιος ἔφασκε, καθὼς ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς ἐκείνου ἐλέγχοις ἐν δευτέρῳ λόγῳ τῶν *Ἀντιῤῥήσεών* φησιν· « Ἐκεῖνο δὲ τίνι τῶν ἁπάντων ἄδηλον, ὅτι οὐδεμία τοῦ Υἱοῦ ἐνέργεια ἀποτετμημένη ἐστὶ τοῦ Πατρὸς, οὐδὲ ἔστι τι ἐν τοῖς οὖσι τῷ Υἱῷ ὑπάρχον, ὃ τοῦ Πατρὸς ἠλλοτρίωται ; *Πάντα* γὰρ, φησὶ, *τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά.* Πῶς οὖν τοῦ Πνεύματος τὴν αἰτίαν τῷ Μονογενεῖ προστίθησι μόνῳ, καὶ κατηγόρημα τῆς φύσεως αὐτοῦ τὴν τούτου λαμβάνει δημιουργίαν ; » Διὸ καὶ ὁ θεῖος Δαμασκηνὸς, « Ἐκ τοῦ Υἱοῦ, φησὶ, τὸ Πνεῦμα οὐ λέγομεν. » Δι' Υἱοῦ δὲ ὁμολογεῖ καὶ κηρύττει, καὶ ἐξ Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἀπαρνεῖται, δι' Υἱοῦ δὲ ταύτην οὐκ ἀπαρνεῖται. Εἰ δὲ καί τινες τῶν ἀνατολικῶν ἁγίων ὡσαύτως καὶ οἱ πλείους τῶν ἑσπερίων καὶ, *ἐκ τοῦ Υἱοῦ*, θεολογοῦσιν, οὐ διαφωνία τοῦτο, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον συμφωνία. Ταυτὸ γὰρ βούλεται τὸ *ἐκ τοῦ Υἱοῦ* τῷ *διὰ τοῦ Υἱοῦ*. Πρόδηλον οὖν τοῖς ἐθέλουσι συνετῶς νοεῖν, ὡς ἔνθα ἂν τίθεται ἡ *διὰ* πρόθεσις παρηγουμένην ἔχει τὴν *ἐκ* πρόθεσιν. Ὡσαύτως καὶ ὁ *καὶ* συμπλεκτικὸς σύνδεσμος προϋποκείμενον ἔχει τὴν *ἐκ*. Ὁ γοῦν λέγων, *ἐκ τοῦ Υἱοῦ*, ἀπολελυμένως οὐκ ἄλλως νοεῖ καὶ λέγει. Ὁ δὲ καὶ τὴν *ἐκ* προϋποτιθεὶς καὶ ἐπισυνάπτων δι' αὐτοῦ *καὶ* συνδέσμου, ἤγουν *ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ*, δείκνυσιν, ὅτι πηγὴ καὶ ἀρχὴ καὶ αἰτία ἐστὶν ὁ Πατὴρ τῆς ὅλης θεότητος. Ἔπειτα τὸ λέγειν καὶ φρονεῖν ἐξ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι, καὶ τὴν οἰκείαν ὕπαρξιν ἔχειν, οὐκ ἀληθές. Ἦν γὰρ ἂν καὶ ἐξ Υἱοῦ μόνου μὴ μεσολαβοῦντος τοῦ Πατρὸς πρὸς τὴν τοῦ Πνεύματος πρόοδον. Οὐδὲ γὰρ ὁ Πατὴρ μέσος ἀμφοῖν τοῖν προσώποιν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος. Ταύτῃ

18. Neque nos simpliciter et absolute asserimus, Spiritum ex Filio procedere, ne in Eunomii sententiam abeamus, neque ex Filio exsistentiam habere. Esset enim principalis causa Filius, et non Pater, quemadmodum calamitas Ecclesiæ a Deo immissa Eunomius prætendebat, ut divinus Basilius in illius refutationibus, oratione secunda *Antirrhetica* scribit : « Illud vero cui notum non est nullam esse operationem Filii a Patre divisam, neque esse quidpiam in rebus, quod in Filio sit, et sit alienum a Patre. *Omnia enim*, ait, *mea tua sunt, et tua mea.* Quomodo itaque causam Spiritus soli Unigenito appingit, et naturæ illius accusationem hujus opificium accipit ? » Quare et divinus Damascenus, « Ex Filio, ait, Spiritum non dicimus, » per Filium vero fatetur et prædicat, et ex Filio exsistentiam habere pernegat, non vero per Filium eam habere. Quod si ex Orientalibus sanctis quidam, multoque plures ex Occidentalibus, etiam *ex Filio* tradant, non est discors hæc sententia, sed potius concors. Hoc namque sibi vult *ex Filio*, quod *per Filium*. Quare iis qui prudenter res examinare voluerint, manifestum erit, ubicunque *per* præpositio apponitur, præeuntem habere *ex* ; similiter *et* copulativæ conjunctioni *ex* præponi. Quare qui absolute inquit, *ex Filio*, non alio modo nec sentit, nec enuntiat. At qui *ex* præponit adnectitque per conjunctionem *et*, nempe *ex Patre et Filio*, ostendit, fontem, et principium, et causam totius divinitatis Patrem esse. Postmodum dicere ac tenere, ex Filio Spiritum sanctum esse et propriam exsistentiam habere, verum prorsus non est. Esset enim ex Filio solo, cum Pater in Spiritus processione medius non sit : neque enim Pater inter duas personas Filium et Spiritum medius est. Propterea que non dicimus ex Filio Spiritum, neque procedere, neque quod sit, accipere, neque effundi, sed per Filium tantum

Digitized by Google

ex Patre. Quod idem erit ac dicere, ex Patre simul ac Filio, ut sacer divinusque Damascenus in decimo tertio capite scribit : « Et per Verbum productor omnia manifestantis Spiritus. » Inclytus item divinusque Maximus in interpretatione, quo sensu accipiendum sit dictum Zachariæ : *Et super ipsam parva lampas, et lucernæ* [1], tradit : « Spiritus sanctus quemadmodum natura secundum essentiam est Dei et Patris, ita et Filii secundum essentiam est, tanquam qui ex Patre essentialiter per Filium genitum, modo, qui exprimi verbis non potest, procedens. » Et multa perpessus Athanasius ad Serapionem Epistola, cujus principium : « Admiraberis fortasse : »—« Non enim extra Verbum Spiritus est, sed in Verbo cum sit, in Deo per ipsum est. » Et paucis interjectis : « Spiritu exsistente in Verbo, clarum est, et in Deo esse per Verbum Spiritum. »

19. Neque enim proprietas Patris est producere, ut et solus producat. Patris siquidem proprietas generare est ; siquidem tres tantum proprietates credimus, ut sancti et inter eos divinorum arcanorum interpres Basilius, epistola ad fratrem, De essentia et hypostasi tradit : « Pater vero qui super omnia est, peculiarem hypostasis suæ notionem solus habet, quod Pater est, et quod ex nulla omnino causa subsistit ; atque isto iterum indicio et ipse proprie ac separatim agnoscitur. » Theologus Gregorius id idem multis suis orationibus asseverat, tum in funebri laudatione magni Basilii : « Tria quidem proprietatibus, essentia unum colentes ; » tum in sacra Lumina : « Dei vero cum dixero, uno lumine circumlustrati estis et tribus, tribus quidem secundum proprietates, hypostases scilicet ; » tum in sanctum Athanasium : « Namque una essentia, et tribus hypostasibus a nobis pie intellectis, hoc enim essentiam deitatis, illud tres notat proprietates. » Tum de dogmate et episcoporum compositione : « Adoramus itaque Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, proprietates quidem separantes, divinitatem unientes. » Demonstratum est itaque apertissime, tres nos credere proprietates. Aut enim producere, aut generare proprietas est ; sed producere nullo modo proprietas est, generare igitur tantummodo Patris proprietas est. Hinc probe ab Ecclesiæ doctoribus Filium a solo Patre generari edocemur, Spiritum vero non ex solo, sed ex Patre per Filium. Propterea que credimus Patrem generare et producere, et generantem producere secundum diversum modum, non secundum aliam ipsius proprietatem : ideoque per Filium dicitur producere, et per Filium educere, ut Damascenus eodem capite tradit : « Revelans secreti Deitatis virtus Patris ex Patre est per Filium procedens. »

A τοι οὐκ ἐξ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμά φαμεν, οὔτ' ἐκπορεύεσθαι, καὶ τὸ εἶναι λαμβάνειν, οὔτε μὴν προχεῖσθαι, δι' Υἱοῦ δὲ μόνον ἐκ Πατρός. Ταυτὸν δὲ εἰπεῖν ἐκ Πατρός τε ἅμα καὶ Υἱοῦ, ὡς καὶ ὁ ἱερὸς καὶ θεῖος Δαμασκηνὸς ἐν τρισκαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ φησί· « Καὶ διὰ Λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος. » Καὶ ὁ κλεινὸς καὶ θεῖος Μάξιμος ἐν οἷς ἑρμηνεύει, τί δῆτα βούλεται τῷ προφήτῃ Ζαχαρίᾳ, *Καὶ ἐπ' αὐτῇ λαμπάδιον καὶ οἱ λύχνοι*, φησὶ, « Τὸ ἅγιον Πνεῦμα ὥσπερ φύσει κατ' οὐσίαν ὑπάρχον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὕτω καὶ τοῦ Υἱοῦ κατ' οὐσίαν ἐστὶν, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐσιωδῶς δι' Υἱοῦ γεννηθέντος ἀφράστως ἐκπορευόμενον. » Καὶ ὁ πολύτλας δὲ Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα, ἧς ἡ ἀρχὴ, « Ἴσως θαυμάσεις· »—« Οὐ γὰρ ἐκτός ἐστι τοῦ Λόγου B τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ἐν τῷ Λόγῳ ὄν, ἐν τῷ Θεῷ δι' αὐτοῦ ἐστι. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Τοῦ δὲ Πνεύματος ὄντος ἐν τῷ Λόγῳ, δῆλον ἂν εἴη, ὡς καὶ ἐν τῷ Θεῷ ἦν διὰ τοῦ Λόγου τὸ Πνεῦμα. »

ιθ'. Οὐ γὰρ ἰδιότης τοῦ Πατρὸς τὸ προβάλλειν, ἵνα καὶ μόνος προβάλλῃ. Ἡ γὰρ ἰδιότης τοῦ Πατρὸς τὸ γεννᾷν ἐστιν, εἴπερ τρεῖς ἰδιότητας πιστεύομεν καὶ μόνον κατὰ τοὺς ἁγίους, καὶ κατὰ τὸν θεοφάντορα Βασίλειον· ἐν τῇ πρὸς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν, Περὶ οὐσίας καὶ ὑποστάσεως φησίν· « Ὁ δὲ ἐπὶ πάντων ἐξαίρετον γνώρισμα τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως τὸ Πατὴρ εἶναι, καὶ ἐκ μηδεμιᾶς αἰτίας ὑποστῆναι μόνον ἔχει· καὶ διὰ τούτου τοῦ σημείου καὶ αὐτὸς ἰδιαζόντως ἐπιγινώσκεται· » καὶ τὸν ἐν Θεολογίᾳ Γρηγόριον ἐν πολλοῖς τῶν αὐτοῦ λόγων C τοῦτο θεολογοῦντα· λέγων ἐν μὲν τῷ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐπιταφίῳ· « Τρία μὲν ταῖς ἰδιότησιν, ἓν δὲ τῇ οὐσίᾳ σέβοντες· » ἐν δὲ εἰς τὰ Φῶτα· « Θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, ἑνὶ φωτὶ περιηστράφθητε καὶ τρισί· τρισὶ μὲν κατὰ τὰς ἰδιότητας, ἤγουν ὑποστάσεις· » καὶ ἐν τῷ εἰς τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον· « Τῆς γὰρ μιᾶς οὐσίας, καὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων νοουμένων μὲν ὑφ' ἡμῶν εὐσεβῶς· τὸ μὲν γὰρ τὴν οὐσίαν δηλοῖ τῆς θεότητος, τὸ δὲ τὰς τρεῖς ἰδιότητας. » Καὶ ἐν τῷ περὶ δόγματος καὶ καταστάσεως ἐπισκόπων· « Προσκυνοῦμεν οὖν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὰς μὲν ἰδιότητας χωρίζοντες, ἑνοῦντες δὲ τὴν θεότητα. » Δέδεικται οὖν περιφανῶς, ὡς τρεῖς ἰδιότητας πιστεύομεν. Ἡ γοῦν τὸ προβάλλειν ἐστὶν D ἰδιότης, ἢ τὸ γεννᾷν. Ἀλλὰ μὴν τὸ προβάλλειν οὐκ ἔστιν ἰδιότης, τὸ γεννᾷν ἄρα καὶ μόνον ἐστὶ τοῦ Πατρὸς ἰδιότης. Καλῶς καὶ παρὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας θεολόγων ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν γεννᾶσθαι θεολογοῦσι, τὸ δὲ Πνεῦμα οὐκ ἐκ μόνου, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ πιστεύομεν ὡς ὁ Πατὴρ γεννᾷ καὶ προβάλλει, καὶ γεννῶν προβάλλει κατὰ διάφορον τρόπον, οὐ κατ' ἄλλην ἰδιότητα αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ λέγεται προβάλλειν, καὶ δι' Υἱοῦ ἐκπορεύειν, ὡς καὶ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῷ αὐτῷ κεφαλαίῳ φησίν· « Ἡ ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος δύναμις τοῦ Πατρὸς ἐκ Πατρός ἐστι δι' Υἱοῦ ἐκπορευομένη. »

[1] Zachar. IV, 2.

Digitized by Google

κ'. Φανερὸν οὖν ἐστιν ἅπασι Χριστιανοῖς τοῖς λόγου μετέχουσι, ὡς προεπινοεῖται ἡ τοῦ Υἱοῦ γέννησις τῆς προόδου τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὐ τῇ ἀϊδιότητι. τῇ γὰρ ἀϊδιότητι ἅμα εἰσὶν ὁ Πατήρ καὶ ὁ Υἱός, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἀλλ' ὥσπερ προεπινοεῖται ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καθὼς τοῦτο πολλοὶ τῶν ἁγίων καὶ ὁ Νυσσαέων ἱερὸς Γρηγόριος ἐπιβεβαιοῖ λέγων· « Ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱός, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων, οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν, οὕτω πάλιν καὶ τοῦ Μονογενοῦς ἔχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπιγνοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως. Αἱ δὲ χρονικαὶ παρατάσεις ἐπὶ τῆς προαιωνίου ζωῆς χώραν οὐκ ἔχουσιν, ὥστε τοῦ λόγου τῆς αἰτίας ὑπεξῃρημένου, ἐν μηδενὶ τὴν ἁγίαν Τριάδα πρὸς ἑαυτὴν ἀσυμφώνως ἔχειν. » Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ πρὸς τὰς Κανονικὰς τρανότερον τοῦτο παρίστησι. Φησὶ γάρ· « Εἰ ἀνωτέρω τοῦ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα, οὐκ ἐκ τοῦ Θεοῦ· εἰ δὲ ἐκ τοῦ Θεοῦ, πῶς πρεσβύτερόν ἐστι τοῦ ἐξ οὗ ἐστιν; Ἀλλ' οὐδὲ τοῦ Μονογενοῦς πρότερον· οὐδὲ γὰρ μέσον Υἱοῦ καὶ Πατρός. » Καὶ ἐν τῇ πρὸς Νεστόριον Κύριλλος ὁ μέγας τὸ « ἐξ αὐτοῦ καὶ ἴδιον αὐτοῦ » φησι· καὶ ἡ ἁγία δὲ πρώτη σύνοδος διὰ Λεοντίου· « Εὕρηται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορευόμενον μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἴδιον δὲ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀναβλύζον. » Καθὼς οὖν λέγεται ἴδιον τοῦ Πατρὸς, οὕτω λέγεται καὶ ἴδιον τοῦ Υἱοῦ· καὶ ὥσπερ λέγεται ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, οὕτω λέγεται καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ. Καὶ ὁ μὲν θεῖος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς ἐν κεφαλαίῳ ὀγδόῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, « Πιστεύομεν τοιγαροῦν· » « Καὶ μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορευτὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, οὐ γεννώμενον, ἀλλ' ἐκπορευόμενον. » Τοῦτο καὶ ὁ πάμμεγας Ἀθανάσιος λέγει· « Ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. » Ἀλλὰ καὶ ὁ θεσπέσιος Κύριλλος ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ ἐν κεφαλαίῳ τριακοστῷ τετάρτῳ τῶν *Θησαυρῶν* λέγει· « Οὐκ ἐν ἰδίᾳ τινὶ θελήσει, οὐδὲ μὴν ἀλλοτρίᾳ βουλήσει, ἐν ᾧ καὶ ἐξ οὗ ἐστὶν ὁμολογοῦντες, ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ πρωτόν. » Ἔτι οὖν, « Ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ποιότης τις, ἵν' οὕτως εἴπωμεν, ὑπάρχον τοῦ κυριεύοντος ἁπάντων Θεοῦ. Εἰ δὲ τοῦτο, Θεὸς ἄρα, καὶ οὐ γεννητὸν, ἢ κτιστὸν, ὥσπερ τοῖς κακοδόξοις ἐδόκει. » Καὶ πάλιν, « Ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Σωτὴρ ποὺ φησι περὶ ἑαυτοῦ· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια.* Ὁ δέ γε μακάριος Ἰωάννης ἔκ τε τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα δεικνύων, ἐν μὲν τοῖς Εὐαγγελίοις φησὶ· *Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας.* » Ἐκ τῆς οὐσίας οὖν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ παρὰ τῶν διδασκάλων ὁμολογεῖται· καὶ οὐ λέγομεν διακεκριμένην τὴν θείαν οὐσίαν ἐκ τῶν θείων προσώπων. ἀλλὰ πᾶν ὑεῖον πρόσωπον ὅλην τὴν οὐσίαν ἐν ἑαυτῷ ἔχειν. Ὅταν οὖν λέγωμεν οὐσίαν μετὰ τοῦ ἀναφορικοῦ ὀνόματος, τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος λέγομεν, ὡς τῷ ἱερῷ Δαμασκηνῷ δοκεῖ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἁγίοις, καὶ τῷ θείῳ Μαξίμῳ. Μετὰ Ἀνομοίου γὰρ οὗτος διαλεγόμενός φησι, τοῦ Ἀνομοίου λέγοντος,

A 20. Planum itaque est Christianis omnibus » quibus usus rationis inest, præintelligi Filii generationem processioni Spiritus sancti, non æternitate, cum æternitate una simul sit Pater, et Filius, et Spiritus sanctus; sed quemadmodum præintelligitur Pater Filio, ita et Filius Spiritui sancto, veluti sancti plerique Patres, et inter eos præcipuus sanctus Gregorius Nyssaensium episcopus constabilit dicens: « Quemadmodum enim conjungitur Patri Filius, et ex eo habens, quod sit, secundum exsistentiam, tamen non est posterior, ita rursus et Unigenito adhæret Spiritus sanctus intellectu tantum secundum causæ rationem præintellecto Spiritus hypostasi. Temporis autem extensiones et intervalla in vita, quæ ante sæcula est, B locum non habent, adeo ut ratione causæ ablata in nullo sancta Trias inter sese discordet. » Et Basilius Magnus ad Canonicas epistola hoc idem expressius asserit: « Si Deo subsistit superior Spiritus, nequaquam potest ex Deo esse. Quod si ex Deo est, antiquior esse Deo, qui potest esse, ex quo est? Imo nec prior quidem Unigenito, cum inter Filium sit et Patrem nullum medium. » Et magnus Cyrillus, epistola ad Nestorium: « Quod ex eo est, et proprium ipsius, » appellat. Et sancta prima synodus per Leontium: « Invenitur Spiritus sanctus procedere quidem ex Patre, proprius vero esse Filii, et ex eo emanans. » Ea igitur ratione, qua dicitur proprius Patris, est et proprius Filii. Jo- C nes Damascenus, capite octavo, cujus principium, « Credimus ergo, » « Et solum Spiritum sanctum procedentem ex essentia Patris non genitum, sed procedentem. » Hoc quoque maximus Athanasius insinuat: « Ex essentia Patris Spiritus sanctus. » Nec non et divinus Cyrillus: « Ex essentia Filii. » Capite tricesimo quarto *Thesaurorum* inquit: « Non in propria voluntate, aut alieno a voluntate ejus consilio, in quo, et ex quo est, confitentes, sed veluti ex essentia ejus emanans. » Item, « Ex essentia Filii Spiritus, et quasi qualitas quædam, ut ita dicamus, est, dominantis omnium Dei. Id si est, Deus igitur est, et non generatus, nec factus, quemadmodum improbe opinantibus videbatur. » Et rursus: « In Evangeliis Salvator de se ipso D dicit: *Ego sum Veritas.* Et beatus Joannes ostendens Spiritum ex essentia Patris et Filii esse in Evangelils *Spiritum veritatis* appellat. » Ex essentia itaque Patris et Filii a doctoribus asseritur; neque nos divinam essentiam a divinis personis disjungi, sed divinam quamque personam universam essentiam in semetipsa continere dicimus. Cum itaque dicimus essentiam cum nomine relativo, commune cum proprio dicimus, ut sancto placet Damasceno et sanctis aliis, tum præterea sancto Maximo. Hic enim cum Anomœo edisserens, cum ille dixisset, « Aliud essentia, et aliud hypostasis; » « Aliud, dixit sanctus, et aliud, non uti res. » Sed Pater Spiritum producit, non ab alio accipiens; ipse enim est sola causa et prin-

Digitized by Google

cipium. Neque enim causa alia prætelligitur, neque principium ; at Filius non a seipso Spiritum habet, sed a Patre, sicuti divus Cyrillus in interpretationem illius: *Et ipse rogabo Patrem, et alium Paracletum*, ait : « Dei enim et Patris naturalium bonorum Filius particeps cum sit, habet Spiritum secundum illum eumdem modum, secundum quem intelligitur Pater habere. » Tum modum exprimens exemplo ab homine desumpto quam aptissimo rei, de qua sermo est, atque indicio subdit: « Sed quemadmodum unusquisque nostrum spiritum proprium in semetipso continet, et ex intimis præcordiis ad exteriora emittit. Propter id enim et corporee illum Christus insufflavit, ostendens, quemadmodum ex ore hominis egreditur spiritus corporee, pari modo ex divina essentia, ut Deum decet, effunditur, qui ex ipsa est. » Jam enim satis patenter et modum tradidit, quo Spiritum Filius habet : non alio scilicet, quam quo illum Pater habet. Sed hic quidem non a seipso, sed a Patre, Pater autem non ab alio, sed a seipso. His conformia sanctus quoque Augustinus dicit secundo de Trinitate libro, capite octavo (est libri IV cap. 20) : « Nec possumus dicere, quod Spiritus sanctus et a Filio non procedat. Neque enim frustra idem Spiritus et Patris et Filii Spiritus dicitur. Nec video, quod aliud significare voluerit, cum sufflans in faciem discipulorum ait : *Accipite Spiritum sanctum*. Neque enim efflatus ille corporeus cum sensu corporaliter tangendi procedens ex corpore substantia Spiritus sancti fuit ; sed demonstratio per congruam significationem, non tantum a Patre, sed et a Filio procedere Spiritum sanctum. » εἰς τὸ πρόσωπον τῶν μαθητῶν, εἶπε· *Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον*. Οὐδὲ γὰρ τὸ σωματικὸν ἐκεῖνο ἐμφύσημα συναισθήσει τοῦ σωματικῶς θιγγάνειν προῖὸν ἐκ τοῦ στόματος ἡ οὐσία τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἦν, ἀλλ' ἔνδειξις διὰ καταλλήλου δηλώσεως, μὴ μόνον ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. »

A « Ἄλλο οὐσία καὶ ἄλλο ὑπόστασις. » « Ἄλλο, ἔφησεν ὁ ἅγιος, εἶπον καὶ ἄλλο, οὐχ ὡς πρᾶγμα. » Ἀλλ' ὁ μὲν Πατὴρ ἔχει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προβάλλων, οὐ παρ' ἄλλου λαβών· αὐτὸς γάρ ἐστι καὶ μόνος αἴτιος, καὶ μόνη ἀρχή· οὐ γὰρ ἔχει προεπινοούμενον αἴτιον, οὐδὲ προεπινοουμένην ἀρχήν· ὁ δὲ Υἱὸς οὐ παρ' ἑαυτοῦ τὸ Πνεῦμα ἔχει, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς, καθὼς καὶ ὁ θεσπέσιος Κύριλλος ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῇ εἰς τὸ, *Κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον*, φησί· « Τῶν γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς φυσικῶν ἀγαθῶν οὐσιωδῶς ὑπάρχων ὁ Υἱὸς κοινωνὸς, ἔχει τὸ Πνεῦμα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον καθ' ὃνπερ ἂν νοοῖτο καὶ ὁ Πατήρ. » Εἶτα καὶ τὸν τρόπον ἐκφαίνων διά τε παραδείγματος ἀνθρωπίνου καὶ σημείου οἰκειοτάτου τῷ πράγματι, φησίν·

B « Ἀλλ' ὥσπερ ἡμῶν ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ πνεῦμα συνέχει, καὶ ἐκ τῶν ἐνδοτάτων σπλάγχνων εἰς τὸ ἔξω προχέει. Διὰ γάρ τοι τοῦτο καὶ σωματικῶς αὐτὸ ἐνεφύσησεν ὁ Χριστὸς, δεικνὺς, ὅτι καθάπερ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ἀνθρωπείου πρόεισι τὸ πνεῦμα σωματικῶς, οὕτω καὶ ἐκ τῆς θείας οὐσίας θεοπρεπῶς προχεῖται τὸ ἐξ αὐτῆς. » Ἤδη γὰρ σαφῶς καὶ τὸν τρόπον ἀπέδωκε, καθ' ὃν τὸ Πνεῦμα ἔχει ὁ Υἱὸς, οὐκ ἄλλον δηλονότι ἢ καθ' ὃν ἔχει τοῦτο ὁ Πατήρ. Ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρός· ὁ δὲ Πατὴρ οὐ παρ' ἄλλου, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ. Συνῳδὰ τούτῳ καὶ ὁ θεῖος Αὐγουστῖνος φθέγγεται ἐν τῷ περὶ Τριάδος βιβλίῳ δευτέρῳ ἐν κεφαλαίῳ ὀγδόῳ, φάσκων· « Οὐ μέντοι δυνάμεθα

C λέγειν, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται. Οὐδὲ γὰρ μάτην αὐτὸ τὸ Πνεῦμα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λέγεται. Οὔτε μὴν συνορῶμεν τί ποτε ἕτερον σημᾶναι ἠβούλετο, ἡνίκα ἐμφυσήσας

21. Et sic nos, orationem facile ac prompte digerentes, ad finem pervenimus, debitum persolventes, ut antea præfati sumus, a nobis hisce propositis demonstrantes, nostrorum sermonum Patres auctores habere : et hac ratione nos in nostro paterno dogmate perseverare, sicuti ea, quæ diximus, palam faciunt : et nihil novi in sanctam Christi Ecclesiam præ his quæ a sanctis nostris Patribus, nec non doctoribus et theologis constituta sunt introduxisse. Quod si ea majestati tuæ satis non sunt, sed ea pluribus quoque demonstrationibus confirmari desideras, dummodo, quod scandalum injicit, innotescat, similibus sanctorum testimoniis explicabimus. Non enim possumus omnia, quæ afferuntur in hoc argumento, unico tantum colloquio expedire propter satietatem, quæ auribus adversatur, licet quam maxime digna sit admiratione, gratiisque abundet. Conservet Dominus majestatem tuam ad multos annos cum sanitate integra et incorrupta, acceptis Numini precibus sanctorum, qui ista tradiderunt ad ingentem nostram lætitiam et voluptatem.

καί'. Ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἐν προχείρῳ τὸν λόγον βουλόμενοι ποιῆσαι, ἤδη καὶ πεποιήκαμεν ἀφοσιοῦντες τὸ χρέος, ὡς καὶ φθάσαντες ἐφημεν, δεικνύντες διὰ τῶν εἰρημένων, ὡς τοὺς Πατέρας ἡγεμόνας τῶν ἡμετέρων λόγων ἔχομεν, καὶ οὕτως ἐν τῷ ἡμετέρῳ τῷ πατρίῳ ἐμμένομεν δόγματι, ὡς διασαφοῦσι μάλα τρανῶς τὰ εἰρημένα. Καὶ οὐδὲν καινὸν εἰσήξαμεν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ ἁγίαν Ἐκκλησίαν παρὰ τὰ δεδογμένα τοῖς ἁγίοις ἡμῶν Πατράσι καὶ διδασκάλοις καὶ θεολόγοις. Εἰ δὲ οὐκ ἀρκεῖται ἡ σὴ βασιλεία ἐν τούτοις, ἀλλὰ καὶ πλείοσιν ἀποδείξεσι βούλει, εἰ μόνον γνῶμεν τὸ σκανδαλίζον, δι' ὁμοίων μαρτυριῶν ἁγίων καὶ ταῦτα διασαφήσομεν. Οὐδὲ γὰρ δυνάμεθα πάνθ' ὅσα λέγουσιν ἐν ταύτῃ τῇ ὑποθέσει εἰπεῖν ἐν μιᾷ ὁμιλίᾳ διὰ τὸν κόρον, ὃς πολέμιος ὑπάρχει ταῖς ἀκοαῖς, κἂν πάνυ ἀξιοθαύμαστος καὶ χάριτος γέμων. Διαφυλάξοι δὲ τὴν σὴν βασιλείαν ὁ Κύριος ἐν πολυετεῖ ζωῇ σὺν ὑγείᾳ σταθερᾷ εὐπροσδέκτοις εὐχαῖς τῶν ταῦτα θεολογησάντων ἁγίων εἰς πολλὴν εὐφροσύνην ἡμῶν.

Digitized by Google

GEORGIUS SCHOLARIUS

SEU, MUTATO NOMINE,

GENNADIUS

CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA

DE GENNADII VITA ET SCRIPTIS

EUSEBII RENAUDOTII

DISSERTATIO

(Parisiis, ap. Gabrielem Martin, via Jacobæa ad insigne Stellæ, 1709 4°

Gennadii homiliam de corporis sanguinisque Christi sacramento celebrem apud Græcos, rarissimam tamen, nec apud nos Græce aut Latine visam, exhibemus, Christiane Lector, ex codice monasterii Brundusini, chartaceo optimæ notæ, qui ante annos saltem centum quinquaginta scriptus est, perita manu. Gennadius is est, qui circa annum 1453, quo capta est Constantinopolis, jubente Muhamede Turcarum imperatore, a Græcis more majorum electus est patriarcha. In eodem codice leguntur Oratio funebris despœnæ matris Constantini imperatoris; alia in funere Sophiani dicta; Homiliæ in decollationem Joannis Baptistæ, in Transitum B. Mariæ Virginis, in Nativitatem Domini, de Publicano et Pharisæo; Opus de tempore et modo exsistentiæ animorum rationalium, et alia Opuscula, quæ in variis præsertim bibliothecæ Regiæ codicibus Gennadii nomen præ se ferunt, certissimisque argumentis eidem auctori vindicantur. Sed cum in aliis opusculis auctoritas sola codicum mss. et aliquot rationes non contemnendæ titulos confirment, *Expositio religionis Christianæ* coram Turcarum imperatore facta, maximum omnino pondus habet. Eum enim qui primus post cladem Constantinopolitanam patriarcha renuntiatus est, auctorem hujus nostræ Orationis sive Homiliæ tam perspicue designat, ut dubitare ne ipsi quidem possint qui duos Gennadios excogitaverunt. Non eos accusamus, qui opuscula quædam Gennadii ediderunt superiori sæculo, vel in *Bibliothecam Patrum* transtulerunt; piis enim viris nec indoctis, sed in critica recentiori peregrinis, licebat Gennadium, sive Georgium Scholarium non agnoscere, cum vix ullos Græcos codices tractavissent. Sed excusari plane non possunt Græci duo, Matthæus Caryophyllus archiepiscopus Iconiensis, et Leo Allatius Corcyræus, qui hanc primi luserunt fabulam, et in quorum sententiam iverunt theologi, præter unum Richardum Simonem virum doctissimum, qui eam primus explosit in Defensione vernacula adversus Thomam Smith, theologum Oxoniensem. Agebatur de fide Ecclesiarum Græcarum circa Eucharistiæ sacramentum, de qua ab annis ferme viginti acerrime inter Catholicos et Protestantes disputabatur, occasione opusculi *De perpetuo utriusque Ecclesiæ consensu circa Eucharistiæ fidem*, quod multa deinceps volumina in utramque partem scripta peperit.

Digitized by Google

Agebat Protestantium causam vir disertus, et multis naturæ præsidiis ad suaviter politeque scribendum paratissimus, sed doctrinæ mediocris, et in antiquitate ecclesiastica, maxime vero in Græciæ barbaræ litteris peregrinus supra quam credi potest. Accedebat negantis, quæ luce magis perspicua forent, sancteque de rebus aut falsissimis aut inanissimis affirmantis audax quidem, sed modesta et placida impudentia, quæ hominem populari magis inter suos commendavit, quam doctrina, eloquentia, sincerus animus meliores ex eadem secta theologos. Cum vero ille spisso volumine totum Albertinum explicuisset, et nova de præsenti Ecclesiarum Orientalium præsertim Græcarum fide quæstio institueretur vix a Protestantibus delibata, negavit Græcos credere veram in Eucharistia corporis Christi præsentiam : si qui fortassis ita existimarent, Græcos a Latinis corruptos esse asseruit ; atque ita causam vicisse sibi visus est. Provocavit ad patriarcharum testimonia ; postulavit ut acta publica exhiberentur, ut fidei confessiones, ut synodorum sententiæ, existimans scilicet fieri non posse ut hæc ex Græcia haberentur. Venerunt tamen vix elapso biennio instrumenta a Græcorum, et a Syrorum Melchitarum, Jacobitarum et Nestorianorum Ecclesiis, et post annos duos et deinceps tam multa alia a cl. viro Carolo Francisco Olerio Nointelio regis ad Othomanicam aulam legato, ut jam desiderari nihil posset vel ad veritatem stabiliendam, vel ad hominem perpetuo silentio damnandum. Sed qui verecundiæ fines semel transilierat, eum naviter oportebat esse impudentem. Ita qui in privatis judiciis tam certa actorum fide calumniæ convictus infamiam tulisset, cavillando obtinuit apud suos ut sibi de Orientalium doctrina contra actorum fidem crederetur. Neque acta solum et sententiæ synodales, sed et libri etiam integri ex Græcia missi sunt, quibus acta confirmarentur ; et sane multos ad saniorem mentem revocatos, et ad catholicam Matrem reversos, eorum auctoritate non sine lætitia experti sumus. Ejusmodi fuerunt *Confessio orthodoxa Ecclesiæ Orientalis*, ipsis Batavorum typis edita in gratiam Panagiottis, primarii interpretis apud Turcarum imperatorem ; *Synodus Bethlehemitica*, et *Meletii Syrigi Opus adversus Cyrilli Lucaris falsam fidei expositionem*, quam tantopere exosculantur multi Protestantes, reclamantibus apud eos doctissimis.

Inter alia quæ adversus inauditam Lucaris theologiam testimonia produxerat Syrigus, occurrebat sententia Gennadii, *qui*, inquit ille, *florebat circa annum* 1453, *primus post captam urbem renuntiatus patriarcha*. Illo sane testimonio vix quidquam in litterarum monumentis expressius occurrit. Nec enim solæ sententiæ Gennadii Catholicorum sententiis, sed verba etiam verbis conveniunt, dum transmutationem elementorum in corpus et sanguinem Christi per μετουσιώσεως, sive *transubstantiationis*, vocem exprimit, quæ in metaphoricam significationem trahi per calumniosas interpretationes non potest. Si quid fortassis ex bibliothecis in lucem editur, quod doctrinæ catholicæ videatur contrarium, duo a theologis præstari solent : scrutantur nempe codices, ut primum de illius qui in testimonium adducitur, auctoritate constet, tum doctrina explicatur, neque si a vulgari in qua vivimus opinione recedere videatur, statim censetur explodenda. Qui aliter fecere, ut olim avorum memoria Petrus Molinæus, qui quæcunque Patrum scripta, si suæ sectæ placitis adversarentur, ut spuria rejiciebat, ii doctissimorum inter suos virorum censuram experti sunt. At novus ille theologus neque bibliothecarum forulos scrutatus est, neque criticen ullam adhibuit, sed totam Græciam veterem, novam, et quæcunque tandem futura erit, uno sibi visus est argumento prostravisse. Aiebat scilicet se probasse quantum satis erat, Græcis præsentiam realem, multo minus transubstantiationem venisse nusquam in mentem, omnes ab initio schismatum eam fidem habuisse, quæ Cyrilli Lucaris Confessione continerctur : qui ergo aliter sentirent, eos Λατινόφρονας esse, non Græcos legitimos, sed avitæ fidei, sacrorumque patriorum proditores, quorum nulla esset in ejusmodi controversiis auctoritas. Hoc fundamento subnixa stetit per annos multos tota Claudianarum argutiarum machina. Mitto alia ejusmodi, quorum vel ipsos Protestantes pudeat, ut multos sane audivi viros bonos qui Claudium valere juberent, quod communem causam in tales angustias deduxisset, unde pedem referre non licebat. Neque enim, inquiebant, nostra refert quid Græci aut reliqui Orientales credant, quid vituperent in nostra doctrina, quæ non humanis peregrinarum Ecclesiarum testimoniis, sed solo Dei verbo nititur.

Productus erat ex Meletio Syrigo Gennadius ; et cum excerpta ex eodem Richardus Simon publicasset, Thomas Smith theologus Oxonieusis opuscula duo edidit de Græcarum Ecclesiarum statu, et Miscellanea quædam, in quibus de Græcorum fide, de Cyrilli Lucaris Confessione et ejus historia veteres nænias certissimis argumentis confutatas iterum proposuit, atque inter alia divinationem adversus Gennadium, vel potius adversus Meletium Syrigum, quem supposititæ Gennadio Homiliæ de Eucharistia reum peragit, nullis indiciis, sed tantum conjecturis, quæ opinor æquis lectoribus inanissimæ videbuntur. Docet quoque Gabrieli Philadelphiæ metropolitæ debere Græcos recentiores vocem μετουσιώσεως, qua ab annis octoginta uti solent, ex quo infusa apud eos latinitas fuit, quod falsissimum esse Epistola Meletii Pigæ, patriarchæ Alexandrini, quam edimus, fiet manifestum. Virum sua, ut existimamus, religio fefellit, cujus laborans præjudiciis, Constantinopoli indiligentem omnino operam navavit in eo quod susceperat negotio explicando, aut fateatur necesse est

Digitized by Google

nihil inde retulisse quod ad causæ deploratæ suæ patrocinium pertineret. Varios enim rumores de Lucari, quos Ecclesiæ Constantinopolitanæ tabularia refellunt, collectaque ex Allatio et Caryophyllo, si ex miscellaneo illo opere dempseris, quicunque Græciæ recentioris litteras vel primoribus labris degustavit, nihil novum, nihil trans mare natum agnoscet. Nemo catholicus, etsi Allatii, Arcudii, Caryophylli, et aliorum bene de Ecclesia meritorum memoriam cum charitate complectatur, in eorum verba jurandum sibi arbitratur, aut nihil in eorum scriptis desiderat. Imo qui se in Græcas litteras abdiderunt, codicesque ipsos serio tractaverunt, desiderant illorum diligentiam et prudentiam, nec raro candorem et bonam fidem. Testes tot catholicorum libri editi ab annis triginta, in quibus Arcudius vapulat tanquam perpetuus Ecclesiæ Græcæ calumniator; Allatio non parcitur; Caryophyllus et alii Hellenomastiges sæpe refellunter. Qui igitur Syrigum tanquam ὑποβολιμαῖον scriptorem, Gennadium ut Λατινόφρονα traducere in animum induxerat suum, debebat is procul dubio non Allatium, non Arcudium, non Possevinum exscribere, sed codices mss. ad quos provocamus, ea de Gennadio dicturi, quæ nulla deinceps ratione vocari possint in dubium. Sed prius videntur in medium adducenda quæ ab auctoribus catholicis de Gennadio scripta sunt, quibus suam Smithæus disputationem tanquam certissimis fundamentis superstruxit.

Gennadius, qui primus novæ Romæ patriarcha post Imperii Græcorum Orientalis excidium renuntiatus est, ante susceptam dignitatem Georgii Scholarii nomen habuit. Ita testantur auctores Historiæ Constantinopolitanæ apud Crusium in Turco-Græcia : « Elegerunt, inquit, philosophum dominum Georgium, virum sanctum et pium, judicem imperatorii judicii, et electionem ejus juxta consuetudinem acclamationibus comprobantes, constituerunt patriarcham, appellantes eum Gennadium. » Inde, ut scribit Malaxus, Joannes Palæologus, cum in Franciam seu Italiam proficisceretur, ubi habita est octava synodus, secum duxit tanquam sapientissimum. » In Actis Græcis Florentinæ synodi, sess. 25, Georgii Scholarii verba ad imperatorem referuntur, a quo rogatus sententiam de sancienda cum Latinis concordia, respondit se jam editis orationibus exposuisse quæ sibi mens esset, amplecti Romanæ Ecclesiæ doctrinam de capitibus inter utramque Ecclesiam controversis, quæ mox synodali definitione explicata sunt. Earum quoque orationum mentio fit in Apologia Josephi Methonensis ; et magna inter eruditos quæstio est, num de iis quas habemus Græce et Latine in *Bibliotheca Patrum*, et in conciliorum Collectionibus, intelligenda sint Græcorum Actorum verba. Erat tunc Georgius Scholarius inter laicos, judexque primarius aulæ imperatoriæ ; atque adeo nihil mirum, quod in definitione synodica scribendo non adfuerit ; nam soli ecclesiastici subscribebant, et ex laicis præter imperatorem nemo. Reversus Constantinopolim Gennadius anno 1439, post absolutam synodum, in magna apud Joannem imperatorem Constantinumque fratrem et successorem dignitate vixit, usque ad annum 1453, qui imperio Græcorum Constantinopolitano supremus fuit. Quid vero totis his annis tredecim Gennadio factum sit, divinavit Allatius. Neque enim a Græco ullo auctore didicit eum catholicæ fidei, quam Florentiæ cum aliis Græcis professus fuerat, observantissimum, schismaticos voce et scriptis confirmasse, præsertim vero Marcum Ephesium schismatis antesignanum, Latinoque nomini infensissimum. Quia tamen ex variis actis et monumentis, quorum pauca edita sunt, reliqua servantur in bibliothecis, intelligitur eodem tempore quemdam Georgium Scholarium Marco Ephesio summa familiaritate conjunctum, multa adversus Latinos scripsisse, Matthæus Caryophyllus, et eum secutus Leo Allatius, duos Gennadios, duos Georgios Scholarios effinxerunt, illum qui concilio Florentino interfuit, catholicum ; alterum schimaticum esse jusserunt. Hic monachus factus, Gennadii nomen simul cum habitu religionis accepit ; ille ex laico factus patriarcha post captam urbem, Gennadius quoque novo nomine appellatus fuit, qui post annos quinque, depositis insulis patriarchalibus, in monasterium se recepit, atque anno circiter 1460 diem suum obiit. Imo alium quemdam Georgium Scholarium Cortesium exstitisse suspicatur Allatius, quem auctorem existimat diversorum adversus Latinos operum ; atque ita tres Georgios Scholarios et Gennadios recenset, sed, ut infra videbitur, plane infeliciter. Hanc tamen ejus conjecturam secuti sunt omnes ferme theologi, donec R. Simon vir doctissimus docuit certissimis argumentis unicum fuisse Gennadium. Quia tamen hæc quasi in παρέργῳ ab eo scripta sunt, cum brevitas operis non pateretur ut totam ex antiquis monumentis quæstionem explicaret, superest ut quantum licebit paucis eam expediamus.

Gennadius sane qui Georgii Scholarii nomen habuit, patria ut videtur Constantinopolitanus, doctrina, eloquentia et juris peritia magnam ab ineunte ætate famam apud suos consecutus, in aulæ imperatoriæ ministerio fuit, antequam Joannes Palæologus in Italiam proficisceretur. Tunc vero judicis primarii munus sustinebat, Κριτὴς τῆς βασιλικῆς χρίσεως, ut non solum Historia politica et ecclesiastica apud Crusium, sed varii etiam opusculorum tituli testantur. Negotiorum ipse molestiam conqueritur ad Philelphum scribens his verbis : Ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἐν τῷ δικάζειν θορύβων οὐδ' ἀναπνεῖν σχεδὸν, συγχωρούμενος, καὶ ἄχων ἐξαμαρτάνω τι πρὸς τοὺς φίλους. *Sed judiciorum tumultu oppressus, vix respirare ut concedatur, etiam invitus nonnihil erga amicos delinquo.* Quod etiam in aliis quibusdam ad amicos epistolis, et

Digitized by Google

in orationibus apologeticis non obscure designat. Interea cum doctissimis Italis, Francisco Philelpho, Ambrosio Camaldulensi, Marco Lipomano patritio Veneto, litterarum commercium habebat, quarum plures exstant haud inelegantes in codice Regio 2955, paucæ in Colbertino 4958; verum summa librariorum negligentia, sine die et consule, aut loco unde missæ sunt, adeo ut historiæ Gennadii mediocrem omnino lucem afferant. Philelphus ipse (1) Græco quodam carmine testatur se admodum juvenem in ejus adhuc juvenis familiaritatem venisse, Constantinopoli cum esset.

Ὃν μοι ὄντι νέῳ νεαρὸν πάνυ διὰ θεάτων
Ἐν Βύζαντος ἔρῳ ἥψατο Καλλιόπη.

Quem juveni mi olim, juvenem Byzantis in urbe
Calliopes Diæ conciliavit amor.

Ad nostrum enim Gennadium pertinet hoc Philelphi carmen, non, ut censet Allatius, ad nescio quem Georgium Scholarium Gennadium, metropolitam Phasorum. Argumento est quam mox laudavimus epistola, quæ in Regio codice octava est, qua Philelpho scribit, imperatori summopere placuisse scriptas ab eo litteras, cujus perspectam haberet erga se humanitatem. Utebatur familiarissime Georgius Scholarius Luca Notara magno duce, imperatoris Joannis Palæologi genero, ad quem exstant aliquot non inelegantes Epistolæ, et ducis ad Scholarium; imperatoris ejusdem fratre Constantino Palæologo, qui imperavit ultimus Christianorum, ad quem scripta est secunda epistola Regii codicis; Theodoro Despota eorum fratre, quem funebri oratione laudavit, quæ exstat in eodem codice; et aliis præcipue dignitatis viris. Inter ecclesiasticos colebat præ cæteris Marcum Ephesium, ad quem exstat decima quinta, qua significat mittere se defensionem doctrinæ Aristotelis contra Gemisthum Plethonem, tum etiam Nomophylacem, Chartophylacem Païsium Cretæ ut videtur archiepiscopum, et alios non paucos. Ad hos exstant Epistolæ de privatis plerumque negotiis, omnes sine die et consule. Plures opinor interciderunt, quia electiores tantummodo selectæ videntur fuisse, ut antiquis Demosthenis, Isocratis, Libanii, et aliis præcipuorum auctorum adjungerentur, ut in codice Colbertino; reliquæ perierunt, ut multa alia Gennadii opera, quia auctor nunquam ea, ut videtur, colligenda curavit; sed post ejus obitum a studiosis in codices relata sunt quæcunque tam Constantinopoli quam in monasteriorum bibliothecis delitescebant.

Tricesimo ætatis anno Georgius Scholarius votum fecit amplectendæ solitariæ vitæ, quod tamen nonnisi paulo ante captam urbem, et post Joannis Palæologi mortem persolvit. Ita de se scribit in Apologia ad Constantinum: *Quod*, inquit, *ego nondum tricesimum annum egressus firmiter statuerim et voverim Christo, magistratum ut incommodum quiddam negotium abdicare, et ad privatam vitam, quam Christus nobis designavit, declinare, tanquam multæ philosophiæ, spei quoque futurorum et uno verbo boni cujuscunque plenissimam, nullus arbitror meorum civium ignorat.* Causam cur tandiu distulerit, fuisse refert parentum curam, quos in senili ætate destituere absque impietate vix potefat, et quasdam alias.

Itaque sub Joanne Palæologo Georgius Scholarius imperialis judicis munus sustinens, cum procurandæ concordiæ inter Latinam et Græcam Ecclesiam causa imperator in Italiam proficisceretur (2), in ejus comitatu Ferrariam primo, mox Florentiam venit. Ita testantur auctores ferme omnes, et acta Græca concilii. Ferrariæ, ut videtur, scriptæ sunt epistolæ duæ, una Venetias ad Marcum Lipomanum, ad Ambrosium Camaldulensem altera. In prima scribit optasse se ad eum proficisci, *sed fortuna quædam*, inquit, *me ad imperatorem currere cogens, aureis Venetiis commorari non sinit, neque lepores hujus urbis et gratias degustare, in qua Lipomanus optimus primarium locum obtinet; sed statim atque exscensum fecimus, iter ad imperatorem per flumen instituimus.* Nempe fortassis quia serius advenerat. In altera ad Ambrosium, quem non alium esse existimamus quam Camaldulensem, ita scribit: *At quandoquidem cum imperatore qui te plurimum diligit, nos quoque unionis desiderium ad tuam urbem transferi, aut potius ipse ex tali desiderio nobis transmigrandi necessitatem imposuit; reliquis quidem sufficit tuam adire urbem, et habere illic delicias, spectacula, ædes magnificas et alia domesticis non inferiora. Nobis vero angulum aliquem concede tui monasterii quod in chara urbe charissimum habes et ornas. Ita eos qui te maxime diligunt, tuorum tibi conjunctissimis non immerito præferes, tuncque facilius una esse nobis licebit, neque morbos causabimur, neque tantum ex infelicitate nostra dolorem capiemus. Quod si aliquando rursus, minus tamen omnino quam nunc, te a nobis disjungunt publicorum negotiorum curæ, hanc absentiam monachorum illic viventium virtus et sapientia solabuntur. Quos quidem sub tali patre et rectore ad virtutem provectos, utilissimos et jucundissimos accedentibus fore confido, adeo ut singuli ipsorum sufficiant non habentibus patrem.*

Non alieno ab ecclesiastica concordia animo Scholarium fuisse præter ea quæ supra dicta sunt, suadet particula epistolæ ad magnum ducem, quam aliena interpretatione corrupit Allatius, dum eam ex Græcia scriptam existimavit, cum ex Italia missa fuerit. *Nunc vero scito nos præclara omnino tranquillitatis initia experiri*; quæ verba ad ec-

(1) Philelphus Constantinopolim juvenis profectus est, Emmanuelis Chrysoloræ filiam duxit. V. Poggium de Philelph. Ep. ad Justinianum l. xvi.

(2) Anno 1438.

Digitized by Google

clesiasticæ concordiæ spem videntur referenda. Sed quæ legitur act. 25 Florentini concilii in Græcis actis Georgii Scholarii Responsio, ejusmodi est, ut viro pio pacisque studiosissimo dignissima videatur. Rogatus enim ab imperatore sententiam de unionis decreto, ita respondit (1): *Optime et potentissime imperator, quam ego quidem habuerim et nunc habeam sententiam de proposita unionis materia, indicat sermo a me utcunque compositus, et huic nostræ synodo oblatus, quo sacros hosce adhortabar Patres ad unionem et auxilium rebus Constantinopolitanis ferendum. Testantur etiam duo libelli, quos antea compositos, nunc præsenti synodo trado, quorum alter consilium dat ut fiat, et quomodo fieri debeat unio, et exponit quidquid aliud ad hanc materiam spectat: alter vero quæstionem ipsam tractat, estque illi scopus ostendere doctores Ecclesiæ inter se concordes esse non rationibus ac demonstrationibus humanis, sed sacræ Scripturæ et doctorum eorumdem sententiis.* Eosdem libros oblatos synodo fuisse testantur eadem Acta paulo superius: *Post orationem Bessarionis obtulit nobis Scholarius dominus Georgius tres Orationes pro unione deliberativas, cohortans animansque nos ad amplectendam unionem.* Volgo existimant illas ipsas orationes esse quæ cum Actis concilii, et seorsim sub Georgii Scholarii nomine editæ sunt, contra quam sensit Matthæus Caryophyllus, qui hanc vulgarem opinionem solidissimis rationibus confutavit, adversus quas Allatiana defensio nihil aut parum facit. Sed de his, quia operosior quæstio est, dicetur ubi de operibus Scholarii disputandum erit. Id habet autem Caryophylli sententia commodi, quod si suppositas Scholario fuisse a Græcis concordiæ studiosis orationes istas statuimus, nulla ferme superest de uno vel gemmis Scholariis et Gennadiis controversia. Qui enim fetum hunc celeberrimo apud Græcos schismatis tenacissimos auctori supposuit, potuit etiam nullo negotio Actis græcis inserere quæ illic ad illarum auctoritatem confirmandam leguntur. Nam si hæc pauca verba excipiuntur, et Marci Ephesii Epistola quæ ante paucos annos ab Allatio edita est, vix quidquam in illius sæculi monumentis occurrit, unde Gennadium sive Scholarium constet Ecclesiarum sanciendæ concordiæ navasse operam, cum in eadem disrumpenda deinceps ad extremam usque ætatem pertinacissime occupatus fuisse videatur.

Sive igitur, ut fieri omnino potuit, Georgius Scholarius Græcos Florentiæ ad unionem hortatus fuerit, sive secus egerit, id enim plane obscurum est, reversus cum Joanne Palæologo Constantinopolim, adjunxit se Marco Ephesio in oppugnanda unione quæ Florentiæ sancita fuerat. Atque illo, ut videtur, temporis intervallo scripsit Georgius multa adversus Latinos opuscula, quæ exstant in variis bibliothecæ Regiæ codd., nempe *Homiliam ad* Λατινόφρονας *de purgatorio*, et *Responsionem ad eorum objectiones; De processione Spiritus sancti*, et alia quædam, de quibus dicetur suo loco. Hac occasione Georgius Scholarius in Joannis Palæologi offensionem incurrit, graviter commoti quod unionem tanto labore a se procuratam, et cujus beneficio auxilia ab Italis in summo rerum suarum discrimine necessaria sperabat, Scholarius voce, scriptis et auctoritate, quæ erat apud populares suos præcipua, disturbare conaretur. Testis ipse in Oratione apologetica ad Constantinum imperatorem, ita tamen ut Joanni simulatam potius indignationem quam sinceram ascribat. *Deinde*, inquit, *optimo illo imperatore indignationem præ se ferente ob vererum dogmatum defensionem, committendum non existimavi, ut quibus fabula ignota erat, videretur quod me ira imperatoris ad Christi jugum compelleret, et quod invitus ad tranquillam vitam confugerem.* Illam enim causam assignat, cur vivo Joanne votum monasticæ vitæ diu ante conceptum non impleverit.

Eo etiam regnante, post reditum ex Italia scripsit Orationes in homiliarum modum multas, quæ legebantur concionis loco, vel scribebantur, postquam viva voce erant declamatæ, ut ex inscriptione quæ occurrit in nostro codice colligimus. Etsi enim laicus usque ad susceptam patriarchalem dignitatem Georgius Scholarius vixerit, vix tamen dubitare licet eum coram imperatore et senatu singulis sextis feriis ex suggestu concionatum fuisse, non quod magistratus ille quem gerebat, ecclesiasticam quamdam dignitatem adjunctam haberet, sed quia in imperatorio trichinio vespertinis et pomeridianis horis declamabat, non ex ambone, aut mane inter synaxes; hoc enim sacerdotum secundum ecclesiasticam disciplinam munus erat, et similes Leonis Philosophi et aliquot aliorum laicorum orationes exstant.

Testatur ipse Scholarius reconciliatum tandem sibi fuisse extremo vitæ tempore Joannem imperatorem, jamque sibi non obscure faventem vitam cum morte commutasse. Quamvis porro apud Latinos omnes auctores et Græcos unioni addictus legamus imperatoris animum a concordia quam Florentiæ subscriptione firmaverat, nusquam fuisse alienatum; dissentiunt tamen schismatici ferme omnes. Ita legitur in titulo pseudosynodi Constantinopolitanæ, in Addendis apud Allatium (2): *Quæ*, inquit, *habita fuit post exactam pseudosynodum Florentinam unius et dimidii anni intervallo, et post obitum Joannis Palæologi qui cum Latinis sentiebat, ab Italis sub spe auxilii delusus, ante tamen obitum orthodoxo dogmati assensum præbuerat.* Tunc Scholarius domesticis rebus ordinatis erat mox sese in monasterium recepturus, cum propositum mutare coactus est. Obiit eodem

(1) Ex version: Caryoph. p. 478 edit. Par.

(2) Add. ad l. III De perp. cons. p. 1580 et seq.

Digitized by Google

circiter tempore Marcus Ephesius, paulo ante mortem Joannis Palæologi. Georgius morientis supremas voces excepit, et in ejus verba juravit, Deo et angelis in testimonium advocatis, servaturum se veterem fidem, et contra Florentinam unionem perpetuo ex amici et præceptoris sui sententia pugnaturum. Hæc ipse scribit in Epistola ad Constantinopolitanos tanquam notissima : mortuum vero oratione laudavit, quæ exstat in variis codicibus. Exstant quoque in codicibus Regiis extrema Marci Ephesii morituri ad Scholarium verba, quibus ipsi Græcæ Ecclesiæ et ejus dogmatum defensionem commendat : Scholarii quoque responsio, quæ huic Epistolæ plane consentanea est.

Joanni Palæologo successit Constantinus frater, imperatorum Constantinopolitanorum postremus, exeunte anno Jesu Christi 1448. Apud quem statim Scholarius accusatus est, quasi ecclesiasticis, apud quos plurimum poterat, auctor fuisset procrastinandæ coronationis quæ ecclesiastico ritu cum variis precibus celebrari solebat. Neque negabat plane Georgius Scholarius differendam esse, donec Ecclesiæ et reipublicæ consuleretur; sed non alio id aiebat fecisse animo, quam ut labefactatam majorum fidem restaurandam curaret, tam fidei quam imperatori consulens, ab hominum vero nefariorum consiliis alienissimus, quippe qui novum imperatorem singulari amore complecteretur, et ab eo in melius res suas commutatum iri speraret, cujus gratia adversam, ut sciebant omnes, fortunam fuisset expertus. Cum vero Constantinus imminentem sibi, et quæ post annos vix quinque consecuta est, cladem metuens, auxilia ab Italis postularet, quæ Nicolaus V, pontifex Romanus, non aliter pollicebatur, quam si Florentinam unionem confirmaret, et ad eam amplectendam Græcos præsertim ecclesiasticos et monachos compelleret, missæ sunt a pontifice legationes aliquot Constantinopolim; prima videtur fuisse episcopi Cortonæ, qui cum Græcis theologis sæpius disputavit, annis circiter quatuor ante captam urbem. Græcorum partes tuebatur Georgius Scholarius, qui disputationes scripto complexus est, et variis opusculis Latinos refellendos suscepit. Meminit ipse in Epistola ad Constantinopolitanos scripta 29 Novembris anno 1452, in qua scribit perseverare se in ea doctrina quam exposuerat in disputationibus habitis adversus Cortonæ episcopum *ad demonstrationem*, inquit, *ejus quæ apud nos est veritatis, et multis variisque operibus quæ scripta pro patria fide divino munere, ut etiam in confessione fidei suæ, vel potius catholicæ Ecclesiæ, quam ante annos tres elaboratam* publicaverat.

Eo circiter tempore Georgius ob unionis odium, quo omnia imperatoris consilia vehementer turbabat, sibi, ut videtur, metuens sæculo renuntiavit, et in monasterium Pantocratoris urbi proximum se recepit. Scripsit simul valedictoriam Orationem ad Constantinum, quæ exstat in codice Regio, qua non solum criminationes adversariorum conatur diluere, sed sæpe in suis laudibus nimius, res gestas pro majorum religione tuenda, susceptosque labores in cœlum tollit, ita ut vanitatis et proteriviæ, in qua accusatus est, culpa non vacet. Cum hanc orationem scriberet, adhuc laicus in monasterio Pantocratoris residebat, unde migrans in Cardianeti, illic schema sive habitum religiosum accepit. Ita docet nos hujus orationis inscriptio in Regio codice. Videtur autem simul accepisse nomen Gennadii juxta vulgarem apud Græcos consuetudinem, ut qui mundo per vitæ monasticæ professionem renuntiarent, etiam nomen antiquum quasi per alteram nativitatem mutarent : mox enim Gennadius vocari cœpit, atque adeo antequam patriarcha designaretur, contra quam ex Malaxo *Historia politica*, et quibusdam aliis auctoribus docuit Allatius. Quo solo argumento, etsi nullius ponderis, totam de duobus Gennadiis disputationem superstruxit. Unde etiam refellitur altera ejus historica observatio circa Gennadii professionem monasticam, quam abdicata patriarchali dignitate, et quinquennio post captam urbem factam existimat, cum novennio plus minus abdicationem præcesserit. Nec enim Malaxi et Theodori Zygomalæ, qui *Historiam politicam* concinnavit, tanta est auctoritas, ut auctorum æqualium testimonia labefactet. Nam Michael Ducas ante captam urbem Gennadii monachi nomine designat eum qui antea Georgius Scholarius dicebatur.

Cum Gennadius sæculo valedixisset, misit imperator ad Nicolaum papam Briennium Leontarem. Isidorus cardinalis Russiæ paulo post a Nicolao V legatus Constantinopolim venit anno 1452, ut Ducas in Historia docet (1), quo nemo melius ecclesiasticas res illius temporis videtur explicasse. Is igitur legatum Constantinopolin appulisse scribit mense Novembri, anno secundum Græcos 6961, qui erat Christi 1452; habitis de Ecclesiarum concordia sermonibus, imperatorem et quosdam ecclesiasticos consensisse ut unio Florentina observaretur, ecclesiasticorum et monachorum plures et præcipuos ab ea fulsse alienissimos : *Nihilominus*, inquit, *qui Henotico obtemperare videbantur clerici, sacerdotes et diaconi, imperator et senatus in Magnam Ecclesiam convenerunt, ut concordibus animis et unitis divinam liturgiam celebrarent, sinceraque mente vota Deo redderent. Tum etiam schismatici ad Pantocratoris monasterium currunt, Gennadium antea Georgium Scholarium adeunt, consiliumque ab eo quomodo se gerere debeant petunt. Is inclusum se cella tenebat ; accepta ergo charta, sententiam suam consiliumque rogatus, scripto aperuit, quo talia continebantur : Miseri Romani, quare aberrastis*, etc., quæ apud Ducam leguntur. *Hæc et alia*

(1) Ed. reg., p. 142.

Digitized by Google

cum scripsisset, cellæ suæ januæ a cunctis postea lecta clavo affixit, iterumque intra eam se conclusit. Scilicet ex variis et aliis hujus temporis actis et epistolis intelligitur post habitas cum episcopo Cortonæ et aliis Latinis de unione disputationes, Gennadium se in cellam receperat, neque prodibat in vulgus, ita fortassis jubente Constantino, vel cogente potius, ne unionem, quam sive per dissimulationem, sive sincero animo conabatur procurare, viri apud plebem et ecclesiasticos acceptissimi auctoritas disturbaret. Questus est ipse sæpe intentatas minas; atque ea potissimum causa fuisse videtur servati per annos admodum duos silentii statim post susceptum religiosum habitum. Eo temporis intervallo scripsit Orationem contra Simoniacam hæresim ad Constantinum, duobus ante excidium urbis annis, cujus titulus in cod. Reg. talis est : Γενναδίου μοναχοῦ τοῦ Σχολαρίου κατὰ τῆς Σιμονιακῆς αἱρέσεως, ἤτοι ἀπιστίας. Ἐγράφη δυοῖν ἔτεσι πρὸ τῆς ἁλώσεως, καὶ ἐπέμφθη τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, ἀλλ' ἐκεῖνος οὐδέ τι βελτίων ἦν. *Gennadii monachi, qui et Scholarius, contra Simoniacam hæresim, sive infidelitatem. Scripta est oratio duobus annis ante captam urbem, et missa imperatori Constantino, sed ille nihilo melior effectus est.* Epistolam item ad eumdem, cujus initium est : Ἀλλ' οὐκ ἔξεστι μοναχοῖς, ἄριστε βασιλεῦ, ἁπλοϊκοὶ καὶ δυσπρόιστοι τρέφεσθαι βρώμασιν. *Verum non licet monachis, optime imperator, rariis nec facile parabilibus alimentis uti :* quæ officii tantum causa scripta videtur, ut de misso fortassis munusculo gratias ageret. Exstat decima in cod. Reg.

Scripsit etiam homilias quasdam, sed controversiis ecclesiasticis plane se non immiscuit usque ad adventum cardinalis Russiæ. Nam paulo ante quam adveniret, scripsit Gennadius ad Ἁγιορείτας, hoc est *sancti montis Atho monachos*, Epistolam hortatoriam, ut in antiqua fide, omissa synodi Florentinæ definitione, permanerent ; quam epistolam misit per ejusdem montis monachos duos Anastasium et Simonem, ut ipse in cujusdam epistolæ fragmento testatur. Scripsit etiam ad imperatorem 12 Martii, eodem ut videtur anno, vel 1453, paulo ante cladem. Orationem quoque recitavit coram eo, magna nobilium civium frequentia, in monasterio Pantocratoris seu Omnipotentis, περὶ τῆς ἐλεώσεως τοῦ θείου καὶ οἰκοθεν παρασκευῆς, *De placando Numine et interiori præparatione*, 15 Novembris anni 1452, forte antequam legatus venisset ; nam imperatorem omnino dehortabatur Gennadius ab unione Florentina observanda ; quod præsente legato nec ipse ausus fuisset, nec passus imperator. Cum vero, ut supra ex Duca dictum est, frustra plerisque reclamantibus renovata esset unio, statim eam voce et scriptis Gennadius impugnavit. Exstat ea de re opusculum virulentissimum hoc titulo : Γενναδίου ἐλαχίστου Σχολαρίου ἐπὶ τὴν δι' ἐγκατάλειψιν Θεοῦ ματαίαν καὶ ἄλογον καὶ ἀσύδε-

A τον καινοτομίαν τῆς πίστεως. *Gennadii minimi Scholarii de ea quæ per Dei desertionem factu est vana inepta et inconcinna fidei innovatione.* Scriptum fuit in monasterio Pantocratoris, in quod venisse Gennadium intelligimus, imperatore ita jubente, existimante illum si Latinismum, ut vocant, amplexus fuisset, reliquis ut idem facerent statim persuasurum ; sed contrarium prorsus accidit. Neque enim a sententia sua removeri Gennadius potuit, nec efficere ut negotium unionis omitteretur, quæ ut ex Scholio cod. Reg. discimus in eodem monasterio perfecta est uno mense postquam Gennadius orationem suam recitasset. Unde turbatis jam omnino rebus, et Turcis urbem obsidione cingentibus, unionem liberius cœpit impugnare, et Latinismo insultare petulantius.

B Interea cum, ut scribit Ducas, cella se iterum conclusisset, et neminem admitteret, scripsit epistolas duas, unam ad Constantinopolitanos omnes ecclesiasticos et laicos, 27 Novembris datam, cujus titulus est : Γενάδιος ὁ ἁμαρτωλὸς, τοῦ Θεοῦ δοῦλος καὶ ἐλάχιστος, τοῖς εὐγενεστάτοις πολίταις τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἅπασιν ἱερωμένοις καὶ κοσμικοῖς· *Gennadius peccator, Dei servus et minimus, nobilissimis civibus Constantinopolis, cunctis tam sacri ordinis quam sæcularibus.* Hæc ita incipit : Γινώσκετε πάντες καλῶς. Alteram ad ecclesiasticos, quæ eodem tempore data videtur, et missa dicitur *ad magnum ecclesiarcham*, Syropulum scilicet auctorem Historiæ synodi Florentinæ, *magnum Chartophylacem Agallianum, quando ecclesiastici convenire jussi sunt in palatium Xylocerci, et celebrata est Liturgia, cum omnia ex sententia cardinalis et trium pontificum anni istius gesta essent* 15 Nov. In ea *excusat se quod non venerit, testaturque se cum millies exposuerit sententiam de hoc unionis negotio suam, displicereque sibi illam vehementer, tam imperator quam reliqui omnes intelligant in eadem persistere.* Mox unionem et Latinæ Ecclesiæ fidem vehementer exagitat.

Scripsit præterea, ut Ducas observat, brevem contra Latinismum querimoniam ; sed quæ ab illo auctore refertur, differt ab altero ejusdem exemplo, quod suppeditat codex Regius in hæc verba : *O pauperes cives, perdidistis omnia, et nunc tandem abjicitis pietatem turpiter et absque conscientia. Cum enim deberetis ad Deum confugere in præsenti rerum statu, a Deo separamini. Ego innoxius sum, testemque habeo Deum, ejus sanctos et vos ipsos, quod nihil unquam neglexerim. Et nunc ita me Deus juret, malam unionem facitis, peribitis. Calumniamini me, et minas intentatis ; sed etiamsi mortem quam minamini inferatis, ego ad illam subeundam paratus sum. Quid enim juvat vivere, ut videam Dei tam manifestam erga vos derelictionem ? Domine, ne sinas hos homines in talem ruinam præcipitari, ne justificetur orthodoxa fides in Oriente, in Occidente et in insulis contra nostram urbem, ita ut quia illam et te negleximus, pereamus. Justifica potius illam, ita ut*

Digitized by Google

non peramus. Da illis aures ad audiendum, quandoquidem est qui verbis significet voluntatem tuam, aut me eripe, Domine, a præsenti vita citius, antequam videam talis impudentiæ fructus vindemiantem. Non negabo te, unica orthodoxia, neque te mendaciter dissimulabo, augusta traditio, quousque spiritus meus in hoc corpore permanebit. Ne me igitur amplius tentetis, o homines ; etenim unquam ego ejusmodi unionis particeps ero, quia neque sic cum Latinis uniti eritis, et a Deo separati, infamiam æternam sustinebitis. Neque tamen velim in dubium revocari quod a Duca relatum exemplar est, quod quisque per otium potest cum altero comparare. Affixum autem perpendit a prima mensis Novembris, ut inscriptio docet, post cardinalis adventum, ut habet codex mss. iis quoque postremis temporibus, aut saltem ultimo Constantini anno, alia scripsit Gennadius adversus Λατινόφρονας, ut duodecim Capitula ad imperatorem Constantinum missa per papam Ignatium, alia ad magnum ducem : metropolitarum subscriptiones, sive synodales definitiones adversus Florentinam unionem, et diversas Apologias legato aut episcopo Cortonæ pro Græcis contra Latinos datas, quæ non alium quam Gennadium auctorem videntur habuisse.

Quantus fuerit Græcorum schismaticorum, præsertim monachorum et monialium, adversus Henoticos furor, narrat Ducas (1), et variis exemplis confirmat. Omnes Gennadium quasi ducem et magistrum sequebantur, ex cujus sententia a Latinorum et Henoticorum communione separati, non modo turbas in Ecclesiis, sed tota passim urbe seditionem fecerunt. Quæ dum a Turcis obsideretur, Gennadius sæpe vaticinatus est apud suos imperii ruinam et urbis cladem, non aliam tot malorum causam assignans, quam quod paternam fidem prodidissent, et Latinis hæreticis fuissent per legatum reconciliati.

Capta est urbs 29 Maii ann. 1453, et eodem anno Gennadius, quo nullus Græcis acceptior, sultani Muhamedis jussu electus est patriarcha, ut Malaxus *Historia politica*, Phranzes et alii docent. Fugerat cum aliis, et extra urbem se receperat, atque eo intervallo temporis quod ab urbis excidio ad ejus electionem effluxit, Monodiam scripserat, qua publicam deploravit calamitatem. Exstat illa in variis codicibus, et partim edita est in *Turco-Græcia* et in *Bibliotheca Patrum* (2). Qua ratione ad thronum patriarchalem assumptus fuerit, refert ipse in Epistola, cui titulus, Τοῖς ἁπανταχοῦ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, *Ad omnes fideles in Christo Jesu*, cum dignitatem abdicavit. *Multi*, inquit, *eo die liberabantur ab iis qui prius qua se ratione eriperent nesciebant. Ego vero pondus inutile in victorum hostium manibus eram, cum semel amicos exorassem, et iis nolentibus succurrere, Deo omnia commisissem. Ego quidem non mediocri pecunia redemissem licentiam latendi alicubi, et communes calamitates cum peccatis meis deplorandi. Sed huic Domino latitantem manifestaverunt, hunc ipsum esse vociferantes quem oporteret animarum nostrarum curam gerere, simul laudibus ad cœlum tollentes, quem latentem salvare oportebat, si vere talem esse ipsi apud se existimassent, non ejusmodi labyrinthis includere. Statim itaque raptus sum ex remotiori loco, et ingredior urbem magis infeliciter, quam cum ex ea egressus eram. Sed transferente Domino, jubeor monasterium plane desertum et conculcatum regere, a liberator absque pecunia fieri monachorum qui simul degerent, monachorum qui prius malitia et tu-*

(1) P. 112.

(2) Locum ex Turco-Græcia petitum cum interpretatione nostra subjicimus. Edit.

Μνήσθητε, ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, πόσον τε καὶ ποταπὸν ὑπῆρχε τὸ γένος ἡμῶν. Ἦν γὰρ σοφὸν, ἔνδοξον, γενναῖον, φρόνιμον, ἀνδρεῖον, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ὑποτάξαν εἰς μοναρχίαν, καὶ μὴν καὶ τῇ κατ' ἀρετὴν σπουδῇ τε, καὶ ἀγωσύνῃ καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀπομαξάμενον τὴν καθόλου ἀρετὴν, καθάπερ σπόγγος τὰ νάματα. Ἀλλὰ νῦν, φεῦ τῶν κακῶν ! ἀπώλετο πᾶν. Ἐάλω γὰρ ἡ Κωνσταντινούπολις, ἧς μόνον ἐν τῷ μνησθῆναι, ἔστιν ἐκρῆξαι φωνὴν μετὰ κραυγῆς καὶ ὀλολυγμοῦ, καὶ πνεῦσαι τὰ λοίσθια. Ἀλούσης γὰρ, ἐμιάνθη θυσιαστήρια, κατεπατήθη τὰ ἱερὰ, χύσις αἵματος πολλὴ γέγονεν. Ἐμιάνθησαν μονάστριαι, ἐφθάρησαν παρθένοι, ἀπεκεφαλίσθησαν βρέφη. Ἀπέθανον μαχαίραις τῶν ἀσεβῶν, ἄρχοντες, ἱερεῖς, ἄνδρες, γυναῖκες, ἡλικία πᾶσα. Οἴμοι τῷ ταλαιπώρῳ τε καὶ ἀθλίῳ ! Τίς ἱκανὸς ἐκτραγῳδῆσαι τὸ μέγα τοῦτο πάθος, καὶ τοῖς εἰς ἔπειτα ἀναγγεῖλαι τὴν συμφοράν ; Φεῦ ! ποῦ ἡ βασιλικὴ παράστασις καὶ παράταξις ; ποῦ ἡ τῶν παλατίων σύνταξις ; ποῦ ὁ τοσοῦτος ἐσμὸς τῶν ἀρχόντων ; ποῦ τὰ παιδευτήρια τῆς σοφίας ; Οἴμοι τῷ ταλαίνῃ ! Ποῦ ἡ πατριαρχικὴ διοίκησις ; ποῦ ἡ τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας καλλονή ; ποῦ ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος τοῦ ἀρχιερατικοῦ καὶ μοναχικοῦ τάγματος χορός ; Κατεπόθησαν ὑπὸ τοῦ Μωάμεθ. Καὶ οὐκ ἐν τῇ βασιλευούσῃ μόνῃ τὰ κακὰ, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰς μετ' αὐτὴν ἔτι καὶ πλέω καὶ χείριστα. Ταῦτα δὲ πάντα δι' ἃς ἁμαρτίας ἡμῶν. Ὅταν δὲ πρὸς ταῦτα ἀποβλέψω, ἄλλος ἐξ ἄλλου γίνομαι, ἡ ψυχή μου ταράττεται, καὶ λιγγᾷ μου τὸ πνεῦμα.

Mementote, fratres patresque, quam egregium quamque præclarum genus quondam fuerit nostrum ; quod doctrina, gloria, nobilitate, ingenii acumine, fortitudine omnem terrarum orbem in monarchiæ formam redegit. Nostra enim gens virtutis studio et morum integritate omnem prorsus virtutem, ut spongia aquam, absorbuit. Nunc autem, eheu! omnia funditus pessum ivere. Capta enim est Constantinopolis, quæ calamitas sola vocem suffocat et suspiria ac gemitus ciet. Hac enim direpta civitate, altaria inquinata sunt, templa sacrilego pede proculcata, sanguis multus effusus, monasteria pollula, virgines violatæ, teneri adolescentes capite plexi, impiorum ensibus trucidati sunt magistratus, sacerdotes, viri, uxores, omnis juventus. O me miserum ! Quis huic calamitati, huic miseriæ posteris enarrandæ par erit ? Quid splendor et gloria imperatorum, quid palatiorum magnificentia facta est ? quo magistratuum multitudo, quo sapientiæ academiæ abierunt ? Proh dolor ! ubi sedes patriarchæ ? ubi Christi Ecclesiæ nitor ? ubi ordo sacerdotum ac monachorum ? Mahometes omnia devoravit. Et non in urbe regina solum res in angustiis jacent, sed multo pejora in provinciis grassantur ac sæviunt. Omnia autem ista mala propter peccata nostra orta habuere. Hæc omnia intuentis animus ex intimo perturbatur, ac mens titubat.

Digitized by Google

multa omnia impleverant, qui etiam nunc plusquam opus erat prætexentes Christianorum calamitates, occasionem explendi concupiscentiam nacti, infamia quidem sacrum olim ordinem, scandalo spectatorum animas, omni malo totum orbem repleverunt. Deinde ædificare cogor, templa eversa a fundamentis excitare, et necessaria providere istis, utinam Christianis, qui singulis in locis reperti, qua ratione secundum legem patriam viverent, Deumque colerent non curabant. Deinde coacta est synodus multorum episcoporum ex Europa et Asia confluentium, quorum suffragiis ego primum diaconus, deinde presbyter, deinde episcopus et patriarcha constituor.

Quæ in patriarchali munere constitutus Gennadius gesserit, vix aliunde habemus, quam ex Historia ecclesiastica Græco-Barbara (1). Cum Turcæ Sanctæ Sophiæ templum et patriarcheium occupassent, ipse ad SS. Apostolorum monasterium se recepit, vastum et jam solitudine horridum, unde eodem aut sequenti anno fugit, veritus ne cædis commissæ erga Turcam, cujus cadaver intra muros repertum erat, pœnæ a Christianis exigerentur. Videtur porro Gennadius urbe profugisse, nam tres βιαίας ἀνόδους, sive violentos in urbem regressus commemorat in aliquot opusculorum titulis juxta antiquissimum Regium codicem. Ter autem urbe excessit, semel cum hostis irrumperet, iterum post cædem quæ intra muros SS. Apostolorum patrata est; tandem deposito patriarchali munere cum se recepit in monasterium Prodromi ad Menœceum montem, unde compulsus est in urbem redire, et tunc aliquas Homilias ad populum habuit. Hinc emendanda quæ ante paucos annos prodiit Philippi Cyprii Patriarchalis Historia, qui statim patriarchas Constantinopolitanos ad Pammacaristæ habitasse scribit contra historicorum omnium fidem, ut et multa alia quæ hunc auctorem sive potius consarcinatorem sæpe hallucinatum esse demonstrant.

Cum ex fuga rediisset, sed quo anno nescitur, habuit Gennadius orationem sive disputationem illam celebrem, quæ Græce, Latine, imo et Turcice, sed Græcis litteris edita est, περὶ τῆς μόνης ὁδοῦ πρὸς τὴν σωτηρίαν ἀνθρώπων. Occasionem narrat Historia Græco-Barbara (2). *Eo tempore*, inquit, *idem sultanus ipsemet intravit patriarcheium, cumque in templo Pammacaristæ venisset, in sacellum ingressus est, ubi hodie armarium rerum sacrarum est, et cum patriarcha Gennadio libenter sermones contulit. Tunc omni metu posito, universam ei patriarcha veritatem fidei Christianæ aperuit, scripsitque pro numero quæstionum ejus capita viginti.... quæ et dedit sultano.* Subjiciuntur autem hæc capitula loco citato, cum Turcica interpretatione Acumatis sive Achmetis Berrhœæ præfecti. At in nostro codice non per quæsita et responsa hæc Apologia scripta est, sed continua oratione, qualem coram sultano Gennadius habuit, antequam compendiariam illam Christianæ fidei expositionem scripto complecteretur. Edita est quoque oratio ipsa multoties, tum seorsim, tum in *Bibliotheca Patrum*.

Paulo postquam hanc orationem habuisset Gennadius, patriarchali se dignitate abdicavit, ægre obtenta a sultano venia; mox epistolam seu potius prolixam Orationem apologeticam scripsit *ad omnes fideles in Christo Jesu*, τοῖς πανταχοῦ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Narrat quomodo post prædictam sæpius urbis et totius imperii cladem comminationemque divinæ vindictæ ob susceptum Latinismum, capta urbe in hostium manus venerit, et ex fuga retractus, patriarcha renuntiatus fuerit, licet invitus: cui tandem muneri, statim atque per sultanum licuit, renuntiandum statuerit, tum quia destitutus esset eorum auxilio, qui oneris partem secundum ecclesiasticas leges sustinere debuerant, tum ob impensos inaniter labores in auferendis scandalis et componendis simultatibus. Varias etiam calamitates refert, quas ab invidis fuisset perpessus, qui patriarchatum non obscure ambientes, multa ipsi negotia facessebant: significat tandem se dignitati renuntiare, ut jam sibi soli vacet, pœnitentiamque in tranquilla et solitaria vita de peccatis suis agat. Hæc est illa παραίτησις, quam in codice Ecclesiæ Constantinopolitanæ descriptam fuisse memoriæ et auctoritatis causa docet *Historia ecclesiastica*, apud Crusium (3).

Mox recepit se Gennadius in monasterium S. Joannis Baptistæ in monte Menœceo prope Serras vel Pherras, ut scribitur in cod. Regio, cum annos quinque et menses aliquot Ecclesiæ Constantinopolitanæ præfuisset, atque ita ejus abdicatio ad annum 1459 refertur. Videtur tamen aliter statuendum; nam titulus Orationis quam habuit Gennadius in funere Theodori Sophiani, sui ex fratre nepotis, docet pronuntiatam fuisse 28 Septembris anno 6965, secundum Græcos, hoc est anno Christi 1457 a Gennadio monacho. At vulgo non ita appellatur in titulis eorum opusculorum quæ in patriarchatu scripsit. Quæ conjectura confirmatur altera satis verisimili. Nam in monasterio Joannis sive Prodromi, multa Gennadius elaborate scripsit, quæ si secundum Panvinii et Genebrardi chronologiam, obiit anno 1460, unius anni intervallo vix poterat absolvere. Tales sunt tractatus *De Existentia et natura animarum, de Purgatorio, de Prædestinatione*, ad Josephum Thessalonicensem; tres alii de Prædestinatione Sermones, Epistolæ ad Theodorum Brennum sive Briennium, et alia nec pauca nec extemporanea. Unde cum nemo hucusque ex certis Græcæ Historiæ monumentis annum Gennadii

(1) Turcogr. l. II. p. 108.
(2) Ibid. pag. 109.
(3) Ibid. pag. 120.

Digitized by Google

supremum designaverit, si quis eum ultra annum 1460 vitam produxisse statuat, non inaniter videbitur conjectari. Nam in Regio cod. Homilia de transitu B. Mariæ virginis scripta Constantinopoli dicitur in monasterio Pammacaristæ, cum tertio in urbem redire coactus fuisset anno οϛ', hoc est, ut nemo non intelligit, 6972, secundum Græcam chronologiam, qui annus respondet anno Christi 1464, cujus certus character est indictio 12, quam huic anno adjunctam habet Canon annorum expansorum ab Allatio editus, in opere *De dominicis et hebdomadibus Græcorum* (1). Scripsit etiam opusculum Περὶ τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ λατρείας, post abdicatam dignitatem in Menœceo monte et monasterio Prodromi an. mundi 6966, qui est Jesu Christi 1458. Itaque jam ab anno 1458, aut 1457, si vera est inscriptio Orationis in funere Sophiani, Gennadius monachus vocabatur, et patriarcha esse desierat, cum, si Malaxo et Historiæ barbaræ fides habenda est, non ante 1459 privatam vitam repetiisse videatur. Tum etiam non recte statim eum obiisse scribunt, cum annos ut minimum quatuor supervixerit. Atque hæc sunt quæ de Gennadii vita et rebus gestis in tanta historiæ recentioris caligine observare potuimus.

Multa scripsit Gennadius præter ea quæ variis locis dudum edita sunt. Nam quæcunque tribus suis Georgiis sive Gennadiis Allatius attribuit, hunc nostrum auctorem habent; sed plura longe in bibliothecis delitescunt, quorum indicem qui leviter inspexerit, mirari desinet virum doctissimum parum accuratam in iis recensendis criticen exercuisse. Vix enim quartam eorum partem viderat, et plerumque alienis oculis. Neque tamen etsi plura et certiora designamus, omnia Gennadii opera existimabimus explicuisse. Sparsa siquidem et disjecta hinc inde scrinia a studiosis post illius mortem collecta sunt, atque ita non mirum est quædam intercidisse. Homiliæ ante patriarchatum scriptæ, Constantinopoli repertæ sunt post captam urbem, quædam Thessalonicæ et Callipoli, ut alia ejusdem scripta, quæ deinceps recensebuntur, adeo ut mirari nemo jure queat quod nonnulla perierint in tanta reipublicæ et Ecclesiæ Græcæ calamitate.

Ex iis quæ supra exposita sunt, manifestum est Georgium Scholarium Philelpho, Lipomano, Ambrosio Camaldulensi Latinis hominibus conjunctissimum, Græcis vero Lucæ Notaræ, Theodoro Despotæ, et aliis, eumdem judicis primarii munus in aula Joannis Palæologi sustinuisse, Florentiam in ejusdem imperatoris comitatu venisse animo prompto et alacri ad procurandam utriusque Ecclesiæ concordiam, ita tamen ut ab episcoporum et patriarchæ nutu penderet, cum laicus inter eos sententiam dicere non posset. Eo fortassis animo apud imperatorem exposuit quid sibi factu optimum videretur, et consilium de amplectenda unione dedit, quod refert Græcorum actorum scriptor : cujus idcirco fides vacillare non debet. Sylvester enim Syropulus (2) Latinismi non suspectus, refert formulam concordiæ circa quæstionem de processione Spiritus sancti, quæ a Georgio Scholario composita, coram imperatore et Græcorum præcipuis lecta fuerit. Orationum quæ cum iisdem actis circumferuntur, nulla in nostris codicibus memoria est, neque illarum meminit Sylvester Syropulus, et eas Georgio Scholario Matthæus Caryophyllus abdjudicat. Etsi enim non indiligentiæ solum nomine, sed perpetuo adversus Latinos odio suspectissimus Syropulus esse debeat, nemo tamen Græcæ recentioris historiæ vel mediocriter peritus, cujusdam critici præposterum judicium quo homini fidem omnem abjudicat, sequendum existimabit. Sed Allatio potius credet, qui Sylvestrum agnoscit auctorem unum ex asseclis patriarchæ, non eum tamen qualem e cerebro suo effinxit temerarius interpres (3), *linguam et mentem synodi Græcorum, doctum, elegantem, antiquis Græciæ luminibus comparandum*, cum pessime scribat et semibarbare. At ille Georgium Scholarium in synodo cum Marco Ephesio unionem impugnasse non refert, atque ita Actorum Græcorum fidem non impugnat, cum eo tamen Florentia se proripuisse testatur peracta synodo. Nullus interea occurrit sive apud Græcos auctores edtos sive manuscriptos alter, quem Caryophyllus et Allatius designant, Georgius Scholarius, qui Constantinopoli substiterit, cum Joannes Palæologus et Josephus patriarcha, simul cum Græcis aliis, Ferrariæ et Florentiæ unioni sanciendæ operam darent.

Marco Ephesio utebatur familiarissime noster Georgius ; duos autem ejusdem nominis et cognominis eodem tempore, summa doctrinæ, præsertim vero philosophiæ Platonicæ et Aristotelicæ, laude floruisse, iisdem amicis usos, cum circa religionis negotium vehementissime dissiderent, id quidem fieri vix potuisse nemo non videt. At ex meris conjecturis ita statuere, ut Caryophyllus et Allatius fecerunt, sine ullis auctorum testimoniis, confusa et insuper habita temporum ratione, absurdum prorsus est et excusatione caret. Neque enim, ut ita apud se haberent, cæterisque suadere conarentur, alia causa fuit, quam quod Georgium Scholarium, qui Florentino concilio cum purpuratis aulæ Constantinopolitanæ interfuit, ex suasoria oratione qua Joannem Palæologum hortatus est ad unionem, Catholicis adjunxerint, quem deinceps Constantinopolim reversum non agnoscunt. Tunc enim contraria prorsus sensisse illum, certis argumentis ex historia illorum temporum constat, maxime vero scriptis in Latinos acerbissimis, quæ tam singulares Georgii Scholarii auctoris notas præ se ferunt, ut benignam nullam interpretationem aut falsæ inscriptionis accusationem admittant. Hoc

(1) *De consensu*, p. 1522.
(2) Hist. concilii Flor. p. 245.
(3) Rob. Creygthonus in Præfat. ad Syropuli Historiam.

Digitized by Google

autem solo argumento tota Allatianarum disputationum strues nititur, tam in opere *De perpetuo consensu*, quam in *Diatriba de Georgiis*, et in *Exercitationibus adversus Robertum Creyghtonum*. Quod argumentum cogit nos ut de fide Georgii Scholarii sive Gennadii quæstionem instituamus, tanquam institutæ disputationi necessariam.

Statim vero fatendum est non plane constare quæ Florentiæ circa unionem Georgii Scholarii sententia fuerit præterquam ex citatis Actis, act. 25, quæ non quibusdam regiis codd. solum, sed libris vetustis consentiunt antequam Græca Romæ prodirent, atque adeo falsitatis aut interpolationis suspicione vacant. Eum enim reconciliandis in pristinam concordiam Ecclesiis favisse haud mediocriter, non Actorum sola fides confirmat. Ea sive Xanthopulum sive alium auctorem habeant, præstant sane salebrosis Syropuli narrationibus, tum naturali quadam simplicitate et nitore orationis, tum etiam rerum gestarum historia quæ ab Actis Latinis raro dissentit, cum monumentis ecclesiasticis utraque lingua exstantibus, tam editis quam mss., nullo negotio potest conciliari. Ex illorum autem testimonio, ex Epistola ad Magnum ducem et altera ad Ambrosium Camaldulensem, non dubitamus asserere Scholarium cum Græcis aliis præsertim patriarcha Josepho unioni favisse et imperatorem scripta oratione hortatum fuisse, ut illa secundum propositam a Pontifice Romano definitionis formulam componeretur. Orationes tamen illas secundum Caryophylli sententiam aut falsas, aut admodum interpolatas esse, non immerito suspicamur. Nam in plerisque exemplaribus mentio captæ urbis interseritur, cujus clades cum nonnisi post annos duodecim consecuta sit, locum illic non habebat. Ita etiam suadent alia non pauca, quæ in his orationibus a viris doctis observata sunt. Hac occasione propensioris in Latinos animi videtur Marcus Ephesius, arctissima cum Scholario amicitia conjunctus, scripsisse ad illum epistolam, quam edidit Allatius, communicatam a viro cl. Emerico Bigotio, qui eam ex Ambrosianæ Biblioth. Mediolanensis cod. descripserat, et quam integerrimam nacti sumus in optimo codice ms. biblioth. Reg. (1) : Ὅσης ἡμᾶς ἐνέπλησας ἡδονῆς ἡνίκα τῆς ὀρθῆς πίστεως; ἐγένου, καὶ τοῦ εὐσεβοῦς καὶ πατρίου φρονήματος, καὶ τῇ καταδικασθείσῃ παρὰ τῶν ἀδίκων κριτῶν συνηγόρησας ἀληθείᾳ, τοσαύτης ἐκ τοῦ ἐναντίου λύπης καὶ κατηφείας ἐνεπλήσθημεν, ἀκούσαντες μεταθεῖσθαί σε πάλιν καὶ τἀναντία φρονεῖν τε καὶ λέγειν, καὶ τοῖς κακοῖς οἰκονόμοις συντρέχειν ἐπὶ τὰς μεσότητας καὶ οἰκονομίας · *Quantum voluptatis et lætitiæ nobis attulisti, cum rectam fidem, et piam patriamque sententiam amplexatus es et condemnatæ ab injustis judicibus, veritatis patrocinium suscepisti; tantum e contrario mœrore et tristitia repleti sumus, cum ad aures nostras pervenit, te rursum alterata facie pugnantia tenere loquique et cum pessimis œconomis una confluere ad procuranda media unionis et dispositionis.* Ita vertit Allatius; melius dixisset, *ad media quædam et temperamenta*; id enim, ut ex Actis constat, satagebant imperator et patriarcha, Bessarion, Isidorus et alii, quorum in numero tunc erat Georgius Scholarius, ut salva doctrina, integraque disciplina quas a majoribus acceperant, concordia cum Latinis coalesceret.

Quod vero synodum Florentinam designet Ephesius, probant subsequentia Epistolæ verba Ἀλλ' ἐρεῖς ἴσως ὡς οὐκ ἐπὶ τἀναντία γέγονεν ἡ μετάθεσις, μεσότητα δέ τινα καὶ οἰκονομίαν περισκοποῦμεν · οὐδέποτε διὰ μεσότητος, ἄνθρωπε, τὰ ἐκκλησιαστικὰ διωρθώθη · μέσον ἀληθείας καὶ ψεύδους οὐδέν ἐστιν. *Forsan asseres non in contraria mutationem factam, medium vero quoddam et temperamentum investigamus. Nusquam, mi homo, ejusmodi mediis res ecclesiasticæ in melius reformatæ sunt : medium inter veritatem et mendacium nullum est.* Citat verba Gregorii Theologi de synodis Arianorum, quas Caiphæ concilium vocabat, ubi Christus condemnatus esset, mox addit : Ἀρ' οὐ προσήκει ταῦτα τῇ νῦν ἡμετέρᾳ συνόδῳ · καὶ πάνυ μὲν οὖν, φαίην ἂν ἔγωγε. Et infra : Καὶ ἔστιν ἀράχνης ὀφαίνουσι, καὶ ὄντως ἱστὸς ἀράχνης ὁ παρ' αὐτῶν συντεθεὶς καὶ ὀνομασθεὶς ὅρος. *Nonne hæc conveniunt huic nunc congregatæ nostræ synodo, et omnino sane mea quidem sententia... Telam aranearum texunt; vere enim araneæ tela est, composita et ab ipsis nominata definitio.* Hortatur fugere Sodomam et Gomorrham : reprehendit quod dignitatis et divitiarum amor, et alia mundana commoda eum perverterint, jubet cogitare quam cito finem acceptura sint et judicium subeundum. Ὥσπερ ἡ ψευδώνυμος σύνοδος ἀπαιτήσεται τὸ αἷμα τῶν ἀπολλυμένων ψυχῶν, τῶν σκανδαλισθέντων ἐπὶ τῷ μυστηρίῳ τῆς πίστεως, τῶν τὴν ἀφόρητον βλασφημίαν καὶ ἀσυγχώρητον ταῖς ψυχαῖς ὑποδεξαμένων τὴν κατὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ εἰς δύο τολμώντων ἀρχὰς ἀναφέρειν τὴν αὐτοῦ ὕπαρξιν, τῶν ὑπαχθέντων τοῖς ἀθέσμοις καὶ Λατινικοῖς ἔθεσιν : *Ut etiam pseudosynodus rationem reddere cogetur sanguinis pereuntium animarum, eorum qui scandalizati fuerunt in mysterio fidei, qui intolerabilem blasphemiam et irremissibilem contra Spiritum sanctum amplexi sunt, quique audent ad duo principia ejus subsistentiam referre, qui illegitimis Latinorum ritibus abduci se passi sunt.*

Hanc Epistolam Florentiæ scriptam oportuit statim atque Scholarius orationem illam exhibuisset, cujus in actis Græcis mentio est, vel saltem paulo postquam Constantinopolin Græci redierunt. Neque interest quod uterque Ephesius et Scholarius

(1) Allatius in Creygth., p. 88.

Digitized by Google

Florentiæ simul essent. Sed Ephesium verisimile est quo plus haberet ponderis ejus oratio, eam scripto comprehendisse. Sane tam perspicue synodum Florentinam designat, ut Allatius ipse, qui nodos ejusmodi sæpius rescindere quam explicare solet, aquam sibi hærere non diffiteatur, sed recurrit ad suum illum Scholarium sive Gennadium schismaticum, ad quem datam arbitratur, nulla ratione fultus, quam quod si ad Scholarium qui cum imperatore ad concilium venit, scripta sit, concidit tota duorum Gennadiorum fabula. At cum liquido appareat non alium hoc loco designari, quam virum doctissimum, philosophum, in amplissima dignitate constitutum, qui ad concordiam reliquos hortatus fuerit, quod de suo Gennadio schismatico ne suspicatur quidem Allatius, hæc in larvam illam cadere non possunt, Gennadium nempe alterum, qui obscurus in cella, solo in Latinos odio commendatus, ante captam urbem diem suum obiisse dicitur.

Verum etsi Scholarius Florentinam unionem oratione laudaverit, non tamen eam subscriptione firmavit, cum laici non subscripserint. Atque ita nihil propemodum egisse sibi visus est, quasi oratoris potius more sententiam dixisset imperatori perjucundam, Græcorumque afflictis rebus commodissimam. Atque ita Constantinopolim reversus, Marco Ephesio reconciliatus est, et a Latinis Henoticisque abalienatus, unde in Joannis Palæologi offensionem incurrit, quod habemus ex ejus Apologetica ad Constantinum oratione, quæ Allatio nunquam visa est. Nulla toto intervallo temporis quod inter Florentinæ synodi finem, et Joannis Palæologi obitum intercessit alterius Georgii, sive Gennadii mentio est, sed tantum hujus nostri qui conjunctissime cum eo vixit, qui suos ei pro Aristotele contra Gemistum libros dicavit, qui morienti adfuit, et Deo teste multis præsentibus Ecclesiæ suæ adversus Latinos defensionem in se recepit, quique tot libros edidit quibus unio Florentiæ facta convelleretur, qui Græces antistites adhuc laicus a coronando Constantino deterruit, et tandem in monasterium se recepit paulo ante captam urbem. Quæ omnia ex sola ad Constantinum epistola tam perspicue demonstrantur, ut in obscurum alterum Gennadium cadere nequaquam possint, quem Florentiam ivisse, unioni favisse, philosophum, judicem primarium Notaræ amicissimum (1), Italis doctis conjunctissimum, Marci Ephesii discipulum et pernecessarium fuisse, nemo unquam ullo idoneo testimonio probare potest, multo minus id quod Allatius palmarium argumentum habet, Scholarium non nisi postquam dignitatem abdicasset, monasticam vitam professum esse.

Quia vero illum in eamdem semper, quam Florentiæ significaverat, concordiæ cum Latinis sanciendæ sententia fuisse existimavit, non mirum si quem Latino homini infensissimum esse negare non poterat, alium fuisse existimavit. Alius nempe factus est dum mutavit sententiam, tot Græcorum antistitum exemplo, qui unioni subscripserant, quod Scholarius non fecerat. Quo vero circa Florentinam synodum animo fuerit, nemo jam conjecturis assequi divinando debet, sed ejus orationibus credere. Præcipua est valedictoria ad Constantinum, in qua non aliam inimicis suis calumniandi causam fuisse testatur, quam quod innovationi per definitionem synodalem factæ totis viribus obsisteret. Idem probant varia adversus Latinos et Latinophronas scripta, disputationes cum Cortonæ episcopo, et alia quæ vel supra designata sunt, vel in Notitia ejus operum designabuntur: tum quæ sub Isidori cardinalis adventum, et in ipsa obsidione scripsit, tandem Oratio codici Magnæ Ecclesiæ inserta, cum patriarchale munus deposuit. Priores enim demonstrant eum qui judicis primarii dignitate ornatus, Florentiam in imperatoris comitatu profectus est, ipsum esse qui tantas contra Latinos et Florentinam unionem turbas excitavit: posteriores eumdem patriarcham primum designatum, ex quo Constantinopolis in Turcarum potestatem venit, omnes inter se consentiunt et lucem alteræ alteris fœnerantur, ut insititium illum nullo neque loco neque tempore consistere patiantur.

Operæ pretium est ipsius Gennadii de seipso scribentis verba referre ex inedita Epistola ad cives suos ecclesiasticos et seculares, scripta sex ante captam urbem mensibus. Postquam initio questus est peti se variis inimicorum calumniis, intentari minas: *Non alia*, inquit, *ratione nisi quod nolumus separari a patria traditione, et simul cum ipsis impudentes contra Deum esse. Nisi desidero pacem Ecclesiarum, et concordiam Christianorum omnium, sed veram, spiritualem, ecclesiasticam, justam et salutarem, vita mea pace careat. De primo autem capite, nempe quod religionem attinebat, dico et testor quod hanc ego sanctam matrem Ecclesiam cum aliis tribus sanctissimis patriarchis habui semper et habeo tanquam veram Matrem orthodoxorum Christianorum, in qua, sicut initio prædicationis evangelicæ, juxta Domini prædictionem fidei probatio efficaciter perficitur, ex omnibus apostasiæ incursibus. Omnia etiam hujus Ecclesiæ dogmata amplector tanquam divina, verissima et salutaria, quorum unum est, quod Spiritus sanctus ex Deo et Patre procedit sive subsistit, quemadmodum habetur in Symbolo omnium generalium conciliorum Neque enim ex Patre et Filio, ut Latinorum Symbolum dicit, et Florentina synodus inauditis explicationibus exponit. Amplector factam contra Beccum Latinophronem sanctam et magnam synodum, et eam firmiter inter œcumenicas collocandam cen-*

(1) Vide infra Gennadii et Notaræ amœbæas epistolas. Edit.

Digitized by Google

seo, quia schismatici absentia œcumenicæ synodo qualitatem non tollit. Ejusdem terribilem sententiam cum sententiis et anathematismis trementer suscipio, tanquam sacram et divinam sententiam, quæ de Latinorum dogmatibus, et de Papæ commemoratione convenientia decreta statuerit, Persisto in ea promissione qua me obstrinxi beato Ephesino episcopo, cum ad Deum migraturus esset, coram Deo, angelis et hominibus, et disputationibus quas habui adversus episcopum Cornotæ ad demonstrationem veritatis quam profitemur, ut etiam diversis operibus quæ pro patria fide, divino munere publicavi : confessione quoque fidei meæ, vel potius catholicæ Ecclesiæ, quam ante biennium accurate elaboratam evulgavi : subscriptionibus etiam quas cum ecclesiasticis viris, eadem nobiscum sentientibus scripto firmavimus legati tempore, et deinde post legationem domini Brennii, cujus particeps nullo modo fui, cum nusquam Papæ commemorationem suscipere statuissemus, quandiu circa præcipua fidei dogmata divisi et discordes essemus ab eo secuti prædictæ synodi definitionem, patrum nostrorum magistrorumque omnium.

Idem in epistola ad Sylvestrum magnum ecclesiarcham, et ad Agallianum chartophylacem, reliquosque ecclesiasticos scripta cum Liturgia publice celebraretur post renovatam unionem cum Isidoro cardinale Russiæ legato apostolico, postquam excusavit se quod vocatus ire ad synodum renuisset. *Ad quid porro hæc synaxis habita est ? Nempe quia ex quo unio per populum facta est (vah ! nam divisio est a Deo), ecclesiasticorum consensum obtinere gestiunt. Relinquite me horum inexpertum, meam enim de hoc negotio sententiam millies dominus noster imperator, et ejus consiliarii, et vos omnes perspexistis. Ante hos siquidem dies misi ad eum per venerabilem monachum et sacerdotem D. Ignatium capitula duodecim de hoc argumento, quæ et ipsi vidistis. Ego vero aliud quid ab eo quod nunc dico, nunquam dicam, quandoquidem Florentinam illam synodum eo loco habeo, quo apud Deum est, et veritas docet, Christianique omnes legitimi Ecclesiæ Orientalis filii juxta sanctorum Patrum sententiam et conscientiam suam sentiunt, et ut clarius dicam, eam synodum talem existimo, qualis pseudo-œcumenica illa sub Constantio fuit, quæ Consubstantiale, ut sibi videbatur, sustulerat. Quoniam item mea sententia est, quod qui Papæ commemorationem facit, aut facienti communicat, etiam consilio aut adhortatione, talis apud me est, qualis is quem damnavit sancta et magna synodus Constantinopoli congregata, quæ Latinorum doctrinam examinavit, Beccumque tunc, et qui eadem cum illo sentiebant, deposuit. Neque existimo leve quiddam esse Papæ, aut alterius cujusdam episcopi commemorationem. Sed spiritualis paria sentientium communio, et perfecta subordinatio erga legitimos pastores, in commemoratione illa consistit. Synodi vero et SS. Patres definiunt, ut a quorum opinione abhorremus, eorumdem communionem fugere oporteat. Multa alia ejusmodi definiunt vobis haud ignota. Præ omnibus vero Dominus dixit : alienum non sequentur, sed fugient ab ipso, quia non norunt vocem alienorum. Absit quoque ut Ecclesiam meam, quæ sancta est Orthodoxorum mater, faciam hæreticam, suscipiens Papæ commemorationem, quamdiu Papa ea confitebitur et credet, quorum causa a nostra Ecclesia non suscipitur. Si quis enim nunc confiteatur eum recte dispensare verbum veritatis, fatetur is majores suos fuisse hæreticos. Sententia igitur mea talis est, fuit et erit, eroque extra communionem Papæ, et omnium qui illi quocunque modo communicant, ut patres nostri, quorum pietatem imitari nos decet, cum nec sanctitatem, nec sapientiam illorum habeamus.* Hæc sane oratio non est Latini hominis, aut ejus qui in Romanorum sententiam transierit. Est autem ejus qui in aula vixerat, qui Florentiam profectus erat, quique patriarcha post captam urbem statim creatus est : quod non sola probat codicum mss. fides, sed vel una epistola ad omnes fideles valedictoria cum dignitatem deponeret, abunde confirmat.

Porro quæcunque de duobus Gennadiis sive Scholariis a Caryophyllo aut Allatio disputata sunt, præter ea quæ carptim delibavimus, non tanti videntur esse, ut ad singulare examen revocanda sint. Id enim non nisi prolixa et tædiosa commentatione potest absolvi, sed absque ullo operæ pretio. Nam cui semel perspecta fuerit brevis, quam ex certis monumentis delineavimus, Historiæ Gennadianæ synopsis, is statim intelliget, in quibus et quoties hallucinatus fuerit vir doctissimus. Mirari vero satis non possumus eum, cum primum in opere *de perpetuo consensu* (1), edito anno 1644, contentiosum hunc de duobus Gennadiis funem ducere cœpisset, deinde paulo post Dissertationi de Georgiis (2) totam suam verbotenus disputationem inseruisset, post annos triginta non secundis aut tertiis vel tricesimis curis meliorem factam in opere contra Creyghtonum recoctam iterum dedisse, ita ut verba ipsa, jocos, sales religiosissime, ne mutato quidem apice, servaverit. Qui itaque unam harum Dissertationum novit, ambas alteras noverit.

Fefellit virum doctissimum Caryophylli judicium (*a*) de duobus Gennadiis, quæ opinio cum ad asserendum catholicæ Ecclesiæ Gennadium commodissima videretur, eam, quo se duceret non satis prævidens, secutus est non alio fine, quam ne periret auctoritas Apologeticarum pro Floren-

(1) Lib. III, c. 5.

(2) In Georgio Scholario.

(*a*) Præf. ad Gennadii Apologiam pro quinque capitibus concilii Florentini. Romæ, 1628, 4°.

Digitized by Google

tina synodo orationum, quæ tanti non erat, ut totam ideirco ecclesiasticæ historiæ recentioris seriem conturbari necesse foret. Caryophyllo duplicem Gennadium cur primus somniaret, ratio nulla erat, nisi quod ita ex collectore *Bibliothecæ Patrum* Margarino Bigneo didicerat, quo nemo fortassis in ferenda de veterum scriptis sententia infelicior fuit, ex Bellarmino et aliis, quorum critice in exscribendis aliorum commentariis tota constabat.

Sane ex iis quæ supra disputata sunt, tam constat apud nos Gennadium schismaticum pertinacissimum et furiosum fuisse, quam quod certissime. Atque ita hujus Homiliæ quam edimus, major omni exceptione auctoritas esse debet. Solent enim Protestantes, si quod ex Græcorum qui ante quadringentos annos scripserunt, libris testimonium proferatur, statim inclamare, quod fuerit Latinis addictus. Qua vero ratione in λατινοφρονήσεως suspicionem vocari possit Gennadius, qui Latinos tam virulente insectatur, qui pro hæreticis habet, et illos ad communionem admitti vetat; qui additionem Symbolo factam, processionem sancti Spiritus a Patre et Filio, Azyma, Purgatorium, et ea ipsa quæ non inter necessaria fidei capita apud nos habentur erroris aut hæreseos, tam aperte condemnat (1); qui anathema Joanni Becco dicit, et pseudo-synodum, in qua vir pius et multis nominibus venerandus damnatus est, amplecti se multoties testatur; cujus denique hortatu et consilio monachi et moniales a communione Latinorum palam recesserunt, et sancta etiam profanum in modum conculcaverunt; qui in Marci Ephesii verba juravit, quique palam profectus est ἀκοινώνητον erga Latinos mansurum se, donec Romana Ecclesia tot hæreses, quarum illam ubique postulat, abjurasset. Hæc igitur refellenda incumbunt Protestantibus, antequam Gennadium de Eucharistiæ fide nobis testimonium perhibentem ex testium numero rejiciant. Ut autem id efficiantur, non inanes conjecturas, sed certa argumenta ab ipsis postulamus.

Quæ vero ex nostris auctoribus in contrarium adducere solent, ea habebimus omnino nihili. Neque enim si quid Allatius, Caryophyllus, Arcudius aut alii de Græcorum rebus scripserunt, legis aut edicti perpetui apud nos vim obtinent, ut reclamare non liceat; multo minus scripta a sordidis auctoribus, quorum testimoniis Claudius tam inutiliter abusus est, ut Orientales Calvinistis adjungeret, cum ante annos centum et decem Lutheranis Wirtembergensibus, quorum tolerabilior sententia erat, tam perspicue significaverit Jeremias patriarcha, quantum illa sibi et toti Ecclesiæ Orientali displicerit.

Verum quia Jeremias vocem Transsubstantiationis non usurpavit, quamvis rem vere significatam docuerit, ut Wirtembergenses ipsi qui Acta ediderunt, nota ad marginem testati sunt, nata inde nova argumentorum seges, in qua Thomas Smitheus Ecclesiæ Anglicanæ theologus se exercuit. Ediderat Constantinopoli redux epistolam de Græcarum Ecclesiarum statu, in qua virum doctissimum Richardum Simonem impugnaverat, quod in Historia fidei Orientalium Græcos præsentiam realem, et transsubstantiationem credere firmissimis argumentis docuisset. Quia vero Smitheus ita statuerat *primum aut saltem inter primos* qui μετουσιώσεως voce usi forent, Gabrielem Philadelphiæ metropolitam fuisse, Gennadii testimonium opposuerat R. Simon ex brevi illa homilia quam Syrigus operi suo inseruit, quod opus a nobis acceperat. Smitheus in prima Miscellaneorum suorum editione, cum ex illo solo testimonio totam evanescere de Gabriele suam divinationem videret, Gennadii opus ut ὑποβολιμαῖον scriptoris rejecit. At doctissimus ejus adversarius dissertatione vernacula (2) *De fide Ecclesiæ Orientalis circa transsubstantiationem*, illum ita confutavit, ut is responsione *Adversus cavillationes Simonii*, nam ita illam inscribere placuit, nihil quod ad rem faceret, respondisse agnoscatur.

Cum igitur in prima dissertatione homiliam brevem, aut epistolam, si quidem talis videri etiam potest, quæ ex Meletii Syrigi libro producta fuerat, rejicere satageret, hæc argumenta protulit, Gennadium ait Catholicis addictissimum fuisse, solo testimonio Allatii et aliorum qui Georgium Scholarium et Gennadium duplicem faciunt, cum ex iis quæ superius exposita sunt, satis constet unum eumdemque Scholarium et unioni promovendæ dedisse operam cum esset Florentiæ, et mutata sententia, acerbissimis deinde in Latinos odiis apud suos inclaruisse.

Aliud argumentum sumit ex Allatii, Possevini aliorumque silentio, quibus nunquam hæc homilia lecta fuit, etsi ille diligentem in Gennadii scriptis investigandis navavit operam. Judicium sit penes eos qui Allatianum Indicem cum nostro conferent, an hac invidiosa laude dignus sit Allatius. Possevinus multis aliis nominibus, sed nunquam a diligentia in recensendis auctoribus laudatus est. Quis omnia se vidisse audeat venditare, nisi quibus hæc studia ignota sunt? Habuimus ex bibliotheca Regia codd. mss. qui tam proxime ad Gennadii ætatem accedunt, ut statim ab ejus obitu, aut ipso etiam superstite scripti videantur, imo nonnulli ipsius, ut non vana conjectura est, manu emendati. In iis leguntur inter multa alia Epistolæ et Orationes quas Gennadius cum in monasterium se reciperet, et cum patriarchalem dignitatem abdicaret, scripsit, quæ totam de Gennadii

(1) Epist. ad Maximum et monachos alios Montis Sinæ, ms.
(2) Ed. Lutetiæ 1687.

Digitized by Google

duobus disputationem evertunt. Neget quispiam genuina hæc esse, habebit idem in Allatii silentio præsidium.

Quotidie ex bibliothecarum forulis multa doctissimis viris incognita eruuntur : neque mirum exstare in Gallicanis, quod in Romanis non exstabat. Regiam Vaticanæ conferri non fert Smitheus æquo animo : cur tandem ? Nam quid sua refert quæ illarum ditior sit ? Nempe ut ex Vaticanæ laudibus regiæ invidiosam suspicionem comparet, quasi quod in altera deest, in alia esse non possit ; aut si reperiatur, debeat adulterinum judicari.

Hanc vero homiliam, inquit Smitheus, *non in codicibus Regiæ bibliothecæ, sed apud D. Burdelotium exstare dixit Simonius, frigide quidem et admodum parce... titulo homiliæ tantum addito. Neque enim an singulæ harum homiliarum nomen Gennadii tanquam veri auctoris prætulerint, per ipsum scire nobis licet. An non debuit ille codicem illum una cum cæterarum Homiliarum titulis suspicionis ne quisquam impostor vafritie non insolita nomen Gennadii forte ementitus fuerit amovendæ causa accuratius et specialius deseribere ?* Nunquam Burdelotii Simonius meminit, aut codicem apud eum exstare dixit. Quid sit *frigide* aut *parce* codicem designare non satis capimus. An quod nimium multi faciunt, verbosissime commendare, et sæpius parum fideliter ? Quot enim sunt qui ἀπόγραφα sua sæpe mendosissima mss. codicum loco laudaverunt, quod qui apud nos faceret, non intactus esset a sibilo.

Codex ipse, ut judicaverunt viri in antiquitate Græca exercitatissimi, talis est, ut de ejus αὐθεντίᾳ nemo præter eos qui illum non viderunt, dubitaverit. Habuit illum Nointelius a Panaglotte ; nos a Nointelio. Cur porro de suspicione amolienda quisquam cogitaret, quæ sine summa calumnia cogitari multa posset ? Exstat homilia cum aliis Gennadii operibus, quæ certissime illius esse non modo multorum codicum consensus, sed Græcorum testimonia confirmant. In ea quam laudat Meletius Syrigus, alterius quam edimus : *in infelici palatio*, coram imperatore et senatu pronuntiatæ auctoritas stabilitur. Laudat eam Callinicus patriarcha Constantinopolitanus ex recentioribus in synodica sua, et alii magno numero.

Sed Meletium Syrigum repellit Miscellaneorum auctor tanquam *Græculum tenebrionem, partium studiis addictissimum, Romæ, nisi fallitur* (vehementer autem fallitur) *educatum*. At nemo fortassis inter Græcos recentiores majori doctrinæ et ὀρθοδοξίᾳ laude floruit, commendatus scilicet tum ab eo qui ante paucos annos Constantinopoli sedebat Callinico, a Dionysio, Parthenio : tum Nectario et Dositheo Hierosolymitanis patriarchis, cujus opus adversus Cyrilli capitula ab anno 1640, quo perfectum fuit, huc usque laudatum, ne levissima quidem censura perstrinxit.

Tenebrionem nemo unquam appellavit eum, qui esset doctor Evangelii in Ecclesia Constantinopolitana : qui synodo an 1638 sub Cyrillo Berrhœensi adversus Cyrillum Lucarin habitæ interfuit, et eam subscriptione firmavit : qui a Parthenio seniore patriarcha Constantinopolitano in Moldo-Blachiam missus, decretis adversus ejusdem Lucaris Confessionem scribendis adfuit : tum ea ut patriarchalem confirmationem acciperent, Constantinopolin tulit : qui inter alios omnes theologos ab eodem designatus est, ut orthodoxam Confessionem, quæ primo ad Russicarum Ecclesiarum usum composita fuerat, recenseret et expenderet : quæ deinde totius Græcæ Ecclesiæ consensu tanquam communis fidei verissima expositio probata, et bis edita, tractatur Græcorum omnium manibus. Si hæc Constantinopoli Smitheus non didicit, culpa ipsius est ; sed editus est, ut Venetiis ad nos scriptum nuper fuit, liber ipse Meletii adversus Cyrilli Confessionem, et illius tanquam editi in Moldavia meminit Petrus Allixius vir doctissimus. Ea porro editio cum Græcorum opera prodierit, non est jam ullus adversus Meletii Syrigi fidem suspicioni locus. Non enim *tenebrionum et partium studiis addictissimorum hominum*, sed eorum qui in clara Ecclesiæ Græcæ luce, doctrinæ et pietatis laude floruerunt, scripta huc usque Jasii aut Buchorestæ excusa sunt.

Quod porro nos ex libris didicimus, si Constantinopoli Smitheus non audivit, nostra non refert : sed Parthenius et Dionysius patriarchæ Constantinopolitani, Nectarius et Dositheus Hierosolymitani, et alii qui orthodoxam Confessionem testimoniis suis ornaverunt, et omnibus suis tanquam fidei regulam commendaverunt, testes hoc in argumento locupletiores Smitheo esse nemo non fatebitur.

Miratur quomodo illius homiliæ non meminerit Jeremias patriarcha adversus Wirtembergenses scribens, atque novum inde argumentum illi nascitur, quo suspicionem confirmet. At cum de processione Spiritus sancti tam fuse contra eosdem disputaret, de prolixo ejusdem Gennadii adversus Latinos opere circa eamdem theologiæ partem, verbum non fecit, ut neque meminit multorum aliorum ex Græcia theologorum, quorum scripta vel edita sunt, vel in bibliothecis servantur. Qui ex tam levi conjectura opera auctoribus abjudicaret, ridiculus foret. Nempe movisset Lutheranos Gennadii auctoritas, quibus exprobrat ultimis litteris Jeremias, quod sanctorum Patrum veterum auctoritates insuper haberent.

Nihil quoque esse in tomis adversus Latinos duobus quod homiliæ similem doctrinam repræsentet, res suspicionis plena Smitheo videtur. Merum potius et monstro simile fuisset, Gennadium de Spiritus sancti processione disserentem, deque aliis inter suos Latinosque controversiis, alieno plane in loco de Eucharistiæ fide disputasse, de qua inter utrosque perfectam consensionem esse non ignorabat. Disputatum erat acriter Ferrariæ

Digitized by Google

et Florentiæ inter Latinos et Græcos, præsertim de Azymis, materia scilicet in qua celebratur Eucharistiæ sacramentum; cedat Smitheus vel auctorem Græcum unum (neque Sylvestrum Syropulum excipimus) qui Latinos a Græcis de aliquo errore circa Eucharistiæ fidem insimulatos commemoret. Contra cum Bohemi, eamdem prope quam Reformati, de eodem sacramento opinionem haberent, videat in ipsius Syropuli narratione quam graviter Græci tulerint, quod in prima decreti ad concilium celebrandum formula Bohemis comparati quadam ratione fuissent, quos *multis et pessimis hæresibus laborare* agnoscebant. Quod igitur non modo in duobus illis voluminibus contra Latinos, quos Smitheus nunquam vidit, tum in multis aliis adversus eos scriptis, quorum indicem dabimus, nihil de Eucharistiæ controversiis reperiatur, certissimum integræ circa illum articulum concordiæ argumentum erat.

Verum, tantum abest ut vim illius agnoverit Miscellaneorum auctor, nihil ut potius duplici sua Dissertatione designare videatur, quam causam suspicionis adversus Gennadium et ejus homiliam, in ea non sententiarum modo, sed etiam vocum conformitate subesse gravissimam. Nempe si Clandio Carentoniano credendum est; neque enim ullum Smitheus ex Græcia, vel ex Orientalibus provinciis, alium hujus paradoxi auctorem habet, cum realis præsentiæ, multo magis transsubstantiationis dogma et nomen omnibus in Oriente Christianis ignotum huc usque fuerit, qui utrumque admittunt, pseudo-Græci sunt et Λατινόφρονες. Hoc si a Claudio demonstratum Smitheus existimat, ut non uno loco satis significavit, nos potiori jure, ne verisimilem quidem conjecturam eum attulisse probatum invicte a nostris theologis existimamus. Res in medio relinquatur, ut in ejusmodi quæstionibus fieri debet: ne syllabam quidem habent Protestantes, qua probari Claudiana censura possit: tota enim argumentorum vis in hoc uno erit, quod Græci et doctrinam et vocem ante Gabrielis Philadelphiensis metropolitæ tempora non usurpaverunt. Sciunt porro omnes quantum in similibus controversiis fallat sæpe argumentum illud quod vocant negativum. Quod si alicujus momenti est, ut sane sæpe cum judicio potest adhiberi, eo quoque utemur catholici, sed certiori et evidentiori. Nam cum extent Græcorum adversus Latinos libri tam editi quam mss. magno numero, extent acta et monumenta rerum ad concordiam procurandam inter utrosque gestarum, nihil occurrit unde vel Latinos a Græcis accusatos esse constet, quod transsubstantiationem docerent; aut a Latinis Græcos, quod illam rejicerent.

Accedit alia magnæ auctoritatis probatio ex disciplina Græcorum, quæ non heri aut nudius-tertius inventa, sed a multis sæculis huc usque observata, ejusmodi est, ut absque realis transmutationis fide consistere nequeat. Nam ritus et preces quibus Liturgia celebratur, circumlatio panis et calicis, antequam consecrentur, et eorum veneratio ex futura mox consecratione: communionis distribuendæ forma; particularum conservatio ad infirmorum viaticum, Missa præsanctificatorum, et tam multa alia certa ejusdem fidei argumenta sunt, unde quidquid simile occurrebat in Latina missa, statim Protestantes sustulerunt.

Quasi tamen de re minus quam de voce ageretur, nisi transsubstantiationem expresse nominaverint Græci, vetat Smitheus existimare quidquam eos de reali substantialique transmutatione cogitasse. Quia igitur Claudius ita statuerat, Gabrielem Philadelphiensem primum fuisse a quo μετουσιώσεως usurpata vox fuisset, Smitheus *primum aut inter primos;* Gennadii vero testimonium omnes illius rationes evertebat, suppositititium illum scriptorem esse jussit. Neque enim alia judicii tam præcipitis ratio quærenda est, cum ex duplici ejus opusculo eum de Gennadio nihil omnino scivisse præter pauca nec vera quæ ex Allatio didicerat, manifestum sit: quibus si quis acquiescat, illius non est de Gennadio aut illius operibus ferre sententiam. Nihil ergo Miscellaneorum auctorem movit, ut homiliam falsam judicaret: Gennadiumque, si auctor illius foret, Latinismo imbutum, quam mendacissima illa Claudiana hypothesis, quæ neminem Græcum legitimum agnoscit, nisi qui præsentiam realem et transsubstantiationem rejiciat.

Quam porro falsa illa foret, ex Gabriele Philadelphiensi satis fuerat demonstratum. Larva ille primum Claudio fuit, liberque fictitius: ita quippe videbatur homini minime Græco, ut admiratores ejus negare non possunt. Supererat secundus actus fabulæ, ut primus qui vocem *transsubstantiationis* usurpasset, Gabriel foret: mox non *primus aut inter primos*. Fidem omnium appellamus qui Græcos auctores legerunt, an ullum repererint, qui eo nomine Gabrielem laudaverit aut accusaverit, quod *primus aut inter primos* vocem eatenus inusitatam mysterio Eucharistiæ explicando adhibuerit. At erat sane locus laudandi illius Meletio Syrigo, cum de μετουσιώσεως voce disputaret, fatereturque eam primis Ecclesiæ doctoribus usurpatam non fuisse, sed a posterioribus recte ad fidem explicandam postea adhibitam.

Cum igitur Gennadii testimonio everteretur prorsus Smithei conjectura; nam ex eo constabat non ante centum annos, sed centum et sexaginta aut amplius vocem eam usurpatam, non ex falsissima hypothesi, saltem valde dubia, et probationibus destituta, convellenda erat Gennadii auctoritas; sed ex Græcorum testium fide, quos nemo audiri in rebus suis debere negaverit: aut saltem illud evincendum et dogma et vocem ab ipsis pariter ignorari. Si Cyrillum Lucarin excipimus, nullus Græcus theologus et vocem et dogma non probavit. Gabriel Meletiusque Syrigus laudantur ab omnibus, tanquam veri græcæ doctrinæ interpres. Cyrillus judicius

Digitized by Google

synodalibus damnatus est : refutata ab eodem Syrigo fuit illius Calvinistica Confessio : et contra hæc testimonia quæ Actis et Confessionibus multis ex Oriente missis confirmata sunt, audet quisquam conjecturas inanissimas opponere.

Primus aut inter primos, si Smitheo credimus, Gabriel Philadelphiensis Transubstantiationis vocem usurpavit, anno 1600, quo libellus illius editus est. Sed Meletius Piga, patriarcha Alexandrinus in epistolis ann. 1593 et 1594, eam vocem adhibuerat, ejusque sensum et consectanea accurate explicaverat, indicans simul tractatus alios suos in quibus fusius de eodem argumento pridem disseruerat. Latinismi suspectus esse non potest, quem impense Georgius Douza et alii Protestantes laudaverunt, eo præsertim nomine, quod concordiæ inter Poloniæ regno subditos Græci ritus et Catholicos conciliandæ acerrime restitisset. An subditilias illas epistolas esse Smitheus dicet ? Verum eas ex authentico exemplari descriptas Constantinopolin ad Panagiottem misit Paisius Alexandrinus patriarcha : et Constantinopolitanus Callinicus in synodali definitione anni 1691, inter eos qui transsubstantiationis voce usi sunt, Meletium Pigam numeravit.

Eadem auctoritate patriarchæ Constantinopolitani, et Dosithei patriarchæ Hierosolymitani confirmatur ea quam Smitheus oppugnat Gennadii homilia. Verba sunt : *Usa porro ea* (voce *transubstantiationis*) *Ecclesia est, quoniam nec æquivocis subjicitur, et superat omnium hæreticorum sophismata. Nec eam a Latinis mutuata est, sed est ea voce ditata ante annos plurimos, a domesticis et legitimis suis orthodoxis doctoribus, ut promptum videre est ex commentariis veræ religionis defensoris illius domini Gennadii patriarchæ Constantinopolitani, qui coram orthodoxis imperatoribus, et piis patriarchis ac sacro senatu, ipsisque doctoribus rectæ fidei nostræ, per hanc vocem ut ante cognitam, atque ab Ecclesia receptam, pro hoc mysterio depugnavit.* Edita est Græce synodalis illa Definitio Josii in Moldavia, anno 1694, a Dositheo Hierosolymitano in libro contra Joannem Caryophyllum Logothetam, sed cum huc usque illum habere non potuerimus, versionem damus Nicolai Comneni Papadopoli, insertam Epistolæ ad Chrysanthum Notaram Cæsareæ metropolitam, quæ edita est Venetiis an. 1705.

In ea porro synodica Definitione duo sunt quæ diligenter observari operæ pretium sit. Primum, Homiliam quam publici juris facimus, patriarchis duobus Callinico et Dositheo, tum metropolitis et episcopis qui scribendo adfuerunt, fuisse notissimam : atque adeo de ejus αὐθεντίᾳ dubitare neminem posse, nisi qui ἀκοσμίαν Smitheanam talibus testimoniis præferendam existimarit. Alterum est, quod antistites ipsi Græci testantur Gennadium vocem μετουσιώσεως usurpasse, ut pridem cognitam, idque verissime ab illis observatum fuit. Cum enim homiliam illam declamaret in palatio coram imperatore, episcopis et senatu, erat adhuc sæcularis : nemo autem suspicabitur ab homine, docto quidem, sed laico, ignotam nec usu stabilitam in mysterio explicando vocem usurpari potuisse, nullo episcoporum aut theologorum reclamante.

Sed Callinicus, Dositheus et alii Græci antistites erunt Smitheo Λατινόφρονες novi scilicet et huc usque ignoti generis ; nam cum ea vox usurpari cœpit, nullos alios quam qui stabilitam Florentiæ fidei Definitionem amplectebantur, designabat. Verum non Constantinopoli, sed in Claudii libris didicit Smitheus Λατινόφρονας esse, qui realem præsentiam et transsubstantiationem crederent. Erunt igitur etiam isti, ut illi qui synodo Hierosolymitanæ subscripserunt, in eadem Λατινοφρονούντων classe, qui tamen primatum Romani Pontificis negant, qui Spiritum a Patre solo procedere credunt, docent tandem reliqua quæ Romæ damnantur. Ea ratione Gennadius et ejus homiliæ ab ipso proscribuntur : nam aliam nullam habet ; adeoque si Gennadius Latinismi suspectus est, eadem suspicione involvi oportet Meletium Pigam, Gabrielem Philadelphiensem, Georgium Coressium, Meletium Syrigum, Cyrillum et Parthenium, qui in synodis, ann. 1638 et 1642, Lucaris confessionem ut hæreticam damnaverunt : omnes metropolitas et episcopos, aliosque ecclesiasticos qui decretis subscripserunt, ut eos qui synodi Hierosolymitanæ anno 1672 Decreta confirmaverunt, Nectarium Hierosolymitanum, omnes tandem Græcos sincerissimos, si qui unquam fuerunt. Nullus enim eorum est, qui Decreta adversus Cyrillum Lucarin non amplexus fuerit, quique eadem sentientibus ac nefarius ille fidei vitæ proditor, anathema non dixerit. At omnes illi tandem ita Latini sunt, ut plerique adversus Latinos stylo acerrimo decertaverint, quo nomine laudantur a suis ut Græcæ Ecclesiæ insignes theologi, illiusque defensores. Si igitur sinceri Græci non sunt, ubi tandem Græca Ecclesia ab annis ducentis fuit ; omnes enim quoscunque ex historia et libris novimus, Græci, aliam fidem non habuerunt. Verum opponit Smitheus Cyrillum Lucarin, Zachariam Gerganum Artæ exiguæ urbeculæ episcopum, et Metrophanem Critopulum. Nova jura condenda sunt, ut tribus testibus fides habeatur contra mille alios, imo contra publicum et multoties renovatum totius Ecclesiæ Græcæ testimonium. At illorum primus anathemate damnatus est, proscriptaque judiciis publicis synodalibus quatuor Calvinistica ejus confessio Constantinopoli scilicet, annis 1638, 1642, et 1691, Hierosolymis anno 1672, quæ judicia retractata nunquam fuerunt, cum eas omnes sententias Dositheus Enchiridio suo in Moldavia edito inseruerit. Gerganus, vix notus inter suos, tot patriarchis et episcopis opponi non potest. Metrophanes si vere et ex animi sententia eam confessionem edidit quæ Helmstadii excusa est, se ipse retexuit ; nam patriarcha Alexandrinus cum esset, synodi Constantinopolitanæ Decreta subscri-

Digitized by Google

bendo confirmavit. Adjungantur si lubet pauci alii errones, quid illorum testimonia valere possunt contra totius Ecclesiæ Græcæ constans a septuaginta et amplius annis testimonium ?

Ita ex abnormis illius juris dispositione Cyrillo damnato, et sententiis terrimis confixo, non de sua solum, sed de totius Orientalis Ecclesiæ fide credi oportet : Græcis ipsis de sua ipsorum fide non credetur, etsi per annos centum et amplius, eam scriptis privatis et publicis disciplinaque sua quæ omnium oculis patet, confirmaverint. Quod itaque Gennadius docuerit, transsubstantiationem quam Cyrillus informi et furtiva Confessione condemnavit, erit Smitheo ὑποβολιμαῖος Gennadius. Ex falsa illa hypothesi nascuntur aliæ non minus falsæ, adversus Gennadii laudatorem Syrigum, Georgium Coressium, reliquos tandem qui transsubstantiationem recipere se professi sunt, hoc est Græcos omnes : nam quicunque a Cyrillo huc usque patriarchatus, metropoles, episcopatus, dignitatesque ecclesiasticas tenuerunt, haud aliter crediderunt et locuti sunt, quam Synodi annorum 1638, 1642, 1672, 1691, Confessio orthodoxa, et alia publicæ auctoritatis scripta. Id si verum est, ut est sane verissimum ex Græcorum omnium consentientibus testimoniis, non esse debet Latinismi suspectus Gennadius, etiamsi transsubstantiationem docuerit, neque homiliæ ejus fides detrahenda, quia illam vocem repræsentat.

Sed nihil simile de Gennadio aut ejus operibus Constantinopoli audiit Smitheus, qui si vel unum qui plane illitteratus non fuisset, Græcum interrogasset, audisset procul dubio quod omnes sciunt neminem Latinis minus addictum patriarcha illo fuisse, neminem Syrigo, Coressio, aut aliis quos tam inclementer habet. Constantinopolin non erat navigandum, ut Claudius exscriberetur. At cum nihil illic audiverit de Gennadio et aliis quos testes producunt catholici, unde habuit illum fuisse Λατινόφρονα : falsam esse illius homiliam : Syrigum tenebrionem Romæ educatum, Confessionem orthodoxam opus fuisse hominum Λατινοφρονούντων, ut reliqua prætereamus ? Non hæc sane a Græcis accepit qui dudum antequam Smitheus Constantinopolin proficisceretur, et postea, contraria prorsus publice testati sunt. Cur porro patriarcham Hierosolymitanum in *familiari colloquio quo anno 1671 illum dignatus est*, de iis omnibus non interrogavit ? Is erat Nectarius aut Dositheus, utroque nemo inter Græcos recentiores Latino nomini magis infensus. Non aliud certe respondissent quam quod primus in epistola ad Paisium Alexandrinum, et in altera ad monachos Sinaitas, sine ambagibus testatus est, ex scriptis eorum quos Smitheus, ut Latinismo corruptos rejicit, petendam esse Græcorum fidei sinceram expositionem, non ex falsa Confession Cyrilli quam cum horrore rejiciunt. Audiisset quam diversum a Smitheano esset Nectarii de Claudio judicium de Calvino, de Luthero, de Legero.

Sed non solus confodiendus erat Gennadius, cujus stabat intacta auctoritas, si Hierosolymitana synodus, anno 1672 contra Calvinistas habita, in qua transsubstantiatio perspicue stabilitur, non simul concideret. Sic igitur eam aggreditur (1), Græcis ut ubique facit illudens : *Num*, inquit, *ex integro affectu et amore veritatis Hierosolymis nuper convenerunt oracula contra Calvinistas hæreticos edituri ? Quæ cum legerim, plane obstupui, dum probe meminissem patriarcham Hierosolymitanum Constantinopoli agentem familiari quo me dignatus est colloquio, mihi ineunte anno 1671 in Angliam propediem rediturο dixisse, se quidpiam contra pontificios moliri quod illic cuperet edendum.* Nomen illius patriarchæ tacere non debebat testis oculatus, sed anno 1671 Nectarius erat aut Dositheus, qui post illius voluntariam abdicationem Hierosolymitanam sedem diutissime obtinuit ; nam vix ante duos annos mortuus est. Sed parum refert: nam Nectarium scimus opus adversus primatum Papæ elaborasse, quod Dositheus illius successor anno 1682 Jasii excudendum typis curavit, et Latine vertit Petrus Allixius. Quæ causa igitur obstupescendi Smitheo fuit ? Nempe quod is qui contra Romanum Pontificem scriptum pararet, anno sequenti Hierosolymis Calvinum, Cyrillum Lucarin, Claudium anathemate damnaret : nam hæc illi videntur ἀσύνατα. Inde modeste conticescit, sed aculeo relicto, nempe ut apud se quisque colligat suspecta aut falsa esse decreta illius synodi : sed quam vana illa conjectura sit, non multis verbis conficitur : nam in eo ipso tractatu Nectarii contra Papæ primatum, fellis venenique plenissimo, dum miracula quædam in Eucharistia facta refert, transsubstantiationem docet perspicue : et epistola Constantinopoli (2) scripta 1692 Confessionem Orthodoxam eximie commendat : tandem *tenebrionem illum, et Latinis addictum* Meletium Syrigum, cujus in ea scribenda præcipuæ partes fuerant, post laudes alias vocat (3) *præconem, interpretem et amussim rectorum fidei dogmatum*, κήρυξ, διερμηνεὺς, καὶ στάθμη τῶν ὀρθῶν τῆς πίστεως δογμάτων. Qui tam infeliciter de Syrigo judicavit, eum de Gennadio et ejus homilia idoneum judicem nemo agnoscet.

Neque est quod αὐτοψία illa quam nonnulli ad nauseam usque ingerere solent, objiciatur. Cui enim persuadebit aliquando Smitheus, se quæ de Cyrillo Lucari scripsit, Constantinopoli didicisse, aut in Ecclesia Græca eum ut sanctum et martyrem coli, qui anathematibus confixus est. Imo si *Dia veritas*, cujus se amantissimum testatur, alicujus apud eum pretii est, agnoscat, conjectanea illum omnia sua

(1) Smith p. 99.
(2) Pag. 203 ed. Gr.
(3) Confess. orth. ad. Lips. p. 6

Digitized by Google

Constantinopolim tulisse, et ut merces parum vendibiles domum retulisse. Quo enim modo Græci falsum illud systema non ignorassent, quod præterquam Claudio in Græca litteratura plane hospiti, nemini unquam venerat in mentem? aut quomodo in contrariam Decretis synodalibus suis, Confessioni orthodoxæ, disciplinæ, communi doctrinæ sententiam intra paucos annos transducti fuissent, nemine contradicente, aut animadvertente? Sed satis confutata sunt hæc omnia paradoxa ab adversario doctissimo, neque illa uberius refellendi causa ulla foret, nisi animadverteretur quotidie, nihil tam absurdum aut falsum a quoquam alicujus nominis Calvinista affirmari posse, quod non statim laudatores credulos inveniat, moxque apud reliquos transeat quodammodo in rem judicatam. Nam mendacium illud totum, de Græcis nihil minus quam realem præsentiam transsubstantiationemque credentibus, sed eam fidem amplectentibus, quam Cyrillus sua Confessione exposuit, a Claudio conflatum est, dissimulante, vel ignorante potius quam diversum foret non Græcorum modo, sed doctissimorum etiam extra Romanam communionem de eadem judicium. Creditum id fuisse ab illitteratis ex ejus secta, nemo mirabitur : quis existimaret enim verbi divini ministrum in re tam seria aut ignorasse quod scriberet, aut quod incompertum sibi foret, tam certo affirmasse? Redit alter Constantinopoli, et quæ Claudius affirmaverat oculis se vidisse et auditu accepisse tribus libellis editis contestatur. Nos catholici patriarcharum omnium, metropolitarum et aliorum ecclesiasticorum testimoniis publicis privatisque, libris editis et ineditis, fama publica, disciplina quæ obversatur oculis omnium, et aliis certæ auctoritatis argumentis muniti, Smitheum non vidisse vel audivisse Constantinopoli, quæ nunquam fuerunt, non temere asserimus, sed certissime demonstramus; atque adeo Gennadii quam damus Homilia oculatum ejusmodi testem, et *nasutiores*, ut loqui amat, ejusdem generis censores non reformidat. Unde quantumcunque commendetur cum laudibus ejus αὐτοψία, recedere sensim videmus ab illius sententia doctos Protestantes : ut Laurentius Normannus fecit circa Confessionem orthodoxam, Petrus Allixius circa synodum Jasii habitam anno 1642, et Meletium Syrigum : dudumque eam exploserunt Marbachius, Calovius, Felhavius Augustanæ Confessionis theologi, circa Cyrilli Confessionem et synodos an. 1638 et 1642, a quibus proscripta est. Neque ipse Smitheus omnino negat Græcos tandem hodiernos præsentiæ realis et transsubstantiationis dogma imbibisse : sed id factum pessimis Latinorum fraudibus, quas arcanorum revelator dies docebit. Si supremum Judicii diem intelligit, ita sane : nam coram summo Judice patebunt omnia : si longinquum aliquod tempus, jam aliquot anni lapsi sunt ex quo dubitari non potest quin Græci nihil minus quam Λατινόφρονες, de Cyrilli Confessione, de synodis contra eam ejusque auctorem habitis, de confessione orthodoxa, de transsubstantiatione, de Gennadio, de Syrigo, de Coressio, de Gregorio proto-syncello ejus discipulo, eam opinionem firmissime teneant, quam oculatus ille testis totis viribus impugnare aggressus est. Cum enim synodi Hierosolymitanæ decreta ipse Dositheus in Moldavia edi curaverit, quibus omnia perspicue continentur, quæ cum Claudiana Λατινοφρονούντων definitione stare non possunt, sed sinceros Græcos esse constat, qui præsentiam realem et transsubstantiationem credunt, frustra conjecturæ omnes sunt ubi Græci ipsi loquuntur. Unde quidquid ex falsa illa hypothesi contra Gennadium et ejus homilias Smitheus deduxit, accuratiori refutatione non indiget.

GENNADII OPERUM NOTITIA.

Quæcunque a Gennadio scripta ad nos pervenerunt, aut ante patriarchatum scripsit, aut in ipso patriarchatu, aut deposita dignitate cum privatus in monasterium Sancti Joannis Baptistæ prope Serras ad Menœceum montem se recepisset. Hunc ordinem ejus operum qui vitæ seriem sequitur, quidam mss. codices repræsentant, qui tamen id habet incommodi, quod de multis non ita liquet, ut quando scripta sint certo habere possimus, quo in genere sunt homiliæ complures, et minutiora quædam opuscula. Sed tamen hunc ordinem, quia commodior est, sequemur.

Georgius Scholarius adhuc laicus, circa Florentini concilii tempora scripsit epistolas, ut videtur, bene multas, quarum selectæ quædam supersunt in cod. Regio 2955, hoc titulo, Ἐκ τῶν Ἐπιστολῶν Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου τοῦ ὑστερον Γενναδίου, *Ex Epistolis Georgii Scholarii qui Gennadius postmodum fuit.* 1ª nemini inscripta; 2ª Imperatoris fratri; 3ª magno chartophylaci; 4ª Marco Lipomano, Florentia Venetias missa; 5ª Ambrosio Camaldulensi; 6ª Magno duci: ibidem quoque scripta, ut videtur, non ex Græcia, ut suspicatus est Allatius qui illius meminit (1). Exstat quoque in cod. Colbertino 4958; 7ª anonymo de privatis negotiis; 8ª Philelpho Mediolanum Constantinopoli scripta, ut existimo, et ante profectionem Italicam, aut post reditum; nam in ea dolet eripi sibi per stre-

(1) De consensu, p. 962.

Digitized by Google

bendo confirmavit. Adjungantur si lubet pauci alii! errones, quid illorum testimonia valere possunt contra totius Ecclesiæ Græcæ constans a septuaginta et amplius annis testimonium ?

Ita ex abnormis illius juris dispositione Cyrillo damnato, et sententiis terrimis confixo, non de sua solum, sed de totius Orientalis Ecclesiæ fide credi oportet : Græcis ipsis de sua ipsorum fide non credetur, etsi per annos centum et amplius, eam scriptis privatis et publicis disciplinaque sua quæ omnium oculis patet, confirmaverint. Quod itaque Gennadius docuerit, transsubstantiationem quam Cyrillus informi et furtiva Confessione condemnavit, erit Smitheo ὑποβολιμαῖος; Gennadius. Ex falsa illa hypothesi nascuntur aliæ non minus falsæ, adversus Gennadii laudatorem Syrigum, Georgium Coressium, reliquos tandem qui transsubstantiationem recipere se professi sunt, hoc est Græcos omnes : nam quicunque a Cyrillo huc usque patriarchatus, metropoles, episcopatus, dignitatesque ecclesiasticas tenuerunt, haud aliter crediderunt et locuti sunt, quam Synodi annorum 1638, 1642, 1672, 1691, Confessio orthodoxa, et alia publicæ auctoritatis scripta. Id si verum est, ut est sane verissimum ex Græcorum omnium consentientibus testimoniis, non esse debet Latinismi suspectus Gennadius, etiamsi transsubstantiationem docuerit, neque homiliæ ejus fides detrahenda, quia illam vocem repræsentat.

Sed nihil simile de Gennadio aut ejus operibus Constantinopoli audiit Smitheus, qui si vel unum qui plane illitteratus non fuisset, Græcum interrogasset, audisset procul dubio quod omnes sciunt neminem Latinis minus addictum patriarcha illo fuisse, neminem Syrigo, Coressio, aut aliis quos tam inclementer habet. Constantinopolin non erat navigandum, ut Claudius exscriberetur. At cum nihil illic audiverit de Gennadio et aliis quos testes producunt catholici, unde habuit illum fuisse Λατινόφρονα : falsam esse illius homiliam : Syrigum tenebrionem Romæ educatum, Confessionem orthodoxam opus fuisse hominum Λατινοφρονούντων, ut reliqua prætereamus ? Non hæc sane a Græcis accepit qui dudum antequam Smitheus Constantinopolin proficisceretur, et postea, contraria prorsus publice testati sunt. Cur porro patriarcham Hierosolymitanum in *familiari colloquio quo anno* 1671 *illum dignatus est*, de iis omnibus non interrogavit ? Is erat Nectarius aut Dositheus, utroque nemo inter Græcos recentiores Latino nomini magis infensus. Non aliud certe respondissent quam quod primus in epistola ad Paisium Alexandrinum, et in altera ad monachos Sinaitas, sine ambagibus testatus est, ex scriptis eorum quos Smitheus, ut Latinismo corruptos rejicit, petendam esse Græcorum fidei sinceram expositionem, non ex falsa Confessione Cyrilli quam cum horrore rejiciunt. Audiret quam diversum a Smitheano esset Nectarii de Claudio judicium de Calvino, de Luthero, de Legero.

Sed non solus confodiendus erat Gennadius, cujus stabat intacta auctoritas, si Hierosolymitana synodus, anno 1672 contra Calvinistas habita, in qua transsubstantiatio perspicue stabilitur, non simul concideret. Sic igitur eam aggreditur (1), Græcis ut ubique facit illudens : *Num*, inquit, *ex integro affectu et amore veritatis Hierosolymis unar convenerunt oracula contra Calvinistas hæreticos edituri ? Quæ cum legerim, plane obstupui, dum probe meminissem patriarcham Hierosolymitanum Constantinopoli agentem familiari quo me dignatus est colloquio, mihi incunte anno* 1671 *in Angliam propediem rediturο dixisse, se quidpiam contra pontificios moliri quod illic cuperet edendum.* Nemen illius patriarchæ tacere non debebat testis oculatus, sed anno 1671 Nectarius erat aut Dositheus, qui post illius voluntariam abdicationem Hierosolymitanam sedem diutissime obtinuit : nam vir ante duos annos mortuus est. Sed parum refert : nam Nectarium scimus opus adversus primatum Papæ elaborasse, quod Dositheus illius successor anno 1682 Jasii excudendum typis curavit, et Latine vertit Petrus Allixius. Quæ causa igitur obstupescendi Smitheo fuit ? Nempe quod is qui contra Romanum Pontificem scriptum pararet, anno sequenti Hierosolymis Calvinum, Cyrillum Lucarin, Claudium anathemate damnaret : nam hæc illi videntur ἀσύστατα. Inde modeste conticescit, sed aculeo relicto, nempe ut apud se quisque colligat suspectam falsa esse decreta illius synodi : sed quam vana sit conjectura, non multis verbis conficitur : nam in ipso tractatu Nectarii contra Papæ primatum, libro venenique plenissimo, dum miracula quædam in Eucharistia facta refert, transsubstantiationem docet perspicue : et epistola Constantinopoli (2) scripta 1692 Confessionem Orthodoxam eximie commendat : tandem *tenebrionem illum, et Latinis addictum* Meletium Syrigum, cujus in ea scribenda præcipuæ partes fuerant, post laudes alias vocat (3) *præconem, interpretem et amussim rectorum fidei dogmatum*, κήρυξ, διερμηνεὺς, καὶ στάθμη τῶν ὀρθῶν τῆς πίστεως δογμάτων. Qui tam infeliciter de Syrigo judicavit, eum de Gennadio et ejus homilia idoneum judicem nemo agnoscet.

Neque est quod αὐτοψία illa quam nonnulli ad nauseam usque ingerere solent, objiciatur. Cui enim persuadebit aliquando Smitheus, se quæ de Cyrillo Lucari scripsit, Constantinopoli didicisse, aut in Ecclesia Græca eum ut sanctum et martyrem coli, qui anathematibus confixus est. Imo si *Dea veritas*, cujus se amantissimum testatur, alicujus apud eum pretii est, agnoscat, conjectanea illum omnia sua

(1) Smith. p. 99.
(2) Pag. 205 ed. Gr.
(3) Confess. orth. ad. Lips. p. 6

Digitized by Google

Constantinopolim tulisse, et ut merces parum vendibiles domum retulisse. Quo enim modo Græci falsum illud systema non ignorassent, quod præterquam Claudio in Græca litteratura plane hospiti, nemini unquam venerat in mentem? aut quomodo in contrariam Decretis synodalibus suis, Confessioni orthodoxæ, disciplinæ, communi doctrinæ sententiam intra paucos annos transducti fuissent, nemine contradicente, aut animadvertente? Sed satis confutata sunt hæc omnia paradoxa ab adversario doctissimo, neque illa uberius refellendi causa ulla foret, nisi animadverteretur quotidie, nihil tam absurdum aut falsum a quoquam alicujus nominis Calvinista affirmari posse, quod non statim laudatores credulos inveniat, moxque apud reliquos transeat quodammodo in rem judicatam. Nam mendacium illud totum, de Græcis nihil minus quam realem præsentiam transsubstantiationemque credentibus, sed eam fidem amplectentibus, quam Cyrillus sua Confessione exposuit, a Claudio conflatum est, dissimulante, vel ignorante potius quam diversum foret non Græcorum modo, sed doctissimorum etiam extra Romanam communionem de eadem judicium. Creditum id fuisse ab illitteratis ex ejus secta, nemo mirabitur: quis existimaret enim verbi divini ministrum in re tam seria aut ignorasse quod scriberet, aut quod incompertum sibi foret, tam certo affirmasse? Redit alter Constantinopoli, et quæ Claudius affirmaverat oculis se vidisse et auditu accepisse tribus libellis editis contestatur. Nos catholici patriarcharum omnium, metropolitarum et aliorum ecclesiasticorum testimoniis publicis privatisque, libris editis et ineditis, fama publica, disciplina quæ obversatur oculis omnium, et aliis certæ auctoritatis argumentis moniti, Smitheum non vidisse vel audivisse Constantinopoli, quæ nunquam fuerunt, non temere asserimus, sed certissime demonstramus; atque adeo Gennadii quam damus Homilia oculatum ejusmodi testem, et *nasutiores*, ut loqui amat, ejusdem generis censores non reformidat. Unde quantumcunque commendetur cum laudibus ejus [illegible], recedere sensim videmus ab illius sententia doctos Protestantes: ut Laurentius Normannus fecit circa Confessionem orthodoxam, Petrus Allixius circa synodum Jasii habitam anno 1642, et Meletium Syrigum; dudumque eam exploserunt Harfachius, Calovius, Felbavius Augustanæ Confessionis theologi, [illegible] ea Cyrilli Confessionem et synodos an. 1638 et 1642, a quibus proscripta est. Neque ipse Smitheus omnino negat Græcos tandem hodiernos præsentiæ realis et transsubstantiationis dogma [illegible] sed id factum pessimis Latinorum fraudibus, [illegible] arcanorum revelator dies docebit. Si supremi Judicii diem intelligit, ita sane [illegible] coram [illegible] mo Judice patebunt omnia [illegible] tempus, jam aliquot anni [illegible] ri non potest quin Græci nihil minus quam [illegible] νόφρονας, de Cyrilli Confessione, de synodis contra eam ejusque auctorem habitis, de confessione orthodoxa, de transsubstantiatione, de Gennadio, de Syrigo, de Corressio, de Gregorio proto-syncello, ejus discipulo, eam opinionem firmissime tenant [illegible] quam oculatus ille testis totis viribus impugnare aggressus est. Cum enim synodi Hierosolymitanæ decreta quæ Dositheus in Moldavia edi curaverit, quibus omnia perspicue continentur, quæ cum Calvinista [illegible] definitione stare non possunt, sed sinceros Græcos esse constat, qui præsentiam realem et transsubstantiationem credunt, frustra conjecturæ omnes sunt ubi Græci ipsi loquuntur. Unde quidquid ex falsa illa hypothesi contra Gennadium et ejus homilias Smitheus dedixit, accuratiori refutatione non indiget.

GENNADII OPERUM NOTITIA.

Quæcunque a Gennadio scripta ad nos pervenerunt, aut ante patriarchatum scripsit, aut in ipso patriarchatu, aut deposita dignitate cum [illegible] vatus in monasterium Sancti Joannis [illegible] prope Serras ad Menœceum montem se recepisset. Hunc ordinem ejus operum qui vitæ seriem sequitur, quidam mss. codices [illegible] tamen id habet incommodi, quod [illegible] ita liquet, ut quando scripta sint [illegible] possimus, quo in genere sunt [illegible] et minutiora quædam opuscula. [illegible] ordinem, quia commodior [illegible]

Georgius Scholarius adhuc [illegible] tini concilii tempora [illegible] [illegible], quarum selectæ quædam super [illegible] hoc titulo, Ἐκ τῶν [illegible] τοῦ [illegible] Γενναδίου [illegible] Scholarii qui Gennadius [illegible] inscripta; 2° [illegible] chartophylaci; 4° [illegible] missa; 5° [illegible] duci; Ibidem [illegible] Græcia, ut [illegible] (1). Exstat [illegible] 1858, 7° anonymum [illegible] Mediolanensis [illegible] et ante [illegible]

(1) De consecrat. [illegible]

Digitized by Google

plium judiciorum occasiones ad amicos scribendi ; 9ª principi, πρίγκιπι, sive is sit Theodorus Despota, sive Constantinus qui postea imperator ultimus fuit ; 10ª imperatori Constantino, quam scripsit jam monachus, gratias agens de munusculis missis ; 11ª Paisio Cretæ, ut conjicimus, archiepiscopo, cui perpetuos pro Christo labores et liberationem ex carcere gratulatur ; 12ª Lemnum de turbis Constantinopolitanis ; 13ª Imperatori Trapezuntis de missa ad Italos legatione ; 14ª Nomophylaci in Peloponnesum ; 15ª Marco Ephesino præfixa opusculo adversus Gemistum Plethonem pro Aristotelis defensione ; 16ª absque titulo, de privatis negotiis. Has Epistolas omnes repræsentat codex ms. bibliothecæ Reglæ, selectas, ut videtur, ex aliis pluribus, quasi digniores quæ in codicem referrentur. In Colbertino adjunctæ sunt veterum aliquot epistolis, unde styli potius gratia quam ad historiam illustrandam videntur collectæ, ut etiam paucæ aliquot Lucæ Notaræ Magni ducis, Theodori Despotæ, et quorumdam aliorum imperii Constantinopolitani procerum.

Florentiæ scripsit Orationes quæ cum Actis concilii circumferuntur, si tamen illius sunt ; potuit saue eas scripsisse, ut ex Actis liquet : nam ad eorum sententiam qui unionem cum Latinis suaderent, accessisse Georgium Scholarium verisimile est, imo certum, nisi quis Acta falsitatis accuset, quod certis argumentis probare difficile est. Confirmat Actorum fidem epistola Marci Ephesini ex cod. Florentino et quæ exstat in Regio 2953 producta ab Allatio, qua in Scholarium invehitur, quod aliquam cum Latinis concordiam fieri posse existimasset. Verum non pauca in has orationes irrepsisse fatendum est, quæ adnotare prolixioris esset operæ. Editæ sunt et Romæ cum concilio Florentino in fol. Græce-Latine, Matthæo Caryophyllo interprete, et in 4° tum in editione Romana conciliorum an. 1612, tom. IV. Exstare ait Allatius in codd. mss. Scoriacensi, Bavaricis duobus, Altempsiano, et Ant. Augustini. Habentur quoque in codd. Regiis, et in Cæsarea bibliotheca n° 61, inter Græcos historicos (1).

Apologia pro quinque capitibus concilii Florentini serius scripta, edita est Romæ 1577 in fol. cum eodem concilio Græce ; et Latine, Fabio Benevolentio interprete, in 4° 1539, Græce-Barbare versa a Matthæo Caryophyllo, et aliquoties in *Bibliotheca Patrum*. Eam Caryophyllus Gennadio abjudicat, quem refellit Allatius. Illorum rationes ad examen revocare prorsus inutile videtur. Nam cum ex iis quæ a nobis de Gennadio dicta sunt, constet eum statim atque Constantinopolin reversus est, Marco Ephesino reconciliatum, operam omnem in pervertenda unione contulisse, frustra quæreretur quo tempore hanc Apologiam edidit, quæ non nisi post cladem urbis, atque adeo in patriarchatu scripta censetur, ab iis qui illam Gennadio attribuunt (a) : nusquam enim resumptum semel in Latinos odium deposuit, imo perpetuis accusationibus in eos invectus est, et in ea sententia ad finem usque vitæ perseveravit. Si ergo illius opus hæc Apologia censenda est, scriptam fuisse oportuit aut Florentiæ, aut statim post reditum. Sed si quis ita statuat, eamdem interpolatam fuisse fateatur necesse est, adsuta de calamitatibus Constantinopolitanis satis longa lacinia.

Orationes hæ exstant : Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Μεταμόρφωσιν, *in Jesu Christi Domini nostri Transfigurationem*. Scripta, ut habetur in codice Regio 2955, cum adhuc sæcularis esset, sub Joanne imperatore, reperta Thessalonicæ post captam Constantinopolin.

In festo τῶν Ἐισοδίων προσφωνητικός. Lecta hæc oratio in monasterio Periblepti primum, præsente Constantino imperatore.

Alia absque titulo, πάλαι μὲν Ἰουδαῖοι, in eodem codice.

In Commemoratione Decollationis S. Joannis Baptistæ. Oratio exstat in eodem cod. in nostro, sub titulo Gennadii Monachi, incipit : Ὁ μὲν μακάριος Ἰωάννης καὶ Βαπτιστής. Omittitur ab Allatio.

Alia, εἰς τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *In Nativitatem Domini nostri Jesu Christi secundum carnem*. Gennadii Monachi in eodem cod. et in nostro, incipit, Οἱ λαμπρότατοι τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρες. Scripta est autem in monasterio S. Joannis Baptistæ. Exstat in codd. Regiis 2955 et 2959 et in nostro : ejus non meminit Allatius.

Alia de Transitu B. Mariæ Virginis, ἐπὶ τῇ μεταστάσει τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Exstat in eodem Regio codice, et in 2959. Ex ejus titulo colligitur scriptam fuisse in monasterio Pammacaristæ, nempe Constantinopoli, lectam *in festo Dormitionis B Mariæ, in tertio, inquit, nostro ad urbem violento reditu*, indict. 12, an. 72, hoc est anno mundi secundum Græcos 6972, cui respondet indictio 12, J. C. 1464. Atque ita falluntur qui annum 1460 supremum Gennadio fuisse nullo fundamento affirmant. Videntur autem verba ista manu ipsius Gennadii scripta. Incipit, Ἡ μὲν τοῦ ἔτους ἀρχή, habetur quoque in nostro cod.

Alia, *de secundo Adventu Domini nostri, et de Resurrectione corporum*. Περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ περὶ τῆς τῶν σωμάτων ἀναστάσεως. Exstat in eod. cod. Reg.

(1) V. Lambecium l. VIII, p. 505 et seq.

(a) Josepho Methonensi asseruit R. P. Cuperus, socius Bollandianus, in *Historia patriarcharum Cpolitanorum* quæ *Actis SS. Augusti* t. I præmittitur, p. 195*. Recole quæ jam tomo superiori monuimus in Josepho Methonensi. Edit.

Digitized by Google

Alia, ἐπὶ τῇ παραβολῇ τοῦ τελώνου καὶ Φαρισαίου, *de parabola Publicani et Pharisæi*, cujus initium est, Τὸν τῆς ὑπερηφανείας κρημνόν. Exstat in cod. Reg. 2958 et in nostro, neque hanc vidit Allatius.

Alia, ἐπὶ τῇ παραβολῇ τοῦ ἀσώτου, καὶ περὶ μετανοίας, *de Parabola Prodigi, et de Pœnitentia.* Incipit, Ὁ τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων γογγυσμός. In eodem cod. Reg. et nostro : non meminit Allatius.

Alia hoc titulo, Τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἀοιδίμου πατριάρχου κυροῦ Γενναδίου ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Παρασκευῇ ἐν τῷ παλατίῳ, ἔτι ἐν τῷ τῶν κοσμικῶν σχήματι τυγχάνοντος. *Beatissimi et venerandi patriarchæ domini Gennadii Homilia dicta in sancta et magna Paresceve in palatio; cum adhuc in sæcularium habitu esset.* Exstat in eodem cod. 2958.

Alia sub hoc titulo, Θεωρία περὶ τῶν ἐν τῇ εὐαγγελικῇ παραβολῇ ταλάντων, *de parabola talentorum in Evangelio consideratio.* Hujus initium, Ὁ τὰ πέντε τάλαντα πεπιστευμένος. In eod cod.

Homilia de corpore et sanguine Domini, quam huc usque in solo nostro codice reperimus hoc titulo prænotatam : Ἐκ τῶν ὁμιλιῶν αἱ ὁμιλούμεναι ἐν τῷ δυστυχεῖ παλατίῳ κατὰ Παρασκευὴν ἐν τῇ μεγάλῃ Τεσσαρακοστῇ, εὑρημένων μετὰ τὴν ἅλωσιν. Ἐγράφοντο δὲ μετὰ τὸ ἀγράφως ὁμιληθῆναι παρακλήσει φίλων. αὐτὴ δὲ ὡμιλήθη ἐν τῇ Παρασκευῇ τοῦ Λαζάρου. Ὁμιλία περὶ τοῦ μυστηριώδους σώματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Ex Homiliis quæ pronuntiatæ fuerunt in infelici palatio, singulis sextis feriis in magna Quadragesima, inventis post captam urbem. Scriptæ autem fuerant postquam viva voce fuissent pronuntiatæ amicorum hortatu. Porro hæc pronuntiata est in Parasceve Lazari. Homilia de sacramentali corpore Domini nostri Jesu Christi.*

Alia de eodem argumento brevior, scripta ut videtur Constantinopoli postquam patriarcha renuntiatus esset, in qua alterius meminit. Eam in nullo codice reperimus, sed eam transtulimus ex Opere Meletii Syrigi adversus Cyrillum Lucarin, ubi refertur.

Multas præter enumeratas a nobis Homilias scripsisse Gennadium testatur ipse in Epistola quadam, in qua de suis operibus ad amicum scribit : Ἔτι δὲ ὁμιλίαι αἱ σχεδιασθεῖσαι, ἵνα μετὰ τὰς ἀπὸ στόματος γενησομένας ὁμιλίας τῷ λαῷ ἀναγινώσκωνται αὐτὰς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καθ' ἑκάστην Κυριακὴν ἐκ διαδοχῆς μετὰ τὸ ἅριστον συναγομένων τῶν Ἑνορειτῶν ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ, πᾶν ἀναγκαῖον σχεδὸν περιέχουσαι. *Item Homiliæ compositæ, ut post eas quæ viva voce pronuntiandæ sunt Homilias in Ecclesiis populo prælegerentur per singulas Dominicas successive post prandium, congregatis Enoritis, sive montis accolis in unaquaque ecclesia, quidquid fere necessarium est continentes.*

Homiliis adjungi possunt, *Oratio contra simoniacam hæresim*, scripta biennio ante captam urbem ac Constantinum imp. Κατὰ τῆς σιμωνιακῆς αἱρέσεως ἢ ἀπιστίας, initium : Τὰ ἐξ ἀθέων τούτων βαρβάρων, in cod. Reg. 2955 et nostro.

Περὶ διαφορᾶς τῶν συγγνωστῶν καὶ θανασίμων ἁμαρτημάτων, *De differentia peccatorum venialium et mortalium.* Inc. Ὁ μὲν ἀκριβέστερος, in eodem Reg. codice (1).

Περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι νῦν θαύματα ὡς πρότερον. *De eo quod nulla nunc ut olim miracula fiant*, in cod. Reg. 2959. Initium, Ζητοῦσί τινες.

Opera Gennadii theologica varia sunt, præter ea quæ adversus Latinos scripsit, de quibus agetur postremo loco.

Primum inter opera theologica locum tenet, *Expositio fidei Christianæ coram Turcarum imperatore Muhamede facta, et scripto comprehensa.* Hujus duplex editio est, altera prolixior, altera brevior. Primæ titulus in nostro et Regiis codd. talis est : Γενναδίου μοναχοῦ καὶ πατριάρχου τῶν τοῦ Χριστοῦ πενήτων, περὶ τῆς μόνης ὁδοῦ πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Ἐξεδόθη δὲ τῷ σουλτάνῳ αἰτήσαντι μετὰ τὰς ἐνώπιον αὐτοῦ διαλέξεις ἐν τῷ πατριαρχείῳ τότε γεγεννημένας· καὶ μετὰ τοῦτο ἄλλο συντομώτερον ἐξεδόθη. Ἡρμηνεύθη δὲ ἀμφότερα Ἀραβικῶς, καὶ οὕτως ἐδόθησαν. *Gennadii monachi et patriarchæ Christi pauperum de sola via ad salutem hominum. Datum vero est hoc opus sultano petenti, post habitas coram eo disputationes in patriarchio, et deinde aliud brevius editum est : ambo autem Arabice interpretata sunt et ita publicata.* Arabice cum interpretatum aiunt, Turcice intellige; neque enim ullum Arabicæ versionis vestigium in codd. mss.,; exstat illud in plerisque codicibus. De eo Allatius p. 402. Brevius alterum opusculum idem est quod edidit *Turco-Græciæ* lib. II Martinus Crusius, cum versione Turcica quæ, ut titulus habet, facta est ab Ahmeto judice Berrhœæ, patre Mahmouti Chelebi, scribæ imperatorii. Ejusdem exemplar simul cum Turcica versione elegantissima manuscriptum, sed Græcis litteris, et fortassis idem quod aut imperatori, aut primario alicui Turcæ destinatum fuit, habetur in bibliotheca regia n° 2961 (2).

(1) Exstat idem opusculum in bibl. imperatoria Viennensi ad Gr. theol. 296. Vide Lambec. l. v, 257.

(2) De duplici Gennadii Confessione et de Gennadio ipso hæc scribit Ern. Jul. Kimmel in Proleg. ad Libros Symbolicos Ecclesiæ Orientalis. Jenæ, 1843 : « Quo in munere Græcorum patriarchali, rebus valde ancipitibus, Gennadius quanta prudentia se gesserit, ex eo patet, quomodo cum ipso Muhammede versatus sit, et quantum apud eum valuerit. Quod enim vix fieri posse videbatur, ut, Turcis, gente horrida ac fera, urbem tenentibus, Græci possent intra eadem mœnia tranquille degere, id patriarchæ ope et libera fidei Christianæ expositione effectum est. Habemus vero hujus *fidei confessionis* duplicem editionem : unam, dialogica forma conscriptam, alteram contin. a oratione, quæ est primæ illius retractatio. Induci ur in illa Muhammedes de articulis Christia

Digitized by Google

Editum quoque est anno 1536, in Hæresiologia, A translatum Latine a Gregorio Hermonymo Sparta-

no Helmestadii Gr. Lat. 1611 4°, in *Bibliotheca Patrum* tom. IV, p. 950. De eo videnda quæ scribit

næ fidei, quos sane fama atque auditione noverat accipere, interrogans, Gennadius ei respondens. Hanc primo patriarcha videtur litteris consignavisse. Post vero, cum imperator eam professionem litteris mandari sibique tradi vellet, retractavit, elimavit et absolutiorem reddendo hanc alteram evulgasse videtur. Utraque vero hoc habet commune, quod *veterem* tractat *theologiam*, i. e. duo illa dogmata, in quorum persecutatione veteres præcipue versati sunt, *de Deo ejusque natura* et *de Christo ejusque sublimiore natura*. Cætera quidem dogmata quod omiserit auctor, multum absum quin vituperem. Quis enim est, qui nesciat, in illis duobus tunc temporis Christianorum proprietatem conspicuam habitam fuisse? Nullo igitur pacto patriarchæ opus fuit, cætera dogmata, veluti ea, de quibus Græci a Romanis dissenserunt, attingere. Satis fuit, illa duo ita absolvere, ut Turcarum principi etsi non plena assensio, certe lenius judicium mediocrisque reverentia exprimeretur. Id quod talem habuit eventum, ut sæpius Gennadius ad imperatorem vocatus esse, utque ipse Muhammedes de sua religione addubitavisse diceretur. Ex quo id certe efficitur, eum liberaliorem ac mitiorem rebusque divinis et audiendis et percipiendis aptiorem fuisse, quam vulgo creditur.

« Spirant vero illæ confessiones, et a liberalitate et a doctrina merito laudatissimæ, Platonicam de dogmatis illis palmaris sentiendi rationem. Viguit enim adhuc illo tempore Platonis studium, cui optimi quique sese dederunt. Sed exstiterunt jam Aristotelis amici, qui cum Platonicis concertare, eorum magistro palmam eripere eamque Aristoteli deferre omni ope niterentur. Ex his fuit imprimis Georgius Trapezuntius, Romæ demortuus anno sæculi XV octogesimo sexto. Scripsit is librum plenum, ut tradunt auctores, contumeliarum, quibus Platonis auctoritatem infringere studuit, cujus patrocinium Bessarion, a papa jam inter purpuratos patres relatus, ita suscepit, ut, plaudentibus ei plurimis doctis hominibus, Trapezuntius temeritatis suæ pœnas daret (1). Bessarion autem, quanquam pro Platonis gloria certamen subiit, tamen non inter acerrimos hujus propugnatores stetit. Ut in Ecclesiarum discordiis mitem se præbuit, neutri plane repugnantem, sed neutri prorsus servientem, sic etiam in scholarum philosophicarum contentionibus ita versabat naturam, ut Platonis quidem fautor, non vero Aristotelis contemptor aut implacabilis hostis numerandus videretur esse. Neque hoc in genere Gennadius ejus dissimilis fuit. Platonicam palam sectatus est scholam, non vero Platonica, quæ minus viderentur Christiana esse temere amplexabatur. Constat, eum contra Plethonem, Byzantinum, medio sæculo XV in Peloponneso denatum, acriter pugnasse, quia Platonis quidem placita docte et subtiliter docebat, sed destructo ipso Christianæ doctrinæ fundamento, quod in Dei unitate innititur. Hanc ille simultatem contraxerat sibi ob libros *De Platonicæ atque Aristotelicæ philosophiæ differentia* et *de legibus* (*a*) conscriptos, qui præter Gennadium etiam Georgium Trapezuntium et Manuelem Peloponnesium (2), magnæ ecclesiæ rhetorem, nacti sunt acerbissimos adversarios.

« Sed ut ad Gennadii confessiones redeam, hæc fere sunt, quæ ad Platonicæ familiæ consuetudinem ac formam cogitata videntur esse. *Deum non esse interpretabilem* ut est initio ; summum Platonicorum dogma est : Plat. *Tim.* 303 Bip. edit. ; Orig. *contr. Cels.* VII. 48. ; Greg. Naz. orat. XXVIII. Per viam eminentiæ, ut aiunt, de Dei virtutibus posse conjecturam fieri, quod Gennadius altera confess. num. 2 docuit ; hoc idem, duce Dionys. Areop. *De div. nom.* 7, Platonici imprimis persecuti sunt. Hoc nomen repetendum esse a θέειν (col. 319) ex veteribus illius philosophiæ sectatoribus tradidit Theophilus *ad Autol.* I, p. 70 et 71. Homines interdum et quidem per participationem, i. e. ob vitam puram, qua divinæ naturæ participes facti sunt, deos nuncupatos esse (*ibid.*), non minus est sententia a Platonicis sæpe memorata ; Athanas. *De defin.* tom. II. p. 44 ; Clem. Alex. *Strom.* VIII, 2, 25. Mundum a Deo ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντας εἰς τὸ εἶναι esse creatum p. 11, consueta quidem formula B fuit, sed eadem a Platonicis culta et frequentata, ut Aristotelicorum de æternitate materiæ somnia restinguerentur. Deum non σῶμα ἔχειν, sed ζῆν νοερῶς (ibid. art. I.); cum gravitate monet vel Aristoteleorum gratia, vel quod a Platonicis ita didicerat, qui idem proponere solerent: Orig. *Eclog. in Genesin*, p. 25. Neque a Platonicorum axiomatibus remota sunt quæ dicit (col. 338), διὰ τοῦ λόγου τῆς σοφίας καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ mundum condidisse Deum ; similia sunt, quæ Irenæus tradit (II, 30): *Omnia fecit Deus per se ipsum — per verbum et sapientiam.* Quod porro aliquoties non tam exposuit Gennadius, quam significavit, Deum et mundum condidisse et gubernare solo suo in homines amore ductum, id ipsum a veteribus Platonicis sæpe disputatum esse scimus. Gravibus verbis (col. 334) esse quidem *in mundo* monuit Deum, sed *supra mundum*, et, quod Platonici similibus formulis usi dicere consueverunt, Deum extra ipsum mundum, cum eo C non necessario natura cohærentem monstraret. Adjecit admodum apposite, eum ἐν οὐδενὶ τόπῳ nisi ἐν παντὶ τόπῳ esse, quam utriusque placiti conjunctionem item veteres, qui ex Platonicorum schola prodierunt, theologi amarunt, veluti Clem. Alex. *Strom.* II, c. 2, Οὐ γὰρ ἐν γνόφῳ ἢ τόπῳ ὁ Θεός, ἀλλ' ὑπεράνω καὶ τόπου καὶ χρόνου καὶ τῆς τῶν γεγονότων ἰδιότητος. Magnum porro momentum tribuit divinæ providentiæ eamque amplioribus verbis describit (col. 338), plane ex mente illorum qui Aristotelicorum placito, *sub luna nullam esse providentiam* vellent occurrere : Tatian. II, Chalcidius 345, Theodor. II orat. Hanc simplicitatem antiquitate venerabilem, philosophicis coloribus distinctam repræsentavit etiam in Trinitatis expositione. Ut Iren. IV, 20, *adest semper*, inquit, *Verbum et sapientia, Filius et Sp. S.*: eodem modo Gennadius (col. 338 A) jam ante conditum mundum affirmat fuisse Λόγον καὶ Πνεῦμα ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ φυσικάς, ἐπεὶ ὁ Θεὸς νοῦς ἐστιν, cui id affine est, quod veteres de Λόγῳ certe dixerunt, eum ante mundi creationem Deo infuisse, id quod apud Athenag. exstat *Legat. pro Christianis* X : Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὁ Θεὸς, νοῦς ἀΐδιος ὤν, εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τὸν Λόγον, ἀϊδίως λογικὸς ὤν. Magnam porro antiquitatem sapit, quod Dei naturam ob ejus trinitatem non quidem verbis definiri ac circumscribi posse censet, (col. 322 A). Idem enim sensit ex Origenis schola progressus Didymus *De Trinit.* I, 9, 15 ; II, 1 ; nihilominus

(1) Cfr. Leo Allatius Diatribe de Georgiis p. 378.

(2) Manuelem propterea offendisse fertur alius liber Plethonis περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ Πνεύματος, ἀποδεικτικὸς, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, etc., in quo argumenta maxime ex Platonica gentilium philosophia petierat. Quo ita exarsit Manuelis ira, ut eum infensi Christianæ virtuti animi insimularet. Cfr. Leo Allatius, *De perpet.*, etc., p. 955.

(*a*) Cf. Alexandre in libro inscripto : *Plethon's De legibus quæ supersunt.* Paris. 1858.

Digitized by Google

Possevinus *Apparatu sacro* : quanquam falso suspicatur a Græcis, subtracta quædam fuisse quæ ad vero illud ipsum mysterium imaginibus et similitudinibus illustrare, quantum possit, studet. Nec in harum delectu a veteribus dissidet. *Solis* certe imaginem (col. 322) invenimus apud Athenagor. *Legat.* X, qui, qualis sit spiritus, lectoribus voluit ita clarius reddere. Platonicis formulis, quibuscum locus I Joann. IV, 16, commiscebatur, innititur illa mysticorum magis quam scholasticorum propria Trinitatis explicatio, qua tres personæ esse dicebantur *Deus*, *Sapientia*, *Amor*. Hanc mysterii absconditi expositionem legimus in Gennadii conf. II, p. 13. Ipsam vero duarum in Christo naturarum earumque distinctarum et καθ' ὑπόστασιν tantum et προσωπικῶς unitarum, non igitur commistarum et confusarum, rationem illustrat exemplo antiquitus jam adhibito, quod de hominis ex anima et corpore compositi natura sumpsit (col. 342). Idem non solum est in Augustini plurimis locis, sed etiam apud alios qui philosophorum Platonicorum doctrinam et dicendi rationem ad res Christianas enarrandas accommodarunt. Cfr. Cyrilli altera *ad Succ. epist.*, Opp. V, 2, 143. Huic affine est illud, quod, qui huic similitudini aliquid momenti ac ponderis inesse arbitrarentur, nisi sunt formula, qua, quo pacto humana natura juxta divinam esse potuisset, explicare sese posse opinarentur, hac nimirum, quæ ibidem apud Gennadium est art. 7, τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἐν αὐτῷ τῷ προσληφθῆναι συστῆναι, quod idem plane est quod ex veteribus Alexandrina philosophia imbutis dixit Hippolyt. *contr. Noet.*, 15, ἐν λόγῳ τὴν σύστασιν ἔχει ἡ σάρξ, et quod Bellarminus, multis interjectis sæculis contendit, *De Christo*, III, 17 : Verbum sustentat humanitatem. Humana natura eo ipso, quod a divina assumpta est, *substitit, subsistendi facultas humanitati a divina altera personæ parte indita est.* Ne vero Christi divinitas humanæ naturæ astricta arctiore, quam par erat, loco circumscribi videretur, vindicavit ei (col. 343) Dei virtutem, qua veteres, veluti Theoph. *ad Autol.* II, 3 ; Orig. *de princ.* II, 13, Deum mundo longe superiorem, et minime quasi implicatum esse, conarentur monstrare ; dico id, quod apud Origenem passim est τὸ ἄπειρον, ἀπερίγραπτον, ἀπερίληπτον. Dixit Gennadius prorsus ex mente illorum philosophorum art. VIII : Ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἄπειρος, ὥσπερ καὶ Θεός ἐστιν ἄπειρος, contendens, hunc Λόγον et in Christo (homine) esse, et in mundo et in cœlo et in Deo Patre ; quippe qui ex eorumdem illorum sententia nunquam esse possit ἄλογος. Dicere autem ausus est, Λόγον in Deo ipso esse et tamen per se subsistentem. Priscam enim sententiam ante jam (col. 342) professus fuit : quodcunque sit in Deo et ex Deo, id sua natura (Crusii rursus lectionem secutus sum) Deum ipsum esse, non ita divinæ naturæ quasi involutum, ut non suis viribus exsistat ; in Deo enim nullum esse συμβεβηκός, unde Λόγον non solum natura sui compotem, sed etiam Deum esse. Dixi priscam hanc esse argumentationem et philosophiæ speciem præ se ferre. Iisdem enim rationibus Greg. Naz. orat. XXXI declarare conatus est, Spiritum esse οὐσίαν, non συμβεβηκός, deinceps Deum esse. — Viguit antiquitus de inspiratione etsi non accuratius definita hæc certe opinio, non, ut videtur, apud omnes, sed apud eruditiores ac liberaliores : fuisse non omnes sacros auctores eodem divino afflatu dignatos, alios potius aliis superiores vel largiore vel diutius durante revelationis beneficio. Hoc certe Origenes sæpius fassus est ; disertis verbis in homil. *in Numer.* XVI. 8 : Aliqua quidem *Dominus* locutus est, et non *prophetæ* ; alia vero *prophetæ* et non *Dominus*. Pari modo etiam Gennadius hanc sibi finxit sententiam, prophetarum, qua usi essent, inspirationem et exiliorem fuisse et interruptam. Hoc certe latere puto illis verbis, quæ sunt (col. 346 A) : Dei benevolentia magis adaucta est ex eo, quod ipse Deus (ex Crusii edit. *Ipse Logus divinus et Deus*) cum omni sua virtute in Jesum pervenit, quam quod ἔπεμπεν εἰς τοὺς προφήτας αὐτοῦ μίαν χάριν ἢ δύο, καὶ εἰς ἄλλον μὲν προφήτην ἐλάττονα, εἰς ἄλλον δὲ μείζονα. Non igitur omnis prophetarum multitudo eadem inspiratione adjuta est, nedum illa, quæ in Jesu fuit, postquam Deus ipse ejusque Λόγος ei inhabitavit ; sed modo majore, modo minore, utique pro eorum dignitate. Nec eis infuit Λόγος, sed χάρις, id quod etiam de eunctorum scriptorum natura dixit art. 14.—Λόγος vero cur cum homine Jesu copularetur oportuerit, bene exposuit Gennadius (col. 339), nec hoc in loco a priscorum philosophantium theologorum alienatus. Totus enim terrarum orbis divinarum legum oblitus præter Judæos multorum deorum, qui non veri essent dii (θεοὶ μὴ ὄντες (*ibid.*), cultui addictus fuit. Voluit igitur Deus ἀνάπλασιν τῶν ἀνθρώπων fieri per Verbum et Spiritum, et ob hanc potissimum *novam creationem* — quæ rursus ex Platonicorum sententia dicta est — divinitas suscepit humanam naturam. Sic quidem paravit Deus ob solam suam misericordiam convertere homines et liberare ἀπὸ τῆς πλάνης τῶν δαιμόνων. Quam totam opinionem ex Platonicorum scriptis mutuatus est. Hi enim deos alienarum gentium *deorum* nomine indignos habuerunt, sed dæmones vocabant, quorum fraude factum sit, ut unus Deus negligeretur, inque eum officia violarentur, ut deorum nomina inventa essent fabulæque, quarum suavitate omnis veritas sublata esset, excogitatæ atque in vulgus dissipatæ (1). Quod animarum post mortem statum attinet, ex priscæ Ecclesiæ consuetudine illarum immortalitatem cum corporum resuscitatione arcte composuit, corpora sanctorum secundum Platonicas formulas ἄφθαρτα, φωτεινά, ἐλαφρὰ futura esse ratus (col. 346). Quid interim usque ad illam corporum restitutionem agant ac sentiant animæ, non satis liquet ex art. 12. Ni vero egregie fallor, præparari eas putavit ad plenam beatitudinis perceptionem. Dixit enim, tales animas τελειοῦσθαι εἰς τὴν γνῶσιν, qua usque ad corpora reddita adauctæ videbunt Dei arcana, quæ nunc quidem jam cognoscunt, sed tantum per fidem. Refellit igitur illorum sententiam, qui animarum vel justorum conditionem esse in sensus, virium et conscientiæ carentia opinarentur ; rectissime et cum veterum optimis et sagacissimis viris (2) jam illo tempore, inter mortem et resuscitationem posito, esse remunerationis initium statuens (3). — Addere denique pauca lubet de argumentis pro rei Christianæ veritate a Gennadio prolatis. Ac primo loco ponit *vaticinia* (col. 347), quam item Justinus, *Apol.* II, 30, μεγίστην καὶ ἀληθεστάτην ἀπόδειξιν esse censuit. Vaticinatos esse prophetas, quæcunque fecerint et Christus et apostoli, quem accuratum vaticiniorum in Christo eventum miratus jam fuit Orig., *De princ.* II, 2 sqq. ; *in Joann.* tom. II, 28 ; vera etiam oracula Græcorum συγχωρήσει Θεοῦ de Christo facta fuisse ; id quod non multum abest a

(1) Baumgarten-Crusius, *Theol. bibl.*, p. 35 ; *Hist. Dogm.*, II, p. 982, n. 2.

(2) Justin., *Dial. c. Tryph.*, 80.

(3) Eamdem fere sententiam legimus multis argumentis stabilitam in libro pro concil. Florent., c. 4.

Digitized by Google

tina synodo orationum, quæ tanti non erat, ut totam idcirco ecclesiasticæ historiæ recentioris seriem conturbari necesse foret. Caryophyllo duplicem Gennadium cur primus somniaret, ratio nulla erat, nisi quod ita ex collectore *Bibliothecæ Patrum* Margarino Bigneo didicerat, quo nemo fortassis in ferenda de veterum scriptis sententia infelicior fuit, ex Bellarmino et aliis, quorum critice in exscribendis aliorum commentariis tota constabat.

Sane ex iis quæ supra disputata sunt, tam constat apud nos Gennadium schismaticum pertinacissimum et furiosum fuisse, quam quod certissime. Atque ita hujus Homiliæ quam edimus, major omni exceptione auctoritas esse debet. Solent enim Protestantes, si quod ex Græcorum qui ante quadringentos annos scripserunt, libris testimonium proferatur, statim inclamare, quod fuerit Latinis addictus. Qua vero ratione in λατινοφρονήσεως suspicionem vocari possit Gennadius, qui Latinos tam virulente insectatur, qui pro hæreticis habet, et illos ad communionem admitti vetat; qui additionem Symbolo factam, processionem sancti Spiritus a Patre et Filio, Azyma, Purgatorium, et ea ipsa quæ non inter necessaria fidei capita apud nos habentur erroris aut hæreseos, tam aperte condemnat (1); qui anathema Joanni Becco dicit, et pseudo-synodum, in qua vir pius et multis nominibus venerandus damnatus est, amplecti se multoties testatur; cujus denique hortatu et consilio monachi et moniales a communione Latinorum palam recesserunt, et sancta etiam profanum in modum conculcaverunt; qui in Marci Ephesii verba juravit, quique palam profectus est ἀκοινώνητον erga Latinos mansurum se, donec Romana Ecclesia tot hæreses, quarum illam ubique postulat, abjurasset. Hæc igitur refellenda incumbunt Protestantibus, antequam Gennadium de Eucharistiæ fide nobis testimonium perhibentem ex testium numero rejiciant. Ut autem id efficiatur, non inanes conjecturas, sed certa argumenta ab ipsis postulamus.

Quæ vero ex nostris auctoribus in contrarium adducere solent, ea habebimus omnino nihili. Neque enim si quid Allatius, Caryophyllus, Arcudius aut alii de Græcorum rebus scripserunt, legis aut edicti perpetui apud nos vim obtinent, ut reclamare non liceat; multo minus scripta a sordidis auctoribus, quorum testimoniis Claudius tam inuditer abusus est, ut Orientales Calvinistis adjungeret, cum ante annos centum et decem Lutheranis Wirtembergensibus, quorum tolerabilior sententia erat, tam perspicue significaverit Jeremias [illegible] antum illa sibi et toti Ecclesiæ [illegible]ret.

[illegible]remias vocem Transsubstantiatio-

A nis non usurpavit, quamvis rem vocc significatam docuerit, ut Wirtembergenses ipsi qui Acta ediderunt, nota ad marginem testati sunt, nata inde nova argumentorum seges, in qua Thomas Smitheus Ecclesiæ Anglicanæ theologus se exercuit. Ediderat Constantinopoli redux epistolam de Græcarum Ecclesiarum statu, in qua virum doctissimum Richardum Simonem impugnaverat, quod in Historia fidei Orientalium Græcos præsentiam realem, et transsubstantiationem credere firmissimis argumentis docuisset. Quia vero Smitheus ita statuerat *primum aut saltem inter primos* qui μετουσιώσεως voce usi forent, Gabrielem Philadelphiæ metropolitam fuisse, Gennadii testimonium opposuerat R. Simon ex brevi illa homilia quam Syrigus operi suo inseruit, quod opus a nobis acceperat. Smitheus in prima Miscellaneorum suorum editione, cum ex illo solo testimonio totam evanescere de Gabriele suam divinationem videret, Gennadii opus ut ὑποβολιμαίου scriptoris rejecit. At doctissimus ejus adversarius dissertatione vernacula (2) *De fide Ecclesiæ Orientalis circa transsubstantiationem*, illum ita confutavit, ut is responsione *Adversus cavillationes Simonii*, nam ita illam inscribere placuit, nihil quod ad rem faceret, respondisse agnoscatur.

Cum igitur in prima dissertatione homiliam brevem, aut epistolam, si quidem talis videri etiam potest, quæ ex Meletii Syrigi libro producta fuerat, rejicere satageret, hæc argumenta protulit, Gennadium ait Catholicis addictissimum fuisse, solo testimonio Allatii et aliorum qui Georgium Scholarium et Gennadium duplicem faciunt, cum ex iis quæ superius exposita sunt, satis constet unum eumdemque Scholarium et unioni promovendæ dedisse operam cum esset Florentiæ, et mutata sententia, acerbissimis deinde in Latinos odiis apud suos inclaruisse.

Aliud argumentum sumit ex Allatii, Possevini aliorumque silentio, quibus nunquam hæc homilia lecta fuit, etsi ille diligentem in Gennadii scriptis investigandis navavit operam. Judicium sit penes eos qui Allatianum Indicem cum nostro conferent, an hac invidiosa laude dignus sit Allatius. Possevinus multis aliis nominibus, sed nunquam a diligentia in recensendis auctoribus laudatus est. Quis omnia se vidisse audeat venditare, nisi quibus hæc studia ignota sunt? Habuimus ex bibliotheca Regia codd. mss. qui tam proxime ad Gennadii ætatem accedunt, ut statim ab ejus obitu, aut ipso etiam superstite scripti videantur, imo nonnulli ipsius, ut non vana conjectura est, manu emendati. In iis leguntur inter multa alia Epistolæ et Orationes quas Gennadius cum in monasterium se reciperet, et cum patriarchalem dignitatem abdicaret, scripsit, quæ totam de Gennadii

[illegible]laximum et monachos alios Montis Sina, ms.
[illegible]æ 1687.

Digitized by Google

duobus disputationem evertunt. Neget quispiam genuina hæc esse, habebit idem in Allatii silentio præsidium.

Quotidie ex bibliothecarum forulis multa doctissimis viris incognita eruuntur : neque mirum exstare in Gallicanis, quod in Romanis non exstabat. Regiam Vaticanæ conferri non fert Smitheus æquo animo : cur tandem ? Nam quid sua refert quæ illarum ditior sit ? Nempe ut ex Vaticanæ laudibus regiæ invidiosam suspicionem comparet, quasi quod in altera deest, in alia esse non possit ; aut si reperiatur, debeat adulterinum judicari.

Hanc vero homiliam, inquit Smitheus, *non in codicibus Regiæ bibliothecæ, sed apud D. Burdelotium exstare dixit Simonius, frigide quidem et admodum parce... titulo homiliæ tantum addito. Neque enim an singulæ harum homiliarum nomen Gennadii tanquam veri auctoris prætulerint, per ipsum scire nobis licet. An non debuit ille codicem illum una cum cæterarum Homiliarum titulis suspicionis ne quisquam impostor vafritie non insolita nomen Gennadii forte ementitus fuerit amovendæ causa accuratius et specialius describere?* Nunquam Burdelotii Simonius meminit, aut codicem apud eum exstare dixit. Quid sit *frigide* aut *parce* codicem designare non satis capimus. An quod nimium multi faciunt, verbosissime commendare, et sæpius parum fideliter ? Quot enim sunt qui ἀπόγραφα sua sæpe mendosissima mss. codicum loco laudaverunt, quod qui apud nos faceret, non intactus esset a sibilo.

Codex ipse, ut judicaverunt viri in antiquitate Græca exercitatissimi, talis est, ut de ejus αὐθεντίᾳ nemo præter eos qui illum non viderunt, dubitaverit. Habuit illum Nointelius a Panagiotte ; nos a Nointelio. Cur porro de suspicione amolienda quisquam cogitaret, quæ sine summa calumnia cogitari multa posset? Exstat homilia cum aliis Gennadii operibus, quæ certissime illius esse non modo multorum codicum consensus, sed Græcorum testimonia confirmant. In ea quam laudat Meletius Syrigus, alterius quam edimus : *in infelici palatio*, coram imperatore et senatu pronuntiatæ auctoritas stabilitur. Laudat eam Callinicus patriarcha Constantinopolitanus ex recentioribus in synodica sua, et alii magno numero.

Sed Meletium Syrigum repellit Miscellaneorum auctor tanquam *Græculum tenebrionem, partium studiis addictissimum, Romæ, nisi fallitur* (vehementer autem fallitur) *educatum*. At nemo fortassis inter Græcos recentiores majori doctrinæ et ὀρθοδοξίας laude floruit, commendatus scilicet tum ab eo qui ante paucos annos Constantinopoli sedebat Callinico, a Dionysio, Parthenio : tum Nectario et Dositheo Hierosolymitanis patriarchis, cujus opus adversus Cyrilli capitula ab anno 1640, quo perfectum fuit, huc usque laudatum, ne levissima quidem censura perstrinxit.

Tenebrionem nemo unquam appellavit eum, qui esset doctor Evangelii in Ecclesia Constantinopolitana : qui synodo an 1638 sub Cyrillo Berrhœensi adversus Cyrillum Lucarin habitæ interfuit, et eam subscriptione firmavit : qui a Parthenio seniore patriarcha Constantinopolitano in Moldo-Blachiam missus, decretis adversus ejusdem Lucaris Confessionem scribendis adfuit : tum ea ut patriarchalem confirmationem acciperent, Constantinopolin tulit : qui inter alios omnes theologos ab eodem designatus est, ut orthodoxam Confessionem, quæ primo ad Russicarum Ecclesiarum usum composita fuerat, recenseret et expenderet : quæ deinde totius Græcæ Ecclesiæ consensu tanquam communis fidei verissima expositio probata, et bis edita, tractatur Græcorum omnium manibus. Si hæc Constantinopoli Smitheus non didicit, culpa ipsius est ; sed editus est, ut Venetiis ad nos scriptum nuper fuit, liber ipse Meletii adversus Cyrilli Confessionem, et illius tanquam editi in Moldavia meminit Petrus Allixius vir doctissimus. Ea porro editio cum Græcorum opera prodierit, non est jam ullus adversus Meletii Syrigi fidem suspiciomi locus. Non enim *tenebrionum et partium studiis addictissimorum hominum*, sed eorum qui in clara Ecclesiæ Græcæ luce, doctrinæ et pietatis laude floruerunt, scripta huc usque Jasii aut Bucharestæ excusa sunt.

Quod porro nos ex libris didicimus, si Constantinopoli Smitheus non audivit, nostra non refert : sed Parthenius et Dionysius patriarchæ Constantinopolitani, Nectarius et Dositheus Hierosolymitani, et alii qui orthodoxam Confessionem testimoniis suis ornaverunt, et omnibus suis tanquam fidei regulam commendaverunt, testes hoc in argumento locupletiores Smitheo esse nemo non fatebitur.

Miratur quomodo illius homiliæ non meminerit Jeremias patriarcha adversus Wirtembergenses scribens, atque novum inde argumentum illi nascitur, quo suspicionem confirmet. At cum de processione Spiritus sancti tam fuse contra eosdem disputaret, de prolixo ejusdem Gennadii adversus Latinos opere circa eamdem theologiæ partem, verbum non fecit, ut neque meminit multorum aliorum ex Græcia theologorum, quorum scripta vel edita sunt, vel in bibliothecis servantur. Qui ex tam levi conjectura opera auctoribus abjudicaret, ridiculus foret. Nempe movisset Lutheranos Gennadii auctoritas, quibus exprobrat ultimis litteris Jeremias, quod sanctorum Patrum veterum auctoritates insuper haberent.

Nihil quoque esse in tomis adversus Latinos duobus quod homiliæ similem doctrinam repræsentet, res suspicionis plena Smitheo videtur. Merum potius et monstro simile fuisset, Gennadium de Spiritus sancti processione disserentem, deque aliis inter suos Latinosque controversiis, alieno plane in loco de Eucharistiæ fide disputasse, de qua inter utrosque perfectam consensionem esse non ignorabat. Disputatum erat acriter Ferrariæ

Digitized by Google

et Florentiæ inter Latinos et Græcos, præsertim de Azymis, materia scilicet in qua celebratur Eucharistiæ sacramentum; cedat Smitheus vel auctorem Græcum unum (neque Sylvestrum Syropulum excipimus) qui Latinos a Græcis de aliquo errore circa Eucharistiæ fidem insimulatos commemoret. Contra cum Bohemi, eamdem prope quam Reformati, de eodem sacramento opinionem haberent, videat in ipsius Syropuli narratione quam graviter Græci tulerint, quod in prima decreti ad concilium celebrandum formula Bohemis comparati quadam ratione fuissent, quos *multis et pessimis hæresibus laborare* agnoscebant. Quod igitur non modo in duobus illis voluminibus contra Latinos, quos Smitheus nunquam vidit, tum in multis aliis adversus eos scriptis, quorum indicem dabimus, nihil de Eucharistiæ controversiis reperiatur, certissimum integræ circa illum articulum concordiæ argumentum erat.

Verum, tantum abest ut vim illius agnoverit Miscellaneorum auctor, nihil ut potius duplici sua Dissertatione designare videatur, quam causam suspicionis adversus Gennadium et ejus homiliam, in ea non sententiarum modo, sed etiam vocum conformitate subesse gravissimam. Nempe si Claudio Carentoniano credendum est; neque enim ullum Smitheus ex Græcia, vel ex Orientalibus provinciis, alium hujus paradoxi auctorem habet, cum realis præsentiæ, multo magis transsubstantiationis dogma et nomen omnibus in Oriente Christianis ignotum hucusque fuerit, qui utrumque admittunt, pseudo-Græci sunt et Λατινόφρονες. Hoc si a Claudio demonstratum Smitheus existimat, ut non uno loco satis significavit, nos potiori jure, ne verisimilem quidem conjecturam eum attulisse probatum invicte a nostris theologis existimamus. Res in medio relinquatur, ut in ejusmodi quæstionibus fieri debet: ne syllabam quidem habent Protestantes, qua probari Claudiana censura possit: tota enim argumentorum vis in hoc uno erit, quod Græci et doctrinam et vocem ante Gabrielis Philadelphiensis metropolitæ tempora non usurpaverunt. Sciunt porro omnes quantum in similibus controversiis fallat sæpe argumentum illud quod vocant negativum. Quod si alicujus momenti est, ut sane sæpe cum judicio potest adhiberi, eo quoque utemur catholici, sed certiori et evidentiori. Nam cum exstent Græcorum adversus Latinos libri tam editi quam mss. magno numero, exstent acta et monumenta rerum ad concordiam procurandam inter utrosque gestarum, nihil occurrit unde vel Latinos a Græcis accusatos esse constet, quod transsubstantiationem docerent; aut a Latinis Græcos, quod illam rejicerent.

Accedit alia magnæ auctoritatis probatio ex disciplina Græcorum, quæ non heri aut nudius-tertius inventa, sed a multis sæculis huc usque observata, ejusmodi est, ut absque realis transmutationis fide consistere nequeat. Nam ritus et preces quibus Liturgia celebratur, circumlatio panis et calicis, antequam consecrentur, et eorum veneratio ex futura mox consecratione: communionis distribuendæ forma; particularum conservatio ad infirmorum viaticum, Missa præsanctificatorum, et tam multa alia certa ejusdem fidei argumenta sunt, unde quidquid simile occurrebat in Latina missa, statim Protestantes sustulerunt.

Quasi tamen de re minus quam de voce ageretur, nisi transsubstantiationem expresse nominaverint Græci, vetat Smitheus existimare quidquam eos de reali substantialique transmutatione cogitasse. Quia igitur Claudius ita statuerat, Gabrielem Philadelphiensem primum fuisse a quo μετουσιώσεως usurpata vox fuisset, Smitheus *primum aut inter primos;* Gennadii vero testimonium omnes illius rationes evertebat, suppositilium illum scriptorem esse jussit. Neque enim alia judicii tam præcipitis ratio quærenda est, cum ex duplici ejus opusculo eum de Gennadio nihil omnino scivisse præter pauca nec vera quæ ex Allatio didicerat, manifestum sit: quibus si quis acquiescat, illius non est de Gennadio aut illius operibus ferre sententiam. Nihil ergo Miscellaneorum auctorem movit, ut homiliam falsam judicaret: Gennadiumque, si auctor illius foret, Latinismo imbutum, quam mendacissima illa Claudiana hypothesis, quæ neminem Græcum legitimum agnoscit, nisi qui præsentiam realem et transsubstantiationem rejiciat.

Quam porro falsa illa foret, ex Gabriele Philadelphiensi satis fuerat demonstratum. Larva ille primum Claudio fuit, liberque fictitius: ita quippe videbatur homini minime Græco, ut admiratores ejus negare non possunt. Supererat secundus actus fabulæ, ut primus qui vocem *transsubstantiationis* usurpasset, Gabriel foret: mox non *primus aut inter primos*. Fidem omnium appellamus qui Græcos auctores legerunt, an ullum repererint, qui eo nomine Gabrielem laudaverit aut accusaverit, quod *primus aut inter primos* vocem eatenus inusitatam mysterio Eucharistiæ explicando adhibuerit. At erat sane locus laudandi illius Meletio Syrigo, cum de μετουσιώσεως voce disputaret, fatereturque eam primis Ecclesiæ doctoribus usurpatam non fuisse, sed a posterioribus recte ad fidem explicandam postea adhibitam.

Cum igitur Gennadii testimonio everteretur prorsus Smithei conjectura; nam ex eo constabat non ante centum annos, sed centum et sexaginta aut amplius vocem eam usurpatam, non ex falsissima hypothesi, saltem valde dubia, et probationibus destituta, convellenda erat Gennadii auctoritas; sed ex Græcorum testium fide, quos nemo audiri in rebus suis debere negaverit: aut saltem illud evincendum et dogma et vocem ab ipsis pariter ignorari. Si Cyrillum Lucarin excipimus, nullus Græcus theologus et vocem et dogma non probavit. Gabriel Meletiusque Syrigus laudantur ab omnibus, tanquam veri græcæ doctrinæ interpres. Cyrillus judicius

Digitized by Google

synodalibus damnatus est : refutata ab eodem Syrigo fuit illius Calvinistica Confessio : et contra hæc testimonia quæ Actis et Confessionibus multis ex Oriente missis confirmata sunt, audet quisquam conjecturas inanissimas opponere.

Primus aut inter primos, si Smitheo credimus, Gabriel Philadelphiensis Transubstantiationis vocem usurpavit, anno 1600, quo libellus illius editus est. Sed Meletius Piga, patriarcha Alexandrinus in epistolis ann. 1593 et 1594, eam vocem adhibuerat, ejusque sensum et consectanea accurate explicaverat, indicans simul tractatus alios suos in quibus fusius de eodem argumento pridem disseruerat. Latinismi suspectus esse non potest, quem impense Georgius Douza et alii Protestantes laudaverunt, eo præsertim nomine, quod concordiæ inter Poloniæ regno subditos Græci ritus et Catholicos conciliandæ acerrime restitisset. An subdititias illas epistolas esse Smitheus dicet? Verum eas ex authentico exemplari descriptas Constantinopolin ad Panagiottem misit Paisius Alexandrinus patriarcha : et Constantinopolitanus Callinicus in synodali definitione anni 1691. inter eos qui transubstantiationis voce usi sunt, Meletium Pigam numeravit.

Eadem auctoritate patriarchæ Constantinopolitani, et Dositheï patriarchæ Hierosolymitani confirmatur ea quam Smitheus oppugnat Gennadii homilia. Verba sunt : *Usa porro ea* (voce *transubstantiationis*) *Ecclesia est, quoniam nec æquivocis subjicitur, et superat omnium hæreticorum sophismata. Nec eam a Latinis mutuata est, sed est ea voce ditata ante annos plurimos, a domesticis et legitimis suis orthodoxis doctoribus, ut promptum videre est ex commentariis veræ religionis defensoris illius domini Gennadii patriarchæ Constantinopolitani, qui coram orthodoxis imperatoribus, et piis patriarchis ac sacro senatu, ipsisque doctoribus rectæ fidei nostræ, per hanc vocem ut ante cognitam, atque ab Ecclesia receptam, pro hoc mysterio depugnavit.* Edita est Græce synodalis illa Definitio Jasii in Moldavia, anno 1694, a Dositheo Hierosolymitano in libro contra Joannem Caryophyllum Logothetam, sed cum huc usque illum habere non potuerimus, versionem damus Nicolai Comneni Papadopoli, inserta Epistolæ ad Chrysanthum Notaram Cæsareæ metropolitam, quæ edita est Venetiis an. 1703.

In ea porro synodica Definitione duo sunt quæ diligenter observari operæ pretium sit. Primum, Homiliam quam publici juris facimus, patriarchis duobus Callinico et Dositheo, tum metropolitis et episcopis qui scribendo adfuerunt, fuisse notissimam : atque adeo de ejus αὐθεντίᾳ dubitare neminem posse, nisi qui αὐτοφίαν Smitheanam talibus testimoniis præferendam existimarit. Alterum est, quod antistites ipsi Græci testantur Gennadium vocem μετουσιώσεως usurpasse, ut pridem cognitam, idque verissime ab illis observatum fuit. Cum enim homiliam illam declamaret in palatio coram imperatore, episcopis et senatu, erat adhuc sæcularis : nemo autem suspicabitur ab homine, docto quidem, sed laico, ignotam nec usu stabilitam in mysterio explicando vocem usurpari potuisse, nullo episcoporum aut theologorum reclamante.

Sed Callinicus, Dositheus et alii Græci antistites erunt Smitheo Λατινόφρονες novi scilicet et huc usque ignoti generis ; nam cum ea vox usurpari cœpit, nullos alios quam qui stabilitam Florentiæ fidei Definitionem amplectebantur, designabat. Verum non Constantinopoli, sed in Claudii libris didicit Smitheus Λατινόφρονας esse, qui realem præsentiam et transsubstantiationem crederent. Erunt igitur etiam isti, ut illi qui synodo Hierosolymitanæ subscripserunt, in eadem Λατινοφρονούντων classe, qui tamen primatum Romani Pontificis negant, qui Spiritum a Patre solo procedere credunt, docent tandem reliqua quæ Romæ damnantur. Ea ratione Gennadius et ejus homiliæ ab ipso proscribuntur : nam aliam nullam habet ; adeoque si Gennadius Latinismi suspectus est, eadem suspicione involvi oportet Meletium Pigam, Gabrielem Philadelphiensem, Georgium Coressium, Meletium Syrigum, Cyrillum et Parthenium, qui in synodis, ann. 1638 et 1642, Lucaris confessionem ut hæreticam damnaverunt : omnes metropolitas et episcopos, aliosque ecclesiasticos qui decretis subscripserunt, ut eos qui synodi Hierosolymitanæ anno 1672 Decreta confirmaverunt, Nectarium Hierosolymitanum, omnes tandem Græcos sincerissimos, si qui unquam fuerunt. Nullus enim eorum est, qui Decreta adversus Cyrillum Lucarin non amplexus fuerit, quique eadem sentientibus ac nefarius ille fidei avitæ proditor, anathema non dixerit. At omnes illi tandem ita Latini sunt, ut plerique adversus Latinos stylo acerrimo decertaverint, quo nomine laudantur a suis ut Græcæ Ecclesiæ insignes theologi, illiusque defensores. Si igitur sinceri Græci non sunt, ubi tandem Græca Ecclesia ab annis ducentis fuit ; omnes enim quoscunque ex historia et libris novimus, Græci, aliam fidem non habuerunt. Verum opponit Smitheus Cyrillum Lucarin, Zachariam Gerganum Artæ exiguæ urbeculæ episcopum, et Metrophanem Critopulum. Nova jura condenda sunt, ut tribus testibus fides habeatur contra mille alios, imo contra publicum et multoties renovatum totius Ecclesiæ Græcæ testimonium. At illorum primus anathemate damnatus est, proscriptaque judiciis publicis synodalibus quatuor Calvinistica ejus confessio Constantinopoli scilicet, annis 1638, 1642, et 1691, Hierosolymis anno 1672, quæ judicia retractata nunquam fuerunt, cum eas omnes sententias Dositheus Enchiridio suo in Moldavia edito inseruerit. Gerganus, vix notus inter suos, tot patriarchis et episcopis opponi non potest. Metrophanes si vere et ex animi sententia eam confessionem edidit quæ Helmstadii excusa est, se ipse retexuit ; nam patriarcha Alexandrinus cum esset synodi Constantinopolitanæ Decreta subscri-

Digitized by Google

bendo confirmavit. Adjungantur si lubet pauci alii errones, quid illorum testimonia valere possunt contra totius Ecclesiæ Græcæ constans a septuaginta et amplius annis testimonium ?

Ita ex abnormis illius juris dispositione Cyrillo damnato, et sententiis teterrimis confixo, non de sua solum, sed de totius Orientalis Ecclesiæ fide credi oportet : Græcis ipsis de sua ipsorum fide non credetur, etsi per annos centum et amplius, eam scriptis privatis et publicis disciplinaque sua quæ omnium oculis patet, confirmaverint. Quod itaque Gennadius docuerit, transsubstantiationem quam Cyrillus informi et furtiva Confessione condemnavit, erit Smitheo ὑποβολιμαῖος Gennadius. Ex falsa illa hypothesi nascuntur aliæ non minus falsæ, adversus Gennadii laudatorem Syrigum, Georgium Coressium, reliquos tandem qui transsubstantiationem recipere se professi sunt, hoc est Græcos omnes : nam quicunque a Cyrillo huc usque patriarchatus, metropoles, episcopatus, dignitatesque ecclesiasticas tenuerunt, haud aliter crediderunt et locuti sunt, quam Synodi annorum 1638, 1642, 1672, 1691, Confessio orthodoxa, et alia publicæ auctoritatis scripta. Id si verum est, ut est sane verissimum ex Græcorum omnium consentientibus testimoniis, non esse debet Latinismi suspectus Gennadius, etiamsi transsubstantiationem docuerit, neque homiliæ ejus fides detrahenda, quia illam vocem repræsentat.

Sed nihil simile de Gennadio aut ejus operibus Constantinopoli audiit Smitheus, qui si vel unum qui plane illitteratus non fuisset, Græcum interrogasset, audisset procul dubio quod omnes sciunt neminem Latinis minus addictum patriarcha illo fuisse, neminem Syrigo, Coressio, aut aliis quos tam inclementer habet, Constantinopolin non erat navigandum, ut Claudius exscriberetur. At cum nihil illic audiverit de Gennadio et aliis quos testes producunt catholici, unde habuit illum fuisse Λαττνόφρονα : falsam esse illius homiliam : Syrigum tenebrionem Romæ educatum, Confessionem orthodoxam opus fuisse hominum Λαττνοφρονούντων, ut reliqua prætereamus ? Non hæc sane a Græcis accepit qui dudum antequam Smitheus Constantinopolin proficisceretur, et postea, contraria prorsus publice testati sunt. Cur porro patriarcham Hierosolymitanum in *familiari colloquio quo anno* 1671 *illum dignatus est*, de iis omnibus non interrogavit ? Is erat Nectarius aut Dositheus, utroque nemo inter Græcos recentiores Latino nomini magis infensus. Non aliud certe respondissent quam quod primus in epistola ad Paisium Alexandrinum, et in altera ad monachos Sinaitas, sine ambagibus testatus est, ex scriptis eorum quos Smitheus, ut Latinismo corruptos rejicit, petendam esse Græcorum fidei sinceram expositionem, non ex falsa Confessione Cyrilli quam cum horrore rejiciunt. Audisset quam diversum a Smitheano esset Nectarii de Claudio judicium de Calvino, de Luthero, de Legero.

Sed non solus contodiendus erat Gennadius, cujus stabat intacta auctoritas, si Hierosolymitana synodus, anno 1672 contra Calvinistas habita, in qua transsubstantiatio perspicue stabilitur, non simul concideret. Sic igitur eam aggreditur (1), Græcis ut ubique facit illudens : *Num*, inquit, *ex integro affectu et amore veritatis Hierosolymis nuper consenerunt oracula contra Calvinistas hæreticos edituri ? Quæ cum legerim, plane obstupui, dum probe meminissem patriarcham Hierosolymitanum Constantinopoli agentem familiari quo me dignatus est colloquio, mihi incunte anno* 1671 *in Angliam propediem rediturο dixisse, se quidpiam contra pontificios moliri quod illic cuperet edendum.* Nomen illius patriarchæ tacere non debebat testis oculatus, sed anno 1671 Nectarius erat aut Dositheus, qui post illius voluntariam abdicationem Hierosolymitanam sedem diutissime obtinuit ; nam vix ante duos annos mortuus est. Sed parum refert: nam Nectarium scimus opus adversus primatum Papæ elaborasse, quod Dositheus illius successor anno 1682 Jasii excudendum typis curavit, et Latine vertit Petrus Allixius. Quæ causa igitur obstupescendi Smitheo fuit ? Nempe quod is qui contra Romanum Pontificem scriptum pararet, anno sequenti Hierosolymis Calvinum, Cyrillum Lucaris, Claudium anathemate damnaret : nam hæc illi videntur ἀσύνατα. Inde modeste conticescit, sed aculeo relicto, nempe ut apud se quisque colligat suspecta aut falsa esse decreta illius synodi : sed quam vana illa conjectura sit, non multis verbis conficitur : nam in eo ipso tractatu Nectarii contra Papæ primatum, fellis venenique plenissimo, dum miracula quædam in Eucharistia facta refert, transsubstantiationem docet perspicue : et epistola Constantinopoli (2) scripta 1692 Confessionem Orthodoxam eximie commendat : tandem *tenebrionem illum, et Latinis addictum* Meletium Syrigum, cujus in ea scribenda præcipuæ partes fuerant, post laudes alias vocat (3) *præconem, interpretem et amussim rectorum fidei dogmatum*, κήρυξ, διερμηνεὺς, καὶ στάθμη τῶν ὀρθῶν τῆς πίστεως δογμάτων. Qui tam infeliciter de Syrigo judicavit, eum de Gennadio et ejus homilia idoneum judicem nemo agnoscet.

Neque est quod αὐτοψία illa quam nonnulli ad nauseam usque ingerere solent, objiciatur. Cui enim persuadebit aliquando Smitheus, se quæ de Cyrillo Lucari scripsit, Constantinopoli didicisse, aut in Ecclesia Græca eum ut sanctum et martyrem coli, qui anathematibus confixus est. Imo si *Dia veritas*, cujus se amantissimum testatur, alicujus apud eum pretii est, agnoscat, conjectanea illum omnia sua

(1) Smith p. 99.
(2) Pag. 205 ed. Gr.
(3) Confess. orth. ad. Lips. p. 6

Digitized by Google

Constantinopolim tulisse, et ut merces parum vendibiles domum retulisse. Quo enim modo Græci falsum illud systema non ignorassent, quod præterquam Claudio in Græca litteratura plane hospiti, nemini unquam venerat in mentem? aut quomodo in contrariam Decretis synodalibus suis, Confessioni orthodoxæ, disciplinæ, communi doctrinæ sententiam intra paucos annos transducti fuissent, nemine contradicente, aut animadvertente? Sed satis confutata sunt hæc omnia paradoxa ab adversario doctissimo, neque illa uberius refellendi causa ulla foret, nisi animadverteretur quotidie, nihil tam absurdum aut falsum a quoquam alicujus nominis Calvinista affirmari posse, quod non statim laudatores credulos inveniat, moxque apud reliquos transeat quodammodo in rem judicatam. Nam mendacium illud totum, de Græcis nihil minus quam realem præsentiam transsubstantiationemque credentibus, sed eam fidem amplectentibus, quam Cyrillus sua Confessione exposuit, a Claudio conflatum est, dissimulante, vel ignorante potius quam diversum foret non Græcorum modo, sed doctissimorum etiam extra Romanam communionem de eadem judicium. Creditum id fuisse ab illitteratis ex ejus secta, nemo mirabitur : quis existimaret enim verbi divini ministrum in re tam seria aut ignorasse quod scriberet, aut quod incompertum sibi foret, tam certo affirmasse? Redit alter Constantinopoli, et quæ Claudius affirmaverat oculis se vidisse et auditu accepisse tribus libellis editis contestatur. Nos catholici patriarcharum omnium, metropolitarum et aliorum ecclesiasticorum testimoniis publicis privatisque, libris editis et ineditis, fama publica, disciplina quæ obversatur oculis omnium, et aliis certæ auctoritatis argumentis muniti, Smitheum non vidisse vel audivisse Constantinopoli, quæ nunquam fuerunt, non temere asserimus, sed certissime demonstramus; atque adeo Gennadii quam damus Homilia oculatum ejusmodi testem, et *nasutiores*, ut loqui amat, ejusdem generis censores non reformidat. Unde quantumcunque commendetur cum laudibus ejus αὐτοψία, recedere sensim videmus ab illius sententia doctos Protestantes : ut Laurentius Normannus fecit circa Confessionem orthodoxam, Petrus Allixius circa synodum Jasii habitam anno 1642, et Meletium Syrigum : dudumque eam exploserunt Marbachius, Calovius, Felhavius Augustanæ Confessionis theologi, circa Cyrilli Confessionem et synodos an. 1638 et 1642, a quibus proscripta est. Neque ipse Smitheus omnino negat Græcos tandem hodiernos præsentiæ realis et transsubstantiationis dogma imbibisse : sed id factum pessimis Latinorum fraudibus, quas arcanorum revelator dies docebit. Si supremum Judicii diem intelligit, ita sane : nam coram summo Judice patebunt omnia : si longinquum aliquod tempus, jam aliquot anni lapsi sunt ex quo dubitari non potest quin Græci nihil minus quam Λατινόφρονες, de Cyrilli Confessione, de synodis contra eam ejusque auctorem habitis, de confessione orthodoxa, de transsubstantiatione, de Gennadio, de Syrigo, de Coressio, de Gregorio proto-syncello ejus discipulo, eam opinionem firmissime teneant, quam oculatus ille testis totis viribus impugnare aggressus est. Cum enim synodi Hierosolymitanæ decreta ipse Dositheus in Moldavia edi curaverit, quibus omnia perspicue continentur, quæ cum Claudiana Λατινοφρονούντων definitione stare non possunt, sed sinceros Græcos esse constat, qui præsentiam realem et transsubstantiationem credunt, frustra conjecturæ omnes sunt ubi Græci ipsi loquuntur. Unde quidquid ex falsa illa hypothesi contra Gennadium et ejus homilias Smitheus deduxit, accuratiori refutatione non indiget.

GENNADII OPERUM NOTITIA.

Quæcunque a Gennadio scripta ad nos pervenerunt, aut ante patriarchatum scripsit, aut in ipso patriarchatu, aut deposita dignitate cum privatus in monasterium Sancti Joannis Baptistæ prope Serras ad Menœceum montem se recepisset. Hunc ordinem ejus operum qui vitæ seriem sequitur, quidam mss. codices repræsentant, qui tamen id habet incommodi, quod de multis non ita liquet, ut quando scripta sint certo habere possimus, quo in genere sunt homiliæ complures, et minutiora quædam opuscula. Sed tamen hunc ordinem, quia commodior est, sequemur.

Georgius Scholarius adhuc laicus, circa Florentini concilii tempora scripsit epistolas, ut videtur, bene multas, quarum selectæ quædam supersunt in cod. Regio 2955, hoc titulo, Ἐκ τῶν Ἐπιστολῶν Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου τοῦ ὑστέρου Γενναδίου, *Ex Epistolis Georgii Scholarii qui Gennadius postmodum fuit.* 1ª nemini inscripta; 2ª Imperatoris fratri; 3ª magno chartophylaci; 4ª Marco Lipomano, Florentia Venetias missa; 5ª Ambrosio Camaldulensi; 6ª Magno duci: ibidem quoque scripta, ut videtur, non ex Græcia, ut suspicatus est Allatius qui illius meminit (1). Exstat quoque in cod. Colbertino 4958; 7ª anonymo de privatis negotiis; 8ª Philelpho Mediolanum Constantinopoli scripta, ut existimo, et ante prolectionem Italicam, aut post reditum; nam in ea dolet eripi sibi per stre-

(1) De consensu, p. 962.

Digitized by Google

pitum judiciorum occasiones ad amicos scribendi ; 9ª principi, πρίγκιπι, sive is sit Theodorus Despota, sive Constantinus qui postea imperator ultimus fuit ; 10ª imperatori Constantino, quam scripsit jam monachus, gratias agens de munusculis missis ; 11ª Paisio Cretæ, ut conjicimus, archiepiscopo, cui perpetuos pro Christo labores et liberationem ex carcere gratulatur ; 12ª Lemnum de turbis Constantinopolitanis ; 13ª Imperatori Trapezuntis de missa ad Italos legatione : 14ª Nomophylaci in Peloponnesum ; 15ª Marco Ephesino præfixa opusculo adversus Gemistum Plethonem pro Aristotelis defensione ; 16ª absque titulo, de privatis negotiis. Has Epistolas omnes repræsentat codex ms. bibliothecæ Regiæ, selectas, ut videtur, ex aliis pluribus, quasi digniores quæ in codicem referrentur. In Colbertino adjunctæ sunt veterum aliquot epistolis, unde styli potius gratia quam ad historiam illustrandam videntur collectæ, ut etiam paucæ aliquot Lucæ Notaræ Magni ducis, Theodori Despotæ, et quorumdam aliorum imperii Constantinopolitani procerum.

Florentiæ scripsit Orationes quæ cum Actis concilii circumferuntur, si tamen illius sunt ; potuit sane eas scripsisse, ut ex Actis liquet : nam ad eorum sententiam qui unionem cum Latinis suaderent, accessisse Georgium Scholarium verisimile est, imo certum, nisi quis Acta falsitatis accuset, quod certis argumentis probare difficile est. Confirmat Actorum fidem epistola Marci Ephesini ex cod. Florentino et quæ exstat in Regio 2953 producta ab Allatio, qua in Scholarium invehitur, quod aliquam cum Latinis concordiam fieri posse existimasset. Verum non pauca in has orationes irrepsisse fatendum est, quæ adnotare prælixioris esset operæ. Editæ sunt et Romæ cum concilio Florentino in fol. Græce-Latine, Matthæo Caryophyllo interprete, et in 4° tum in editione Romana conciliorum an. 1612, tom. IV. Exstare ait Allatius in codd. mss. Scoriacensi, Bavaricis duobus, Altempsiano, et Ant. Augustini. Habentur quoque in codd. Regiis, et in Cæsarea bibliotheca n° 61, inter Græcos historicos (1).

Apologia pro quinque capitibus concilii Florentini serius scripta, edita est Romæ 1577 in fol. cum eodem concilio Græce ; et Latine, Fabio Benevolentio interprete, in 4° 1539, Græce-Barbare versa a Matthæo Caryophyllo, et aliquoties in *Bibliotheca Patrum*. Eam Caryophyllus Gennadio abjudicat, quem refellit Allatius. Illorum rationes ad examen revocare prorsus inutile videtur. Nam cum ex iis quæ a nobis de Gennadio dicta sunt, constet eum statim atque Constantinopolin reversus est, Marco Ephesino reconciliatum, operam omnem in pervertenda unione contulisse, frustra quæreretur quo tempore hanc Apologiam edidit, quæ non nisi post cladem urbis, atque adeo in patriarchatu scripta censetur, ab iis qui illam Gennadio attribuunt (a) : nunquam enim resumptum semel in Latinos odium deposuit, imo perpetuis accusationibus in eos invectus est, et in ea sententia ad finem usque vitæ perseveravit. Si ergo illius opus hæc Apologia censenda est, scriptam fuisse oportuit aut Florentiæ, aut statim post reditum. Sed si quis ita statuat, eamdem interpolatam fuisse fateatur necesse est, adsuta de calamitatibus Constantinopolitanis satis longa lacinia.

Orationes hæ exstant : Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Μεταμόρφωσιν, *in Jesu Christi Domini nostri Transfigurationem*. Scripta, ut habetur in codice Regio 2955, cum adhuc sæcularis esset, sub Joanne imperatore, reperta Thessalonicæ post captam Constantinopolin.

In festo τῶν Εἰσόδων προσφωνητικός. Recta hæc oratio in monasterio Periblepti primum, præsente Constantino imperatore.

Alia absque titulo, πάλαι μὲν Ἰουδαῖοι, in eodem codice.

In Commemoratione Decollationis S. Joannis Baptistæ. Oratio exstat in eodem cod. In nostro, sub titulo Gennadii Monachi, incipit : Ὁ μὲν μακάριος Ἰωάννης καὶ Βαπτιστής. Omittitur ab Allatio.

Alia, εἰς τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *In Nativitatem Domini nostri Jesu Christi secundum carnem*. Gennadii Monachi in eodem cod. et in nostro, incipit, Οἱ λαμπρότατοι τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρες. Scripta est autem in monasterio S. Joannis Baptistæ. Exstat in codd. Regiis 2955 et 2959 et in nostro : ejus non meminit Allatius.

Alia de Transitu B. Mariæ Virginis, ἐπὶ τῇ μεταστάσει τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Exstat in eodem Regio codice, et in 2959. Ex ejus titulo colligitur scriptam fuisse in monasterio Pammacaristæ, nempe Constantinopoli, lectam *in festo Dormitionis B Mariæ, in tertio, inquit, nostro ad urbem violento reditu*, indict. 12, an. 72, hoc est anno mundi secundum Græcos 6972, cui respondet indictio 12, J. C. 1464. Atque ita falluntur qui annum 1460 supremum Gennadio fuisse nullo fundamento affirmant. Videntur autem verba ista manu ipsius Gennadii scripta. Incipit, Ἡ μὲν τοῦ ἔτους ἀρχή, habetur quoque in nostro cod.

Alia, *de secundo Adventu Domini nostri, et de Resurrectione corporum*. Περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ περὶ τῆς τῶν σωμάτων ἀναστάσεως. Exstat in eod. cod. Reg.

(1) V. Lambecium l. VIII, p. 505 et seq.

(a) Josepho Methonensi asseruit R. P. Cuperus, socius Bollandianus, in *Historia patriarcharum Cpolitanorum* quæ *Actis SS. Augusti* t. I præmittitur, p. 195*. Recole quæ jam tomo superiori monuimus in Josepho Methonensi. Edit.

Digitized by Google

Alia, ἐπὶ τῇ παραβολῇ τοῦ τελώνου καὶ Φαρισαίου, *de parabola Publicani et Pharisæi*, cujus initium est, Τὸν τῆς ὑπερηφανείας κρημνόν. Exstat in cod. Reg. 2958 et in nostro, neque hanc vidit Allatius.

Alia, ἐπὶ τῇ παραβολῇ τοῦ ἀσώτου, καὶ περὶ μετανοίας, *de Parabola Prodigi, et de Pœnitentia.* Incipit, Ὁ τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων γογγυσμός. In eodem cod. Reg. et nostro : non meminit Allatius.

Alia hoc titulo, Τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἀοιδίμου πατριάρχου κυρίου Γενναδίου ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Παρασκευῇ ἐν τῷ παλατίῳ, ἔτι ἐν τῷ τῶν κοσμικῶν σχήματι τυγχάνοντος. *Beatissimi et venerandi patriarchæ domini Gennadii Homilia dicta in sancta et magna Paresceve in palatio, cum adhuc in sæcularium habitu esset.* Exstat in eodem cod. 2958.

Alia sub hoc titulo, Θεωρία περὶ τῶν ἐν τῇ εὐαγγελικῇ παραβολῇ ταλάντων, *de parabola talentorum in Evangelio consideratio.* Hujus initium, Ὁ τὰ πέντε τάλαντα πεπιστευμένος. In eod cod.

Homilia de corpore et sanguine Domini, quam huc usque in solo nostro codice reperimus hoc titulo prænotatam : Ἐκ τῶν ὁμιλιῶν αἱ ὁμιλούμεναι ἐν τῷ δυστυχεῖ παλατίῳ κατὰ Παρασκευὴν ἐν τῇ μεγάλῃ Τεσσαρακοστῇ, εὑρημένων μετὰ τὴν ἅλωσιν. Ἐγράφοντο δὲ μετὰ τὸ ἀγράφως ὁμιληθῆναι παρακλήσει φίλων. αὐτὴ δὲ ὡμιλήθη ἐν τῇ Παρασκευῇ τοῦ Λαζάρου. Ὁμιλία περὶ τοῦ μυστηριώδους σώματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Ex Homiliis quæ pronuntiatæ fuerunt in infelici palatio, singulis sextis feriis in magna Quadragesima, inventis post captam urbem. Scriptæ autem fuerunt postquam viva voce fuissent pronuntiatæ amicorum hortatu. Porro hæc pronuntiata est in Parasceve Lazari. Homilia de sacramentali corpore Domini nostri Jesu Christi.*

Alia de eodem argumento brevior, scripta ut videtur Constantinopoli postquam patriarcha renuntiatus esset, in qua alterius meminit. Eam in nullo codice reperimus, sed eam transtulimus ex Opere Meletii Syrigi adversus Cyrillum Lucarin, ubi refertur.

Multas præter enumeratas a nobis Homilias scripsisse Gennadium testatur ipse in Epistola quadam, in qua de suis operibus ad amicum scribit : Ἔτι δὲ ὁμιλίαι αἱ σχεδιασθεῖσαι, ἵνα μετὰ τὰς ἀπὸ στόματος γενησομένας ὁμιλίας τῷ λαῷ ἀναγινώσκωνται αὐτὰς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καθ' ἑκάστην Κυριακὴν ἐκ διαδοχῆς μετὰ τὸ ἄριστον συναγομένων τῶν Ἑνορειτῶν ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ, πᾶν ἀναγκαῖον σχεδὸν περιέχουσαι. *Item Homiliæ compositæ, ut post eas quæ viva voce pronuntiandæ sunt Homilias in Ecclesiis populo prælegerentur per singulas Dominicas successive post prandium, congregatis Enoritis, sive montis accolis in unaquaque ecclesia, quidquid fere necessarium est continentes.*

Homiliis adjungi possunt, *Oratio contra simoniacam hæresim*, scripta biennio ante captam urbem ac Constantinum imp. Κατὰ τῆς σιμωνιακῆς αἱρέσεως ἢ ἀπιστίας, initium : Τὰ ἐξ ἀθέων τούτων βαρβάρων, in cod. Reg. 2955 et nostro.

Περὶ διαφορᾶς τῶν συγγνωστῶν καὶ θανασίμων ἁμαρτημάτων, *De differentia peccatorum venialium et mortalium.* Inc. Ὁ μὲν ἀκριβέστερος, in eodem Reg. codice (1).

Περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι νῦν θαύματα ὡς πρότερον. *De eo quod nulla nunc ut olim miracula fiant*, in cod. Reg. 2959. Initium, Ζητοῦσί τινες.

Opera Gennadii theologica varia sunt, præter ea quæ adversus Latinos scripsit, de quibus agetur postremo loco.

Primum inter opera theologica locum tenet, *Expositio fidei Christianæ coram Turcarum imperatore Muhamede facta, et scripto comprehensa.* Hujus duplex editio est, altera prolixior, altera brevior. Primæ titulus in nostro et Regiis codd. talis est : Γενναδίου μοναχοῦ καὶ πατριάρχου τῶν τοῦ Χριστοῦ πενήτων, περὶ τῆς μόνης ὁδοῦ πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Ἐξεδόθη δὲ τῷ σουλτάνῳ αἰτήσαντι μετὰ τὰς ἐνώπιον αὐτοῦ διαλέξεις ἐν τῷ πατριαρχείῳ τότε γεγεννημένας· καὶ μετὰ τοῦτο ἄλλο συντομώτερον ἐξεδόθη. Ἡρμηνεύθη δὲ ἀμφότερα Ἀραβικῶς, καὶ οὕτως ἐδόθησαν. *Gennadii monachi et patriarchæ Christi pauperum de sola via ad salutem hominum. Datum vero est hoc opus sultano petenti, post habitas coram eo disputationes in patriarchio, et deinde aliud brevius editum est : ambo autem Arabice interpretata sunt et ita publicata.* Arabice cum interpretatum aiunt, Turcice intellige; neque enim ullum Arabicæ versionis vestigium in codd. mss.,; exstat illud in plerisque codicibus. De eo Allatius p. 402. Brevius alterum opusculum idem est quod edidit *Turco-Græciæ* lib. II Martinus Crusius, cum versione Turcica quæ, ut titulus habet, facta est ab Ahmeto judice Berrhœæ, patre Mahmouti Chelebi, scribæ imperatorii. Ejusdem exemplar simul cum Turcica versione elegantissima manuscriptum, sed Græcis litteris, et fortassis idem quod aut imperatori, aut primario alicui Turcæ destinatum fuit, habetur in bibliotheca regia n° 2961 (2).

(1) Exstat idem opusculum in bibl. imperatoria Viennensi ad Gr. theol. 296. Vide Lambec. l. v, 257.

(2) De duplici Gennadii Confessione et de Gennadio ipso hæc scribit Ern. Jul. Kimmel in Proleg. ad Libros Symbolicos Ecclesiæ Orientalis. Jenæ, 1843 : « Quo in munere Græcorum patriarchali, rebus valde ancipitibus, Gennadius quanta prudentia se gesserit, ex eo patet, quomodo cum ipso Muhammede versatus sit, et quantum apud eum valuerit. Quod enim vix fieri posse videbatur, ut, Turcis, gente horrida ac fera, urbem tenentibus, Græci possent intra eadem mœnia tranquille degere, id patriarchæ ope et libera fidei Christianæ expositione effectum est. Habemus vero hujus *fidei confessionis* duplicem editionem : unam, dialogica forma conscriptam, alteram contin. a oratione, quæ est primæ illius retractatio. Inducitur in illa Muhammedes de articulis Christia-

Digitized by Google

Editum quoque est anno 1556, in Hæresiologia, translatum Latine a Gregorio Hermonymo Spartano Helmestadii Gr. Lat. 1611 4°, in *Bibliotheca Patrum* tom. IV, p. 950. De eo videnda quæ scribit

næ fidei, quos sane fama atque auditione potuerat accipere, interrogans, Gennadius ei respondens. Hanc primo patriarcha videtur litteris consignavisse. Post vero, cum imperator eam professionem litteris mandari sibique tradi vellet, retractavit, elimavit et absolutiorem reddendo hanc alteram evulgasse videtur. Utraque vero hoc habet commune, quod *veterem* tractat *theologiam*, i. e. duo illa dogmata, in quorum perscrutatione veteres præcipue versati sunt, *de Deo ejusque natura* et *de Christo ejusque sublimiore natura*. Cætera quidem dogmata quod omiserit auctor, multum absum quin vituperem. Quis enim est, qui nesciat, in illis duobus tunc temporis Christianorum proprietatem conspicuam habitam fuisse? Nullo igitur pacto patriarchæ opus fuit, cætera dogmata, veluti ea, de quibus Græci a Romanis dissenserunt, attingere. Satis fuit, illa duo ita absolvere, ut Turcarum principi etsi non plena assensio, certe lenius judicium mediocrisque reverentia exprimeretur. Id quod talem habuit eventum, ut sæpius Gennadius ad imperatorem vocatus esse, utque ipse Muhammedes de sua religione addubitavisse diceretur. Ex quo id certe efficitur, eum liberaliorem ac mitiorem rebusque divinis et audiendis et percipiendis aptiorem fuisse, quam vulgo creditur.

« Spirant vero illæ confessiones, et a liberalitate et a doctrina merito laudatissimæ, Platonicam de dogmatis illis palmaris sentiendi rationem. Viguit enim adhuc illo tempore Platonis studium, cui optimi quique sese dederunt. Sed exstiterunt jam Aristotelis amici, qui cum Platonicis concertare, eorum magistro palmam eripere eamque Aristoteli deferre omni ope niterentur. Ex his fuit imprimis Georgius Trapezuntius, Romæ demortuus anno sæculi XV octogesimo sexto. Scripsit is librum plenum, ut tradunt auctores, contumeliarum, quibus Platonis auctoritatem infringere studuit, cujus patrocinium Bessarion, a papa jam inter purpuratos patres relatus, ita suscepit, ut, plaudentibus ei plurimis doctis hominibus, Trapezuntius temeritatis suæ pœnas daret (1). Bessarion autem, quanquam pro Platonis gloria certamen subiit, tamen non inter acerrimos hujus propugnatores stetit. Ut in Ecclesiarum discordiis mitem se præbuit, neutri plane repugnantem, sed neutri prorsus servientem, sic etiam in scholarum philosophicarum contentionibus ita versabat naturam, ut Platonis quidem fautor, non vero Aristotelis contemptor aut implacabilis hostis numerandus videretur esse. Neque hoc in genere Gennadius ejus dissimilis fuit. Platonicam palam sectatus est scholam, non vero Platonica, quæ minus viderentur Christiana esse temere amplexabatur. Constat, eum contra Plethonem, Byzantinum, medio sæculo XV in Peloponneso denatum, acriter pugnasse, quia Platonis quidem placita docte et subtiliter docebat, sed destructo ipso Christianæ doctrinæ fundamento, quod in Dei unitate innititur. Hanc ille simultatem contraxerat sibi ob libros *De Platonicæ atque Aristotelicæ philosophiæ differentia* et *de legibus* (a) conscriptos, qui præter Gennadium etiam Georgium Trapezuntium et Manuelem Peloponnesium (2), magnæ ecclesiæ rhetorem, nacti sunt acerbissimos adversarios.

« Sed ut ad Gennadii confessiones redeam, hæc fere sunt, quæ ad Platonicæ familiæ consuetudinem ac formam cogitata videntur esse. *Deum non esse interpretabilem* ut est initio ; summum Platonicorum dogma est : Plat. *Tim.* 303 Bip. edit. ; Orig. contr. Cels. VII. 48. ; Greg. Naz. orat. XXVIII. Per vim eminentiæ, ut aiunt, de Dei virtutibus posse conjecturam fieri, quod Gennadius altera confess. num. 2 docuit ; hoc idem, duce Dionys. Areop. *De div. nom.* 7, Platonici imprimis persecuti sunt. Θεοῦ nomen repetendum esse a θέειν (col. 319) ex veteribus illius philosophiæ sectatoribus tradidit Theophilus *ad Autol.* I, p. 70 et 71. Homines interdum et quidem per participationem, i. e. ob vitam puram, qua divinæ naturæ participes facti sint, deos nuncupatos esse (*ibid.*), non minus est sententia a Platonicis sæpe memorata ; Athanas. *De defin.* tom. II. p. 44 ; Clem. Alex. *Strom.* VIII, 2, 25. Mundum a Deo ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι esse creatum p. 11, consueta quidem formula fuit, sed eadem a Platonicis culta et frequentata, ut Aristotelicorum de æternitate materiæ somnia restinguerentur. Deum non σῶμα ἔχειν, sed ζῆν νοερῶς (ibid. art. I.); cum gravitate monet vel Aristotelicorum gratia, vel quod a Platonicis ita didicerat, qui idem proponere solerent: Orig. *Eclog. in Genesin*, p. 25. Neque a Platonicorum axiomatibus remota sunt quæ dicit (col. 338), διὰ τοῦ λόγου τῆς σοφίας καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ mundum condidisse Deum ; similia sunt, quæ Irenæus tradit (II, 30): *Omnia fecit Deus per se ipsum — per verbum et sapientiam.* Quod porro aliquoties non tam exposuit Genn dius, quam significavit, Deum et mundum condidisse et gubernare solo suo in homines amore ductum, id ipsum a veteribus Platonicis sæpe disputatum esse scimus. Gravibus verbis (col. 334) esse quidem *in mundo* monuit Deum, sed *supra munaum*, ut, quod Platonici similibus formulis usi dicere consueverunt, Deum extra ipsum mundum, cum eo non necessario natura cohærentem monstraret. Adjecit admodum apposite, eum ἐν οὐδενὶ τόπῳ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ esse, quam utrinsque placiti conjunctionem item veteres, qui ex Platonicorum schola prodierunt, theologi amarunt, veluti Clem. Alex. *Strom.* II, c. 2, Οὐ γὰρ ἐν γνόφῳ ἢ τόπῳ ὁ Θεός· ἀλλ' ὑπεράνω καὶ τόπου καὶ χρόνου καὶ τῆς τῶν γεγονότων ἰδιότητος. Magnum porro momentum tribuit divinæ providentiæ eamque amplioribus verbis describit (col. 338), plane ex mente illorum qui Aristotelicorum placito, *sub luna nullam esse providentiam* vellent occurrere : Tatian. II, Chalcidius 345, Theodor. II orat. Hanc simplicitatem antiquitate venerabilem, philosophicis coloribus distinctam repræsentavit etiam in Trinitatis expositione. Ut Iren. IV, 20, *adest semper*, inquit, *Verbum et sapientia, Filius et Sp. S.*: eodem modo Gennadius (col. 338 A) jam ante conditum mundum affirmat fuisse Λόγον καὶ Πνεῦμα ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ φυσικῆς, ἐπεὶ ὁ Θεὸς νοῦς ἐστιν, cui id affine est, quod veteres de Λόγῳ certe dixerunt, eum ante mundi creationem Deo infuisse, id quod apud Athenag. exstat *Legat. pro Christianis* X : Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὁ Θεὸς, νοῦς ἀΐδιος ὤν, εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τὸν Λόγον, ἀϊδίως λογικὸς ὤν. Magnam porro antiquitatem sapit, quod Dei naturam ob ejus trinitatem non quidem verbis definiri ac circumscribi posse censet, (col. 322 A). Idem enim sensit ex Origenis schola progressus Didymus *De Trinit.* I, 9, 15 ; II, 1 ; nihilominus maxime ex Platonica gentilium philosophia petierat. Quo ita exarsit Manuelis ira, ut eum infensi Christianæ virtuti animi insimularet. Cfr. Leo Allatius, *De perpet.*, etc., p. 955.

(1) Cfr. Leo Allatius Diatribe de Georgiis p. 378.

(2) Manuelem propterea offendisse fertur alius liber Plethonis περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ Πνεύματος ἀπόδειξις, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, etc., in quo argumenta

(a) Cf. Alexandre in libro inscripto : *Plethon's De legibus quæ supersunt.* Paris. 1858.

Digitized by Google

Possevinus *Apparatu sacro* : quanquam falso suspicatur a Græcis, subtracta quædam fuisse quæ ad vero illud ipsum mysterium imaginibus et similitudinibus illustrare, quantum possit, studet. Nec in harum delectu a veteribus dissidet. *Solis* certe imaginem (col. 322) invenimus apud Athenagor. *Legat.* X, qui, qualis sit spiritus, lectoribus voluit ita clarius reddere. Platonicis formulis, quibuscum locus I Joann. IV, 16, commiscebatur, innititur illa mysticorum magis quam scholasticorum propria Trinitatis explicatio, qua tres personæ esse dicebantur *Deus*, *Sapientia*, *Amor*. Hanc mysterii absconditi expositionem legimus in Gennadii conf. II, p. 13. Ipsam vero duarum in Christo naturarum earumque distinctarum et καθ' ὑπόστασιν tantum et προσωπικῶς unitarum, non igitur commistarum et confusarum, rationem illustrat exemplo antiquitus jam adhibito, quod de hominis ex anima et corpore compositi natura sumpsit (col. 342). Idem non solum est in Augustini plurimis locis, sed etiam apud alios qui philosophorum Platonicorum doctrinam et dicendi rationem ad res Christianas enarrandas accommodarunt. Cfr. Cyrilli altera *ad Succ. epist.*, Opp. V, 2, 143. Huic affine est illud, quod, qui huic similitudini aliquid momenti ac ponderis inesse arbitrarentur, usi sunt formula, qua, quo pacto humana natura juxta divinam esse potuisset, explicare sese posse opinarentur, hac nimirum, quæ ibidem apud Genuadium est art. 7, τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἐν αὐτῷ τῷ προσληφθῆναι συστῆναι, quod idem plane est quod ex veteribus Alexandrina philosophia imbutis dixit Hippolyt. *contr. Noet.*, 15, ἐν λόγῳ τὴν σύστασιν ἔχει ἡ σὰρξ, et quod Bellarminus, multis interjectis sæculis contendit, *De Christo*, III, 17 : Verbum sustentat humanitatem. Humana natura eo ipso, quod a divina assumpta est, *substitit, subsistendi facultas humanitati a divina altera personæ parte indita est.* Ne vero Christi divinitas humanæ naturæ astricta arctiore, quam par erat, loco circumscribi videretur, vindicavit ei (col. 343) Dei virtutem, qua veteres, veluti Theoph. *ad Autol.* II, 3 ; Orig. *de princ.* II, 13, Deum mundo longe superiorem, et minime quasi implicatum esse, conarentur monstrare ; dico id, quod apud Origenem passim est τὸ ἄπειρον, ἀπερίγραπτον, ἀπερίληπτον. Dixit Gennadius prorsus ex mente illorum philosophorum art. VIII : Ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἄπειρος, ὥσπερ καὶ Θεός ἐστιν ἄπειρος, contendens, hunc Λόγον et in Christo (homine) esse, et in mundo et in cœlo et in Deo Patre ; quippe qui ex eorumdem illorum sententia nunquam esse possit ἄλογος. Dicere autem ausus est, Λόγον in Deo ipso esse et tamen per se subsistentem. Priscam enim sententiam ante jam (col. 342) professus fuit : quodcunque sit in Deo et ex Deo, id sua natura (Crusii rursus lectionem secutus sum) Deum ipsum esse, non ita divinæ naturæ quasi involutum, ut non suis viribus existat ; in Deo enim nullum esse συμβεβηκός, unde Λόγον non solum natura sui compotem, sed etiam Deum esse. Dixi priscam hanc esse argumentationem et philosophiæ speciem præ se ferre. Iisdem enim rationibus Greg. Naz. orat. XXXI declarare conatus est, Spiritum esse οὐσίαν, non συμβεβηκός, deinceps Deum esse. — Viguit antiquitus de inspiratione etsi non accuratius definita hæc certe opinio, non, ut videtur, apud omnes, sed apud eruditiores ac liberaliores : fuisse non omnes sacros auctores eodem divino afflatu dignatos, alios potius aliis superiores vel largiore vel diutius durante revelationis beneficio. Hoc certe Origenes sæpius fassus est ; disertis verbis in homil. *in Numer.* XVI. 8 : Aliqua quidem *Dominus* locutus est, et non *prophetæ* ; alia vero *prophetæ* et non *Dominus*. Pari modo etiam Gennadius hanc sibi finxit sententiam, prophetarum, qua usi essent, inspirationem et exiliorem fuisse et interruptam. Hoc certe latere puto illis verbis, quæ sunt (col. 346 A) : Dei benevolentia magis adaucta est ex eo, quod ipse Deus (ex Crusii edit. *Ipse Logus divinus et Deus*) cum omni sua virtute in Jesum pervenit, quam quod ἔπεμπεν εἰς τοὺς προφήτας αὐτοῦ μίαν χάριν ἢ δύο, καὶ εἰς ἄλλον μὲν προφήτην ἐλάττονα, εἰς ἄλλον δὲ μείζονα. Non igitur omnis prophetarum multitudo eadem inspiratione adjuta est, nedum illa, quæ in Jesu fuit, postquam Deus ipse ejusque Λόγος ei inhabitavit ; sed modo majore, modo minore, utique pro eorum dignitate. Nec eis infuit Λόγος, sed χάρις, id quod etiam de cunctorum scriptorum natura dixit art. 14.—Λόγος vero cur cum homine Jesu copularetur oportuerit, bene exposuit Gennadius (col. 339), nec hoc in loco a priscorum philosophantium theologorum alienatus. Totus enim terrarum orbis divinarum legum oblitus præter Judæos multorum deorum, qui non veri essent dii (θεοὶ μὴ ὄντες (*ibid.*), cultui addictus fuit. Voluit igitur Deus ἀνάπλασιν τῶν ἀνθρώπων fieri per Verbum et Spiritum, et ob hanc potissimum *novam creationem* — quæ rursus ex Platonicorum sententia dicta est — divinitas suscepit humanam naturam. Sic quidem paravit Deus ob solam suam misericordiam convertere homines et liberare ἀπὸ τῆς πλάνης τῶν δαιμόνων. Quam totam opinionem ex Platonicorum scriptis mutuatus est. Hi enim deos alienarum gentium *deorum* nomine indignos habuerunt, sed dæmones vocabant, quorum fraude factum sit, ut unus Deus negligeretur, inque eum officia violarentur, ut deorum nomina inventa essent fabulæque, quarum suavitate omnis veritas sublata esset, excogitatæ atque in vulgus dissipatæ (1). Quod animarum post mortem statum attinet, ex priscæ Ecclesiæ consuetudine illarum immortalitatem cum corporum resuscitatione arcte composuit, corpora sanctorum secundum Platonicas formulas ἄφθαρτα, φωτεινά, ἐλαφρὰ futura esse ratus (col. 346). Quid interim usque ad illam corporum restitutionem agant ac sentiant animæ, non satis liquet ex art. 12. Ni vero egregie fallor, præparari eas putavit ad plenam beatitudinis perceptionem. Dixit enim, tales animas τελειοῦσθαι εἰς τὴν γνῶσιν, qua usque ad corpora reddita adauctæ videbunt Dei arcana, quæ nunc quidem jam cognoscunt, sed tantum per fidem. Refellit igitur illorum sententiam, qui animarum vel justorum conditionem esse in sensus, virium et conscientiæ carentia opinarentur ; rectissime et cum veterum optimis et sagacissimis viris (2) jam illo tempore, inter mortem et resuscitationem posito, esse remunerationis initium statuens (3). — Addere denique pauca lubet de argumentis pro rei Christianæ veritate a Gennadio prolatis. Ac primo loco ponit *vaticinia* (col. 347), quam item Justinus, *Apol.* II, 30, μεγίστην καὶ ἀληθεστάτην ἀπόδειξιν esse censuit. Vaticinatos esse prophetas, quæcunque fecerint et Christus et apostoli, quem accuratum vaticiniorum in Christo eventum miratus jam fuit Orig, *De princ.* II, 2 sqq. ; *in Joann.* tom. II, 28 ; vera etiam oracula Græcorum συγχωρήσει Θεοῦ de Christo facta fuisse ; id quod non multum abest a

(1) Baumgarten-Crusius, *Theol. bibl.*, p. 35 ; *Hist. Dogm.*, II, p. 982, n. 2.

(2) Justin., *Dial. c. Tryph.*, 80.

(3) Eamdem fere sententiam legimus multis argumentis stabilitam in libro pro concil. Florent., c. 4.

Digitized by Google

sed conjectando tantum colligit, quia Gennadium, qui ipsi catholicus videbatur, ea silentio præteriisse non existimabat. Sed quam inanis hæc conjectura sit, ex superius dictis manifestum est.

sententia late pervagata, antiquitatis doctissimis et summis hominibus insuisse σπέρμα quoddam divinum, quo ad verum indagandum et Christiana quædam invenienda lati essent (μετὰ σοφημίας τοῦ Ἰησοῦ apud Gennad. art. 14). Astronomis etiam et Persarum (1) et Græcorum ab eodem hanc tribui laudem, quod futura præviderint, permittente scilicet Deo, et quasi eminus Christum intuentes, non mirabitur, qui, quantopere astrologorum artem veteres ad futura præcognoscenda valere opinati sint, secum reputarit (2). Alterum pro Christiana veritate petiit argumentum ex Scr. sacr. perfectissima consensione, et hanc ex ejus auctore, quæ fuerit gratia divina (art. XV). Quæ cuilibet in veterum lectione versato id in memoriam revocant, quod est apud Iren. VI, 9 sqq., 15 sq., 32. (cit. Clem. Alex., *Pædag.* III, 12); hoc tantum discrimine inter utrumque intercedente, quod ille consensum ex inspiratione, hic inspirationem ex consensu repetiit. Tertio argumento ex eo desumpto, quod multi et sapientissimi quidem homines ad hanc fidem accesserint, apte adnectit quartum, quod *morale* dixerim, peranatiquum, ex Apologetis a Justino (3) jam frequentatum; religione Christiana contineri πάντα πνευματικά, nihil quod hanc tantum vitam spectet, sed instillare hominibus amorem Dei et futuræ ejusque æternæ vitæ; eripere eos hujus et calamitatibus et fortunis, collocareque in sublimiore loco, unde terrena despiciant, cœlestia quærant. Cui affine est, quod deinceps sequitur art. XVIII, fideles Christi asseclas vere vitam egisse probam atque sinceram; ad quam et ii, qui primis Ecclesiæ sæculis ejus patrocinium susceperunt, provocabant (4). Neque miraculorum obliviscitur per charismata, quæ diu Christianis data fuisse credebantur, patratorum, quippe non dæmonum ope, quorum πλάνη penitus explosa est (art. XVI), sed vi Dei, qui inde suam rem sustentari voluit. Horum argumentorum seriem claudit ita, ut duo ultima *philosophicum* et *historicum* (5) poneret (art. XIX et XX): argumentorum, quæ Christianæ doctrinæ possint opponi, tantam esse imbecillitatem ac levitatem, ut facilia sint ad refutandum, ipsi autem hanc vim, ut per plura sæcula, persecutionum et cædis plena, duraverit intacta eamque immaculatam atque incolumem Dominus, ubi redierit, reperturus sit.

« Hæc paulo uberius disputata facile apud lectores veniam impetrabunt, cum exinde et confessionum gravitas et sententiarum pondus atque ubertas æque conspicua sit, ac fidei, quam repræsentat, antiquitas, sensus ac mentis simplicitas. Quapropter si ea laus Græcæ Ecclesiæ merito tribuenda est, quod tumultibus dogmaticis minus percussa sit, opinionum novitati et illecebris fere nunquam cesserit, quod denique antiquioris Ecclesiæ, cujus vestigiis fideliter institerit, et dignitatem et venerabilem speciem præ se ferat, profecto hæc cuncta cadunt in has, de quibus quærimus, confessiones, eo laudabiliores, quod nullis admistis incertis et dubiis ea tantum proponunt quæ omnibus Christianis non probata non esse debuerant, Platonicis quasi luminibus ita distincta, ut facile lectorum capiant mentes et oblectent.

« Unum continere me non possum quin commemorem, in quo eum video ab uno suæ Ecclesiæ dogmate desciviisse. Summam scimus omnium Græcos inter et Latinos disceptationum fuisse in *processione Spiritus sancti*, de qua judicium quasi tessera fuit, qua potuit quilibet dignosci. Quid igitur dicamus, cum in conf. I (col. 322 C) verba legimus: *Pater generat Filium et a Patre et Filio procedit Spiritus sanctus*; id quod etiam similitudine stabilit, qua illud assecutus sibi videbatur esse: Corpus solis producit radios, a sole et radiis procedit lumen? Et hoc idem est, in quo exponendo versatur primum caput libr. pro concil. Florent. — His si refragari videntur, quæ sunt col. 325 D, *quemadmodum spiratio generatur ab anima, et Spiritus sanct. procedit a Patre*; non tam cogitandum est de quadam mentis varietate, quasi coram imperatore, harum rerum rudi atque experte, liceverit modo hoc modo illud proferre, prouti linguæ volubilitas et rerum connexio postulaverit; sed tum de imaginis, qua usus est, ratione, tam de alio auxilio, quo illa discrepantia elevetur. Imaginem duxit ex anima, ut Trinitatis unitatem monstraret. Anima producit et sermonem et spiritum, sic et unus Deus, i. e. *unum Dei principium* tum Filium generat, tum Spiritum, ut ajunt, spirat. Non itaque agit de Deo, una in Trinitate persona, sed de ipsius divini numinis substantia, quæ animam humanam exæquans deorum est causa, sermonis et spiritus. Quanquam igitur ipsius imaginis natura Gennadium prohibuit, quominus juxta Patrem, Spiritus auctorem, poneret et Filium; tamen, non de processione Spiritus sancti agens, sed de Deo, universorum causa, uno, duobus aliis in suam naturam ex se ascitis, non de sua sententia abiisse putandus est. Ac si quis ex eo quærere voluisset, quid ipse de his verbis, quibus secum pugnare videatur, sentiret, haud arbitror eum alia responsurum fuisse, quam quibus in libro pro concil. Florent., I, 4.; in re simillima se expedivit. Cyrillus M. in *Joann.* XIV, his verbis cum usus esset, *ex divina essentia profluit, quod ex ea procedit*, quibus Spiritus sancti processio ad solum Patrem referri videtur, Gennadius non dubitavit his opponere illud, a Deo cum Filio omnes sui proprias virtutes communicari, non *improprie, sed naturaliter et essentialiter*; ergo etiam illam vim, qua Spiritus sanctus ex ipso progrediatur. Quo quidem concesso illibata erit Gennadii fides, nec debebit ubivis locorum, necessitate urgente nulla, vel ne opportunitate quidem data, Patris nomini addere Filium, cum neuter sine altero sit (6). — In alterius

(1) Justin., *Cohort.*, c. 11 Euseb., *Præp. evang.*, IX, 10

(2) Baumgart. Crus., *Dogm. Hist.*, II, 869 not.

(3) *Dial. c. Tryph.* c. 110, *Apol.* I, c. 15 sqq.

(4) Neander, *Historia. eccl.*, I, p. 181.

(5) Hoc etiam in libro pro concil. Florent. composito c. 5, sect. 18, exposuit auctor, his Chrysostomi verbis usus: «Quot jam inde a principio adversus Ecclesiam bellum gesserunt, cum erat planta recens, arma adversus eam sunt expedita? At nunc Dei gratia et sancti Spiritus robore et imperator est pius et milites, et omnis terra fide est repleta. At in origine ejus, in exordio reges impii, milites irreligiosi, ob jussa principum aræ ardebant, undique fumus (in textu male: *sanus*) et nidor, aer inquinabatur, dæmones bacchabantur, diabolus saltabat, pater filium abdicabat, filius patrem non colebat, natura scindebatur et religio; ubi igitur, qui ausi sunt adversus Ecclesiam in acie stare?»

(6) Id sæpius de Filio prædicat, eum scilicet nunquam a Patre abesse, etsi in terra sit et inter homines versatus. Quapropter dicit (col. 330), *principium producticum esse Patrem et etiam Filium, productus autem esse Filium et Spiritum sanctum*; quod utrumque facile potest conjungi.

Digitized by Google

Contra Judæos scripsit per modum dialogi librum hoc titulo Ἔλεγχος τῆς Ἰουδαϊκῆς πλάνης ἔκ τε τῆς Γραφῆς καὶ τῶν πραγμάτων, καὶ πρὸς τὴν Χριστιανικὴν ἀλήθειαν παράθεσις ἐν σχήματι διαλόγου, *Confutatio erroris Judaici ex Scriptura et rebus gestis et ad Christianam veritatem cohortatio per modum dialogi.* Colloquuntur Christianus et Judæus. Initium est, Βούλει διαλεχθῶμεν ἐφ' οἷς πρὸς ἀλλήλους διαφερόμεθα Χριστιανοί τε καὶ Ἰουδαῖοι. Exstat in cod. Reg. 2954 et 2959 et in nostro similiter. In utroque scriptus dicitur, Ἐν τῇ τρίτῃ μου βιαίᾳ πρὸς τὴν πόλιν ἀνόδῳ. In meo additur, Καὶ δόξα ἐκεῖθεν

confessionis loco, ubi eamdem rem disquirit, clarius et distinctius, vel, si mavis, cautius dixit; rectissime (col. 334) et Ecclesiæ Græcæ, quæ personarum semper unam πηγὴν et ἀρχὴν esse statuit, accommodate ἐκ τῆς φύσεως τοῦ Θεοῦ exoriri Verbum et Spiritum arbitratus, cum in natura divina universa νοῦς, λόγος et πνεῦμα sint, ut in humana νοῦς, λόγος νοητὸς et θέλησις νοητή, quæ tria in uno humanæ animæ principio innitantur. Jam vero ex iis, quæ dixit ad naturarum duarum origines explanandas, facile sequitur, eum noluisse Spiritus processionis Filium penitus expertem esse. Deus cum se intueatur, se cogitat. Hæc ipsa cogitatio — cum sit nihil inane ac vanum in Deo — est Dei Filius seu sapientia. Per hanc vero se ipsum Deus et intelligit et diligit; oritur igitur ex sua mente, se et cogitante et intelligente, dilectio, qui est Spiritus sanctus. Ergo in spirando Spiritu sancto et ipsa Dei natura interior et hujus sui ipsius conscientia, quasi exterior Dei natura, suas habet partes, i. e. et Deus et Filius. Hac sane ratione, quam sagacissime excogitatam esse cognoscimus, potuit Gennadius Græcum cum Latino dogmate ita consociare, ut utræque factiones in ea aquiescerent. Monstrum enim hoc quasi carmine dimovit, quod Græci veluti larvam semper extimuerant, dico sententiam, abominabilem ductam, in divino numine esse duo principia. Romanis vero satisfecit, quod ex uno principio divino posito produci censuit tria, quorum tertium ex primis duobus, quæ vicissim in se valeant, esse atque oriri voluit.

« Adnotavit Possevinus in *Apparatu sacro ad scriptores V. et N. Testam.*, memoratu dignum esse illud, quod Gennadius sacræ Trinitatis personas dixerit *idiomata* seu *proprietates*. Quod cum Lugdunensis Bibl. Patr. maximæ editores priori confessioni præfigerent, quasi ad hanc Possevini judicium spectaret, vehementer falsi sunt. In hac enim sæpius *personarum* in Trinitate mentio fit. Spectat potius ad alteram confessionem, in cujus tertio articulo in Deo præter alias virtutes ad humanas propius accedentes esse ἄλλα τρία ἰδιώματα dicuntur, ex quibus cæteræ illæ tanquam ex suo fonte promanent, inque quibus ipsa Dei vita consistat. Non vero Gennadius in hoc solo nomine acquievit, cujus vix excusationem nactus esset. Prudenter adjecit: Hæc tria idiomata nos vocamus τρεῖς ὑποστάσεις, et quæ insuper apud Crusium leguntur, ἤγουν τρία πρόσωπα, quæ Possevinus in suo textu non invenisse videtur. Utcunque res se habet, hoc certissimum est, Gennadium, ut nos Trinitatem, tria illa singula vocasse *proprietates*, non *Dei*, ut nos Trinitatem dicimus, sed *in Deo*, in quibus verbis omnis cardo vertitur. Insuerunt illa Deo, tanquam ἐνέργειαι, art. 4, ut supra dictum est, ita ut pro ejus expositione dici liceat: in Deo est Νοῦς, Λόγος, Πνεῦμα, quod nullus graviter ferat. Non vero inania virtutum hæc verba sunt, sed sua natura in Deo subsistunt tanquam naturæ seu personæ; sunt enim *hypostases* personæ *substantiales*. Hoc igitur additamento, præter quod illis apud Crusium lectis ἤγουν τρία πρόσωπα non egemus, amovit quidquid offensioni esse possit. Evitavit fortasse de industria *personarum* appellationem, quamvis a Græcis potissimum frequentatam, non tam ne coram Muhammede, harum subtilitatum ignaro, de tribus diis loqui videretur, quam aut quia Muhammedes id in prima confessione falso intellexerat, aut quod ad sublimiorem Trinitatis explicationem hoc nomen, quasi robustius et crassius, minus aptum visum est.

« Ita Gennadio defensione vel certe excusatione data, restat ut de confessionum editionibus pauca apponam. Prior lucem aspexit Viennæ 1530, per jurisconsultum Joannem Alexandr. Brassicanum, Græce et Latine, cujus etiam exordium Crusius in Adnot. ad *Turcogræc.*, p. 191, mentionem injecit. Doleo, ab eodem Crusio non repetitum esse libellum. Ipse vidit et legit, nam præter exordium alia etiam paulo post addit. Non enim librum potui nancisci (*a*), quanquam repetitus esse dicitur *Zwickaviæ*, 1677. Latine tantum exstat in Bibl. Patr. Lugdun. XXVI, p. 556, interpretis nomine omisso. Hanc igitur interpretationem reddidi Alterius confess. prima editio illa est, cujus exemplar Emmanuel Malaxas Peloponnesius misit ad Crusium Tubingensem, in cujus *Turco-Gr.* lib. II, p. 109 sqq. legitur Græce, Latine et Turcice. Turcica Græcis et Latinis litteris consignata sunt. Sub finem adjectum etiam est Muhammedis responsum, Græce et Latine redditum p. 110; quare nescio quomodo Heineccius l. l. I, p. 232, dicere potuerit, hoc responsum nondum esse explicatum (1). — Repetita est posterior hæc confessio in *Davidis Chytræi oratione de statu Ecclesiarum hoc tempore in Græcia* etc., *quibus confessio fidei a Gennadio patriarcha Mahometi II exhibita*, etc. *et alia accesserunt* Francof. 1585, p. 173. Non vero is cum lectoribus communicavit, unde acceperit exemplar; habuisse eum multa cum doctis Græcis vel aliis in terris commorantibus commercia, ex libello, cui non paucæ eorum epistolæ interjectæ sunt, clare elucet. Fecerat etiam, ut ipse dicit p. 8, imperatoris, Maximiliani auctoritate et vocatione ex Academ. Rostochiensi excitus multa ac magna itinera, ut de statu Ecclesiarum Orientalium potissimum scisciaretur. Latina denique illius interpretatio est in Biblioth. quam memoravimus p. 558, ex Crusii *Turco-Græcia* facta, sed ab hujus interpretatione paulum diversa. Hæc editionis textus ex Chytræo descriptus est, adnotatis accurate ex Crusio lectionibus et ex hoc atque ex Bibl. versione variantibus. »

(1) In errorem induxit Heineccium ordinis inversio. Aliis enim in articulis agmen ducunt Græca cum Latinis, quæ excipiunt Turcica. At postremo Turcica quædam priora sunt, nempe hæc: Τέμετ τεράμ ὁλατί, quæ redduntur Græcis: ἤγουν ἐπλήρωσεν, Latinis: *id est absolvit*. Turcica illa amice Gust. Stickelius, Orientl. in hac acad. professor, mihi explicuit: *His absolutus est tractatus, disputatio, expositio*: quæ cum illis Græcis pene conveniunt.

(*a*) Edidit 1844 D. W. Gass in *Gennadius und Pletho* et ad hujus editionis fidem textum Latinum reformavimus.

Digitized by Google

ἐλευθερώσαντί με τρίτον ἤδη Θεῷ, *Scriptus in tertia mea ad urbem violenta profectione, et gloria Deo tertium inde me liberum abire sinenti.* Non viderat Allatius, qui ex Bibliotheca Roberti Constantini titulum citat, p. 408, opus non contemnendum satisque prolixum, foliorum circiter sexaginta in eodem Regio.

Ejusdem, Ἐκ τῶν περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προφητειῶν αἱ σαφέστεραι, *sive Collectio prophetiarum de Christo quæ magis perspicuæ sunt.* Incipit, Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, in nostro cod. et in Reg. 2959. Non meminit Allatius.

Κατὰ Αὐτοματιστῶν καὶ Ἑλληνιστῶν, ἤτοι πολυθέων, καὶ ὅτι Θεὸς εἷς ἐστι καὶ δημιουργὸς τοῦ παντὸς ἐν Τριάδι ὑποστάσεων. *Contra Automatistas et Hellenistas, sive multorum deorum opinionem tenentes, et quod unus Deus sit conditor universi in Trinitate hypostaseon.* Incipit, Οἶσθα μὲν μὴ εἶναι Θεόν (1). Scriptum fuit opus in monasterio Prodromi in monte Menœceo; habetur in cod. reg. 2955, 2958, 2959, et in nostro.

Ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις περὶ τῆς θεότητος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *Interrogationes et responsiones de divinitate Domini nostri Jesu Christi:* ex disputatione habita cum primariis duobus Turcis, qui missis litteris ex monasterio Ferras eum venire jussérant. Exstat in cod. Reg. 2955. Πρὸς τῷ τέλει τοῦ Ματθαίου.

Περὶ τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ λατρείας, ἢ νόμος εὐαγγελικὸς ἐν ἐπιτομῇ, *De primo Dei cultu, sive lex evangelica compendio explicata.* Opus dividitur in capita 40. Scriptum est rogante quodam familiari monacho, raptim anno 6966, J. C. 1458, in monasterio S. Joan. Baptistæ in Menœceo monte post a dicatam dignitatem, Μετὰ τὴν τοῦ πατριάρχου ἀποκατάθεσιν, ut habet idem cod. Regius. Incipit, Δυοῖν οὐσῶν τοῖς εὐσεβοῦσι λατρειῶν. Exstat in codice Reg. 2955 et 2959.

Περὶ τῆς θείας προνοίας καὶ προορισμοῦ, *De divina Providentia et prædestinatione.* Initium est, Τὴν ἐξ ἀϊδίου περὶ τῶν ὄντων καὶ γινομένων γνῶσιν.

Περὶ προορισμοῦ δεύτερον, *De prædestinatione secundum.* Initium, Κλινοπετὴς ἰδεξάμην. Is libellus editus est primo Augustæ Vindelicorum a Davide Hœschelio, an. 1603. Iterum cum versione Latina a Carolo Libertino societatis Jesu theologo, Uratislaviæ. Scriptus fuit ad Joannem archiepiscopum Thessalonicensem in eodem monasterio.

Περὶ τοῦ θείου προορισμοῦ τρίτον, *De divina prædestinatione tertium*, ad eumdem. Incipit, Πολλὴν οἶδά σοι χάριν.

Περὶ τοῦ θείου προορισμοῦ τέταρτον, *De divina prædestinatione quartum.* Ad magnum œconomum dominum Theodorum Agallianum. Σὺ μὲν καλῶς ποιῶν, φίλτατε. Quatuor illi de prædestinatione libri scripti videntur postquam privatus factus in monasterium se recepisset. Exstant simul in codd. Regiis 2955 et 2959.

Ὅπως ἡ θεία πρόνοια καὶ ὁ θεῖος προορισμὸς οὐκ ἀναιρεῖ τὸ χρήσιμον τῶν εὐχῶν, *Quod divina providentia et divina prædestinatio non auferi precum utilitatem*, in cod. Reg. 2958. Incipit, Ὁ περὶ τῆς θείας προνοίας λόγος, cod. Reg. 2958.

Περὶ τῆς ἐν τῷ Δεσπότῃ ἡμῶν Χριστῷ ἀνθρωπότητος, *De humanitate J. C. D. N.* Incipit, Ζητοῦσί τινες. Ibid.

Περὶ ἀναστάσεως, *De resurrectione.* Init., Τὸ μὲν τῆς ἀναστάσεως ὄνομα. Ibid.

Περὶ τοῦ δεσποτικοῦ καὶ θείου αἵματος, *De Dominico et divino sanguine*, ad Dionysium Hieromonachum. Init., Ἐζητημένον ἤδη τῷ μεγάλῳ Π τρὶ Γρηγορίῳ. Ibid.

Περὶ τῶν ἀγγέλων πρὸς τὴν τοῦ Ἀργυροπούλου γνώμην ἀντιφερόμενον, *De angelis contra Argyropuli sententiam.* Incipit, Ὁ Θεὸς φῶς ὢν ἀκρότατον. Ibid.

Εἰς τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν τὸ, *Ἐκένωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβών, In illud Apostoli, Exinanivit semetipsum, formam servi accipiens.* Ibid.

Λύσις διαφόρων εὐαγγελικῶν ἀποριῶν, *Solutio diversarum ex Evangelio difficultatum.* Ibid.

Περὶ τῶν ἐμφερομένων ἐν τῇ θείᾳ εὐχῇ ῥημάτων, *Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, Υἱὲ Θεοῦ, ἐλέησον ἡμᾶς, De verbis in divina prece contentis, Domine Jesu Christe, Fili Dei, miserere nobis.* Ibid.

Περὶ τῶν καρπῶν τοῦ πνεύματος, *De fructibus spiritus.* Ibid.

Ἔκφρασις τοῦ, Μάρτυρες στεφανῖται, *Expositio hymni ecclesiastici*, qui ita incipit. Ibid.

Ἐκ τῶν ἐμμέτρων εὐχῶν τοῦ αὐτοῦ, Ὦ Πάτερ ἄμβροτε, *Hexametri versus ad Deum.* Ibid.

Περὶ τοῦ πῶς διακρίνονται αἱ θεῖαι ἐνέργειαι πρός γε ἀλλήλας καὶ τὴν θείαν οὐσίαν ἧς εἰσιν ἐνέργειαι, *Quomodo divinæ operationes distinguuntur tum inter se quam inter divinam essentiam.* Ibid.

Περὶ τῶν φαῦλα πραττόντων, πότερον ἑκόντες πράττουσιν ἢ ἐκόντες, *De iis qui mala committunt, num volentes aut nolentes agunt.* Incipit, Ζητητέον ἂν εἴη, in eod.

Synesii Oratio metrica, soluta oratione expressa, cod. 2955.

Ὕμνος μετὰ δεήσεως. Incipit, Τολμῶντά με, μέγιστε βασιλεῦ. Ibid.

Περὶ τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ τρόπου τῆς ὑπάρξεως τῶν νοερῶν καὶ ἀθανάτων ψυχῶν, *De tempore et modo exsistentiæ animarum intelligentium et immortalium*, amico cuidam. Inc., Ἐπειδὴ πυνθάνῃ, τιμιώτατε καὶ φίλτατε ἡμῖν ἐν Χριστῷ. Exstat in codd. 2953, 2958, et in nostro. Allatius per densam umbram designavit, quem vide p. 405.

Περὶ τῆς τῶν ψυχῶν μετὰ τὴν ἐκ τῶν σωμάτων ἀνάλυσιν διαθέσεως ἐπιβεβαιωτικὸν συγγράμματος, ὃ προεκόμισεν αὐτὸς ὁ Σαββάτιος τοῦ μακαρίου

(1) Edidit D. W. Gass in *Gennadius und Pletho*; exstat etiam in Append. ad Πλήθωνος νόμων συγγραφήν, Paris., 1858, 8. ed. Alexandre. Græce et Latine olim prodierat apud Aldum Manuclum Venet. 1501, 4°, cum S. Joan. Damasceni et aliorum hymnis, quod novissimos editores fugit.

Digitized by Google

Θεσσαλονίκης κυρίου Συμεών, *De animarum, postquam corporibus solutæ sunt, statu et conditione, ad confirmationem scripti Symeonis Thessalonicensis, quod ad se attulerat Sabbatius* ad eumdem qui ex Sina monte ad Gennadium venerat. In nostro cod. p. 4. Non vidit Allatius.

Ad Joannem opinor Thessalonicensem de eodem Epistola prolixa. Exstat in nostro codice p. 12. Inc., Ἥδιστα μέν σοι ἀποκρινόμεθα. Nec vidit Allatius.

Πρὸς τὸν πανιερώτατον Μηδείας κύριον Θεοφάνην, περὶ τῆς λογικῆς καὶ ἀνθρωπίνης ψυχῆς δεύτερον, *De anima humana et rationali ad sanctissimum Mediæ metropolitam, secundo.* Hujus Theophanis exstant in cod. 2958, ubi hic tractatus habetur, Epistolæ tres, una ad Ignatium monachum cum adhuc esset œconomus, altera ad magnum ecclesiarcham, tertia ad arch. Ephesinum.

Περὶ τοῦ βιβλίου τοῦ Γεμιστοῦ, καὶ κατὰ τῆς Ἑλληνικῆς πολυθεΐας, *De libro Gemisti, et contra Græcam superstitionem, ad Joannem exarchum* (1). Exstat cod. 2955 et 2959. Ἐπαινοῦμέν σου τὴν.

In singularem classem referendæ sunt Orationes quædam funebres. Exstat in Reg. cod. 2955, et in nostro, hoc titulo : Τοῦ σοφωτάτου καὶ ἁγιωτάτου κυρίου Γενναδίου τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, ἐπὶ τῇ κοιμήσει τῆς ἁοιδίμου δεσποίνης τῆς αὐτοῦ μητρὸς παραμυθητικός, *Sapientissimi et sanctissimi domini Gennadii ad imperatorem Constantinum in morte venerandæ Despœnæ matris ejus consolatoria oratio.* Incipit, Ἡ μακαρία καὶ ἁοίδιμος μήτηρ τοῦ κράτους σου.

Ἐπιτάφιος Θεοδώρου δεσπότου, *Oratio in funere Theodori despotæ fratris imperatoris*, inc., Τῷ μὲν τοῦ κρατίστου βασιλέως ἡμῶν ἀδελφῷ τρίτος μὲν ἐξήκει κειμένῳ, in cod. Reg. 2955.

Τοῦ σοφωτάτου διδασκάλου κυρίου Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου, μετάπειτα δὲ καὶ ἁοιδίμου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως κυρίου Γενναδίου μονῳδία ἐπικήδιος; ἐπὶ τῷ μακαριωτάτῳ Πατρὶ καὶ διδασκάλῳ κυρίῳ Μάρκῳ Ἐφέσου, κατὰ κόσμον Εὐγενικῷ, *Sapientissimi doctoris D. Georgii Scholarii, deinde venerandi patriarchæ Constantinopolitani D. Gennadii monodia funebris de beatissimo Patre et doctore Marco Ephesino, qui in mundo Eugenicus dictus est.* Incipit, Θεῦ νῦν, ὦ παρόντες, ἡμῖν αἱ τῶν ἀγαθῶν ἐλπίδες οἴχονται. Exstat in cod. Reg. 2958 et aliis.

Ἐπιτάφιος τῷ μακαρίῳ Θεοδώρῳ τῷ Σοφιανῷ ἐν τῇ ἱερᾷ μονῇ τοῦ Βατοπεδίου ταφέντι, ὃν εἶπεν ἐξ ὑπογυίου ὁ θεῖος αὐτοῦ Γεννάδιος μοναχὸς ἐν τῷ ταφίῳ Σεπτεμβρίῳ ,ςζξε' ἔτους, *Oratio funebris beati Theodori Sophiani in sacro monasterio Batopedii sepulti, quam ex tempore pronuntiavit avunculus ejus Gennadius monachus ad sepulcrum 28 Septembris an. 6965, J. C. 1457.* Exstat in nostro cod. Inc., Ἀλλὰ ζῶντος μὲν ἔτι τὴν ἐνταῦθα ζωήν.

Sequuntur ea quæ historica vocare possumus, quamvis pleraque ad inimicitias acerrime cum Latinis susceptas pertineant.

Ὅτι ἀνεχωρήθη τοῦ παλατίου καὶ τῆς μονῆς τοῦ Παντοκράτορος, ἐν ᾗ πρῶτον ᾤκει κοσμικὸς, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸ τοῦ Χαρδιανήτου κοινόβιον, καὶ ἡτοιμάζετο πρὸς τὸ μοναχικὸν σχῆμα, *Cum recessisset ex palatio et monasterio Omnipotentis, in quo prius habitabat cum sæcularis esset, abiitque in cœnobium Chardianeti, præparaturque ad habitum monasticum.* Inc., Πολλάκις προσειρηκώς σε, γαληνότατε βασιλεῦ. Exstat in cod. Reg. 2955. Missa est autem ad Constantinum imperatorem statim fere post mortem Joannis Palæologi.

Γενναδίου ἐλαχίστου Σχολαρίου ἐπὶ τὴν δι' ἐγκατάλειψιν Θεοῦ ματαίαν καὶ ἄλογον καὶ ἀσύνδετον καινοτομίαν τῆς πίστεως, *Gennadii minimi Scholarii de ea quæ derelicto Deo facta est vana, irrationali et inconcinna fidei innovatione.* Inc., Τίς δῶσει μοι πτέρυγας. Ibid. Inventum esse Callipoli exemplar, unde Regium descriptum est, testatur marginalis ejusdem nota.

Ejusdem Epistola scripta sex mensibus ante captam urbem, Τοῖς εὐγενεστάτοις πολίταις τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἅπασιν ἱερωμένοις καὶ κοσμικοῖς, *Ad nobilissimos cives omnes Constantinopolitanos ecclesiasticos et laicos.* Ibid.

Ejusdem Θρῆνος, sive *Lamentatio*, scripta in Mencœceo monte 20 Junii ind. 8, hoc est, nisi error codicem occupavit, anno 1445, atque adeo septennio circiter ante captam urbem. Inc., Ἰοῦ τῆς ὀδύνης. Ibid. et cod. 2959.

Quæ sequuntur huc usque non reperta a nobis recenset ipse Gennadius in Epistola ad amicum.

Συμβουλευτικὸς λόγος, ὃν ἀνέγνων ἐν τῷ Παντοκράτορι ἐνώπιον τοῦ αὐτοκράτορος καὶ ὅλης τῆς πόλεως, περὶ ἱλεώσεως τοῦ θείου καὶ τῆς οἴκοθεν παρασκευῆς, τῇ ιε' Ὀκτωβρίου, *Consilium quod legi in Pantocratoris monasterio coram imperatore et tota urbe, de placando Deo et domestico belli apparatu 15 Octobris.*

Νεαρὰ ἢ χρυσόβουλλος, ἣν ἐσχεδίασα ἵνα γένηται παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἀναιρετικὴ τῶν θεοστυγῶν παραβάσεων τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ θείων νόμων, δι' ἃς ἐκ Θεοῦ τοσούτοις ἔτεσι πιεζόμεθα, *Novella sive bulla aurea, quam composui ut ab imperatore promulgaretur ad tollendas Deo odibiles transgressiones ecclesiasticarum et divinarum legum, propter quas a Deo tot annis affligimur.*

Alia quæ promulgare debebat ecclesiastica Novella ad renovationem legum ecclesiasticarum et divinarum singularum transgressionum species, et earum emendationes continet. Ἡ ἐκκλησιαστικὴ νεαρὰ ἥτις ὤφειλε γίνεσθαι παρὰ τῶν ἐκκλησιαστικῶν εἰς ἀνανέωσιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ θείων νόμων δεινῶς καὶ πολυειδῶς πατουμένων, ἥτις καὶ ἐσχεδιάσθη, τὰς παραβάσεις καὶ τὰς διορθώσεις κατὰ μέρος περιέχουσα.

(1) Exstat in Append. ad Plethonem *De legibus.*

Digitized by Google

Oratio ad imperatorem scripta 12 Maii.

Varia scripta ad Magnum Ducem. Duodecim capitula ad imperatorem, missa per Ignatium. Alia ad Agioreitas sive monachos montis Athos, missa antequam cardinalis Russiæ Constantinopolin adveniret, per Athanasium et Simonem monachos. Hæc diversa scripta ipse Gennadius commemorat.

Epistola ad omnes fideles, τοῖς ἁπανταχοῦ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Exstat in cod. Reg. 2955.

Alia missa ad magnum ecclesiarcham Sylvestrum Syropulum, magnum chartophylacem Agallianum, et alios quosdam ecclesiasticos, cum celebrata est Liturgia præsente cardinali, postquam omnia circa religionem dissidia per eumdem cardinalem Isidorum composita sunt. Initium est, Ἅγιοι Πατέρες, ἐγὼ ἤθελον ἐλθεῖν. Exstat in eodem cod.

Gennadio eidem, qui et Georgius Scholarius in iisdem titulis appellatur, varii adversus Latinos tractatus tribui solent. Hos quidem Allatius alteri suo Gennadio schismatico attribuit, quem cum non alium ab hoc nostro fuisse ostensum fuerit, idcirco mss. codicum fidem secuti, præsertim Regii unius, qui Sylvestri Syropuli magni ecclesiarchæ, cui Gennadius probe notus erat, manu eleganter scriptus est anno 6958, ind. II, hoc est anno 1448, vivente adhuc Gennadio, imo ante captam urbem cum nondum esset patriarcha, nostro vindicamus.

Περὶ τοῦ καθαρτηρίου πυρὸς λόγοι δύο, *De purgatorio libri duo.* Exstant cod. Reg. 2958. Prior initio mutilus est. Opus elegans nec contemnendum, quidquid dicat Allatius.

Κεφαλαιώδης ἀπόκρισις πρὸς τοὺς παρὰ Λατίνων εἰρημένους λόγους περὶ τοῦ αὐτοῦ Πουργατορίου, *Summaria responsio ad objectiones Latinorum circa idem purgatorium.* Ibid. Initium, Ἐπειδὴ σαφέστερον ἡμᾶς ἀπαιτεῖτε.

Ejusdem *ad Joannem Thessalonicensem de purgatorio Epistola*; in nostro cod. incipit, Αὐτοσχεδιάζω σοι.

Ejusdem Σύντομον κατὰ τῆς δόξης τῶν Λατίνων, *Breve scriptum contra Latinorum opinionem*, in cod. cod. Reg.

De processione Spiritus sancti contra Latinos tomi duo. Primus scriptus est ante captam urbem post disputationes cum legato papæ episcopo Cortonensi, et aliis Latinis habitas coram Joanne imperatore. Exstat is liber in bibliotheca Regia, n° 2956, pertinuitque ad Antonium quendam Pyropolum medicum, mortuo jam Gennadio, ut testantur iambi Joanis cujusdam Dotheiani ad finem libri. Hujus operis initio hæc auctor manu propria inscripserat: Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου. Συνετέθη μετὰ διαλέξεις πέντε καὶ δέκα γενομένας ἐν τῷ παλατίῳ μετὰ τοῦ παππικοῦ πρέσβεως καὶ ἐπισκόπου Κορτώνης, καὶ διδασκάλου τῆς περὶ Λατίνους θεολογίας, παρόντος καὶ τοῦ κυρίου Γρηγορίου τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ καρδιναλίου, καὶ πολλῶν Λατίνων καὶ ὀρθοδόξων, ἐνώπιον τοῦ βασιλέως Ἰωάννου καὶ τοῦ μακαρίτου δεσπότου Θεοδώρου. Παρακληθεὶς γὰρ τὰ συμπεράσματα τῶν διαλέξεων ἐκείνων ἐν τῇδε συνέταξα τῷ βιβλίῳ, ὃ μεταγραφὲν εἰς πολλὰ καὶ διαδοθὲν πανταχοῦ καὶ παρὰ Λατίνοις νῦν εὑρισκόμενον. Ἦν δὲ τότε ὁ συγγραψάμενος καθολικὸς στρατάριος τοῦ βασιλέως Ἰωάννου, καὶ καθολικὸς κριτὴς τῶν Ῥωμαίων, καὶ διδάσκων ἐν τῷ τρικλινίῳ τοῦ βασιλέως κατὰ Παρασκευὴν ἑκάστην, παρούσης τῆς συγκλήτου καὶ πλείστης τῆς πόλεως τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ εἰς δόξαν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ πάντα διδόντος. *Georgii Scholarii. Compositum est hoc opus post collationes quindecim factas in palatio cum legato papali episcopo Cortonæ, et quodam theologiæ apud Latinos doctore, præsente quoque domino Gregorio patriarcha, cardinali, et multis aliis Latinis et orthodoxis coram imperatore Joanne et Theodoro despota felicis memoriæ. Hortantibus autem plurimis harum disputationum conclusiones in hoc libro collegi, qui postea transscriptus, et quacunque missus, etiam apud Latinos reperitur. Auctor vero erat universalis secretarius imperatoris Joannis, generalisque Græcorum judex, docens in triclinio imperatoris singulis sextis feriis, præsente senatu et magna civium frequentia, verbum Dei ad ejusdem gloriam Dei qui omnia donavit.* Hæc sola inscriptio totam de duobus Gennadiis Allatianam disputationem refellit.

Secundus tomus adversus Latinos de Spiritu sancto (1), non eodem tempore scriptus, sed paulo serius, missusque ad Joannem Commenum imperatorem Trapezuntinum, cui auctor illud inscripsit, adjecta epistola, qua rogat ut librum non prius aliis communicet, quam aut se obiisse, aut aliis communicasse compererit. Exstat in cod. Reg. 2957. Scriptus manu Sylvestri Syropuli diaconi et magni ecclesiarchæ, vivo Gennadio, nempe anno 6956, ut supra diximus, et cod. 2963.

Ejusdem Dialogus prolixior adversus Latinos de processione Spiritus sancti, in quo præsertim agit de recentiorum inter Latinos doctorum, præsertim Thomæ et Scoti, de processione Spiritus sancti doctrina. Dialogi personæ, Olbianus, Eulogius, Benedictus. Init., Ἀλλὰ καιρός ἐστιν ἐπισκέψασθαι, ὦ Εὐλόγιε, εἰ βούλει, τὰ Λατίνων διδασκάλοις τοῖς νεωτέροις περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως ἠκορημένα τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῷ Θωμᾷ καὶ τῷ Σκότῳ. Exstat cod. Reg. eod. 2963.

Legatus huic de Spiritu sancto Dialogus, in eodem.

Ejusdem Gennadii Ἐπιστολή, Τῷ τιμιωτάτῳ ἐν μοναχοῖς κυρίῳ Μαξίμῳ τῷ κατὰ κόσμον Σοφιανῷ, καὶ πᾶσι τοῖς ἀνασκουμένοις τῇ ἁγίᾳ μονῇ τοῦ Σινᾶ ὁσιωτάτοις ἱερομονάχοις καὶ μοναχοῖς, *Venerabilissimo inter monachos domino Maximo, qui cum sa-*

(1) Exstat in bibliotheca Viennensi n. 277, teste Lambecio l. v, pag. 225, qui alteri Scholario tribuit, secutus Allatium.

Digitized by Google

cularis esset, Sophianus vocabatur, et omnibus vitam monasticam exercentibus in sancto monasterio Sina sanctissimis sacerdotibus, et aliis monachis. Incipit, Αἱ γραφαὶ τῆς σῆς εὐλαβείας. Agitur in ea de variis disciplinæ capitibus, occasione eorum quæ non recte illic se habere circa eos qui ad visitanda loca sacra montis Sinai confluebant, a Joachimo et Gregorio monachis didicerat. De episcopo dignitatem abdicante, quod absque patriarchæ licentia negat posse fieri : an absque diacono celebrare episcopus possit, quod licere ait in sacello, seu παρεκκλησίῳ, et factum ab Euthymio et Matthæo patriarchis, non publice in ecclesia : de episcopo Bosniæ, qui multos ex Latinæ religionis hominibus ad fidem Ecclesiæ Græcæ adducebat : de Chartzeca principe, quem ad eamdem adducere idem episcopus conabatur : ne in Liturgia commemoratio ejus publice fiat, quia adhuc σκεπάζεται τὸν χριστιανισμὸν, christianismum dissimulat. Verum asserit licere in gratiarum actione ad mensam, præsente ipso orare pro eodem. Ἐν δὲ τῇ εὐχαριστίᾳ τῆς τραπέζης ἡμῶν παρόντος εἰ θέλετε εὔξασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς διαφυλάξαι τὴν ζωὴν τοῦ αὐθέντου Χαρτζεκᾶ. Quis ille fuerit, aut quinam nomine Κουδουγέρων, qui ut videtur illius subditi erant, intelligendi sint, nescimus. Tum de Latinis et Armenis ad loca sacra adorandi causa venientibus deflit, non repellendos, etiamsi heterodoxi et schismate ab Ecclesia Græca divisi sint : nec tamen dandam ipsis eucharistiam, sed ἀντίδωρον, seu panem benedictum, nisi proprias opiniones suas abjuraverint. De simonia ; eam deplorat tanquam malum, quod temporum calamitate tolerari potius debeat, quam idcirco obedientiam episcopis negari, ne scandalum generetur, ex quo episcopalis ordinis, imo ipsius religionis contemptus nascatur : ferendum esse quod emendari non possit : se saltem nemirem pecuniis ordinasse, imo propriis sumptibus episcopos fecisse multos, quos ex captivitate redemerit : mali initia, ante quinquaginta annos fuisse : sufficere ut episcopos observent, sintne orthodoxi, et nihil alienum ab Ecclesiæ Græcæ fide docentes : minutiis circa ritus et officia ecclesiastica non attendendum.

Epistola hæc eadem est quam refert exstare Lambecius in bibliotheca Vindobonensi ad quemdam monachum : nam verbis iisdem incipit. Sed quod aliam recenset ad Joachimum monachum Sinaitam de controversiis quibusdam partim ad patriarcham Hierosolymitanum, partim ad Armenios et Latinos loca sacra invisentes spectantibus, veremur ne vitiosum exemplar viro diligentissimo fraudi fuerit. Nam de eo Joachimo loquitur Gennadius epistola ad Maximum Sophianum, a quo, ut a Gregorio didicerat ea quæ Sinaitarum pacem turbabant. Cum igitur eos statim remisisset mandatis instructos, ut plenius de eo argumento apud Sinaitas loquerentur, ad Joachimum de eodem scribendi causa nulla erat. Sed non raro parum A felix in conjectando Lambecius fuit, quod sequenti exemplo manifestum erit.

Historiam enim rerum inter Latinos et Græcos Ferrariæ et Florentiæ gestarum scriptam a Gennadio fuisse, quæ in Cæsarea bibliotheca servetur, scribit l. VIII, p. 509. Codicem ait esse chartaceum, centum et sedecim annorum (ita scribebat an. 1679), *quo continetur pseudo-historia concilii Ferrariensis et Florentini a Gennadio Scholario monacho schismatico Græco, et Ecclesiæ Occidentalis perpetuo ac infensissimo hoste, qui ante monachatum Georgius Scholarius appellatus fuerat, et ante oppugnationem Constantinopolis per Turcas obiisse videtur, maligne atque injuriose conscripta.* Quem titulum sibi ipse Lambecius consarcinavit ex falB sissimis conjecturis Allatii. In cod. vero ms. ita exhibetur : Γενναδίου Σχολαρίου τὰ ἐν τῇ συνόδῳ πραχθέντα τῇ ὁδῷ ἱστορικῶς τῇ Φλωρεντίᾳ, *Gennadii Scholarii acta Florentiæ in octava synodo historice conscripta.* Qui titulus nisi typographorum culpa est, vitio non caret, et inertiam scriptoris indicat, vel potius possessoris. Nam sæpissime in codd. mss. reperiuntur tituli scripti aliena manu, quorum nulla, nisi aliunde confirmetur, fides apud criticos esse solet. Specimen vero a Lambecio exhibitum est ejusmodi : Ἡ εἰς τὴν Φεράραν εἰσέλευσις σὺν Θεῷ. Μετὰ δὲ τὸ Σάββατον τῆς Τυροφάγου εἰσῆλθεν ὁ πατριάρχης εἰς τὴν Φεράραν μετὰ τοῦ βασιλέως, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν ναὸν τοῦ C ἁγίου Γεωργίου. Καὶ πρῶτον μὲν ἐρράντισατο (ita leg. pro ἐξαντίσατο, vece nihili) καὶ αὐτὸς καὶ ὁ πατριάρχης διὰ τοῦ ῥαντιστηρίου· εἶτα ὑπέδεξαν αὐτῷ οἱ ἐκεῖσε Λατινομάχοι εὐμεγέθη καὶ σύτραφῆ χεῖρα, τοῦ ἁγίου Γεωργίου λέγοντες εἶναι, ὑπὸ σανίδος κοιλανθείσης περιεχομένην, etc. Non viderat, opinor, Lambecius Historiam ejusdem concilii a Sylvestro Syropulo scriptam, etsi editam antequam octavum ipse suum librum publicaret, annis integris decem et octo. In ea porro hæc verba quæ sola nobis exhibuit speciminis loco leguntur p. 89 editionis quæ unica est, Hagæ-Comitis an. 1660, ut etiam in authentico et autographo exemplari ipsius Syropuli manuscripto : unde exemplum descriptum a Claudio Sarravio habuit Isaacus D Vossius, ad eo Robertus Creygthonus, infidus juxta et imperitus interpres, quo nemo fortassis unquam in interpretando infelicius nugatus est, adeo ut ne quidem auctori nomen suum constare passus sit : tanta et tam inepta commentatus, ut Syropulum in Sguropulum verteret, contra manum auctoris, et omnium illius temporis actorum fidem. Quam ergo Historiam Gennadio Græculus quispiam imperitus, et eum secutus Lambecius, ascripsit, ea Syropuli est, ut etiam postrema verba ab eo citata indicant : Ἐξ ὧν πέπεισμαι ὡς οὐ παραχωρήσει ποτὲ ὁ Θεὸς, συστῆναι τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ κακῶς γεγονυῖαν ἕνωσιν. Quæ leguntur extrema p. 350. Nullius vero auctoritatis est subscriptio Theodosii notarii Ecclesiæ Constantinopo-

Digitized by Google

hianæ, qui anno mundi 7071, Chr. 1563, librum transcripsit, ἐκ πρωτοτύπου παλαιοῦ, cum autographum ipsum habeat bibliotheca regis Christianissimi. Mirum sane fuisset inter tot tamque diversa Gennadii opera, quæ in mss. codd. leguntur vel indicantur, et Notitia opusculorum quam habemus ab ipso Gennadio scriptam, non exstare ullam tam prolixi operis memoriam : præsertim cum in orationibus contra unionem, et disputationibus adversus Latinos, tam multiplex illius citandi esset occasio. Hæc porro a nobis necessario dicenda erant, ne cui fraudem facerei Lambecius.

Hactenus Eusebius Renaudotus et qui Renaudotum exscribit, Fabricius. Is sequentia addit, duce præsertim Allatio.

In Catenis Patrum frequens fit mentio Gennadii seu Georgii Scholarii et fragmenta occurrunt. V. supra in vol. VIII, p. 645, §. 5, p. 693 ; p. 696, §. 20. In pluribus Catenarum codd. Coislinianis vid. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 82, 251, 389, etc. ; in bibl. Bodlei. cod. Barocc. 76. — In Niconis Collectione variorum locorum Scripturæ sacræ et scriptorum ecclesiastic. ; in Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 111.

Gennadio perperam ascribitur *Vita Gregorii Nazianz.* V. supra, vol. VIII, p. 432. — In Niconis collect. et cod. cit. memoratur Gennadii *Vita Jo. Chrysostomi.*

Ἐξήγησις εἰς τὸν ἕνα καὶ τρισυπόστατον Θεόν. Lat. in *Bibl. Patrum.* tom. IV, Paris. 1589 et alibi. (*Allat*). V. supra in h. vol. p. 175 sqq.

Litteras in sepulcro Constantini M. excisas, *De excidio urbis et Turcarum imperio*, obtrusas ad illa tempora, nullique notas ipse primus exposuit et vulgavit. Edidit eas Dorotheus, Monembasiæ metropolita, in fine sui Chronici, Venet. ap. Jo. Petr. Pinellum, 1657, 4 [rec. Βιβλίον ἱστορικὸν περιέχον ἐν συνόψει διαφόρους καὶ ἐξόχους ἱστορίας, etc. Venet. ap. Nic. Glykam, 1788, 4, p. 548, sq. *Harl.*], et Matthæus Cigala, Cyprius, post novam variarum historiarum synopsin, Venet. ap. Anton. Julianum, 1657, 4. Alii codd. vaticinium illud tribuunt Leoni Sapienti, etc. (*Allat.*) Conf. supra, vol. VII, p 695 sqq et in not. a. Jam citavi plures codd. ac p. 697 ; Bandurii edit. Add. cod. Escorial. teste Pierio, *in Itinerar. per Hispan.* p. 169. — Paris. in bibl. publ. cod. 938, nr. 7. (*Harl.*)

Ad nondum vulgata referuntur ab Allatio *Monodia de direpta Cpoli per Turcas*, et provocatur ad Fabium Benevolentium, ac Theodori Zygomalæ epist. ad Crusium a. 1581, datam in Turco-Græcia p. 100 ; et addit jam Allatius : « An hæc, ait, epistola eadem cum Monodia, qua Angelus Justinianus (ap. Fabium Benevolent.) legerat ? an ex quinto capite pro decretis Florentinæ synodi ἀποσπασματικόν ; an separatim ea conscripsit Gennadius, dein, cum opus esset, iisdem, ne verbulo quidem immutato, more gravissimorum hominum, tanquam suis, in aliis operibus usus est ? Sane quæ Zygomala retulit, in capite jam laudato verbatim exscripta sunt. »

Gaulminus in notis in Eustathium de Ismeniæ et Ismenes amoribus commemorat Gennadii librum, cujus titulus est : Ἑτέρα ἔκθεσις τοῦ Ῥαμπλίου, ἣν ἔλαβον ἁπλοτοῦ βιβλίου Γεννα δίου πατριάρχου, *Alia expositio Ramplii, quam habui ex libro Gennadii patriarchæ.* Gennadii in Ramplium expositione non uno in loco usus est Joannes Meursius in Glossario Græco-Barbaro. (*Allat.*) Fabricius vero sequentem subjecit notam : « Ῥάμβλιον titulus libri astrologici ex Persarum disciplina, σύνθεσις τῆς Περσικῆς τέχνης τοῦ Ῥαμβλίου. Dividitur in XII σχήματα sive tomos, quorum ἀποτελέσματα describuntur. In mss. cod Paris. reg. (*a*) subjicitur simplex explicatio ; altera anonymi, hoc titulo : Ἑρμηνεία τῆς Περσικῆς τέχνης, altera isto : Ἑτέρα ἔκθεσις τοῦ Ῥαμπλίου, ἣν ἔλαβον ἀπὸ τοῦ βιβλίου Γεννα δίου πατριάρχου. Sed ex his verbis incertum est, judice Carigio, utrum Gennadius auctor sit hujusce alterius expositionis, an ille descripta sit ex libro aliquo, qui desumptus fuerit ex Bibliotheca Gennadii. Vide Cangii *Glossarium Græcum*, p. 1281, ubi et ipse non duos, sed unum eumdemque Georgium Scholarium fuisse, qui jam Græcis, jam Latinis favit, observat ex his verbis Marci Ephesii archiepiscopi, ex ejus ad Gennadium epistola inedita in cod. Reg. 3118 : Μάρκου ἀρχιεπισκόπου Ἐφέσου εἰς κῦρ Γεώργιον τὸν Σχολάριον. Ὅσης ἡμᾶς ἐνέπλησας ἡδονῆς, etc. [V. supra Renaudot. de Gennadio (col. 289.)] Eadem produxit Allatius p. 88 contra Creyghtonum, et Renaudot. p. 53. » Hactenus Fabricius.

Allatius n. 9 commemorat Gennadium Περὶ ψυχῆς, *De anima*, et ὑπάρξεως αὐτῆς, *et existentia ipsius*, Scoriaci in bibl. Regia, VI, δ' 11, ε', 3.

Idem, n. 10, postquam scriter invectus est in Marcum Ephesinum antistitem, fusius loquitur de Gennadii responsione ad illius capp. syllogistica contra Latinos : de qua v. supra ad § 5, de scriptis Gennadii et alibi.

N. 11, 12. 13, Gennadii *De catholica fide, de S. Trinitate* et alia, de quibus ad Renaudot. *De scriptis Genn.* egimus.

N. 14. De Georgio Plethone, Gennadii adversario. Conf. Schrœckh. *Hist. eccl. christ.*, tom. XXV, p. 435 sq. et paulo post ad n. 24.

N. 15. Gennadii ἐξήγησις εἰς τὸ βιβλίον τοῦ Πορφυρίου, τὸ περὶ τῶν πέντε καθόλου, εἴτουν τὴν εἰσ-

(*a*) 2419, n. 12. *Rhamplius de Persica arte* sec. catal. mss. Regg. Paris. vol. II, p. 499, ubi n. 13 subjicitur *alia ejusdem e libro Gennadii patriarchæ exscripta.* (*Harl.*)

Digitized by Google

ἀγωγὴν τοῦ Πορφυρίου, *Expositio in librum Porphyrii, qui est de quinque universalibus, vel in introductionem Porphyrii.* Princ. Τέσσαρά τινα τῷ ἀνθρώπῳ ἐκ τῆς φιλοσοφίας προσγίνεται; mss. autem Romæ in bibl. Vaticana, Georgii Schol. *Prolegg. in logicam et in Porphyrii Isagogen.* V Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 9 A. Florentiæ, in cod. bibl. Laurent. 17 n. 34, p. 9 A. plut. 59, Porphyrii Introduct. de quinque voce. cum scholiis margin. (quorum nonnulla *Scholarii* nomen præ se ferunt), et quibusdam præliminaribus. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. vol. II, p. 55 5 ; et conf. supra, vol. V, p. 735 sqq. ac mox n. 16.

N. 16. Ἐξήγησις εἰς τὰς δέκα κατηγορίας τοῦ Ἀριστοτέλους, *Expositio in decem prædicamenta Aristotelis.* Princ., Ὅσα μὲν ἔδει περὶ τῆς φιλοσοφίας, καὶ ἔτι περὶ τῆς λογικῆς. Idem opus legitur in Vaticano cod. 942, p. 155, cum hoc titulo : Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου προλεγόμενα εἰς τὴν ῥητορικὴν, καὶ εἰς τὴν Πορφυρίου εἰσαγωγὴν ἐκ διαφόρων συλλεγέντα βιβλίων μετὰ βίων ἐπιστασιῶν. (*Allat.*) V. supra, vol. III, p. 209 sq. p. 213, 216 et 494. — In cod. Vossiano 129, s. n. 2240. Cat. mss. Angliæ, vol. II. Georg. Scholar., *De sensu Aristotelis circa animam et de ratione syllogismorum Aristotelis.* — Paris. in bibl. publ. cod. 1941 Georgii Schol. n. 1, *Prolegomena in logicam et in Porphyrii isagogen*; n. 2, *Expositio in Aristotelis categorias*; n. 3, *Expositio in librum de interpretatione.* — In bibl. Escorial. Georgii Schol. *Prædicamenta in logicam et physicam Aristotelis.* V. Montfauc. *Bibl. biblioth.* mss. p. 619 E.

N. 17. Ejusdem εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας ἐξήγησις, *Expositio in librum de interpretatione*, ab Allatio iis qui logicæ operam navant, valde commendata. —Addatur liber rarus : *Cursus optimarum quæstionum super philosophiam Aristotelis cum interpretatione textus sec. viam modernorum, ac sec. cursum magistri Georgii : per magistr. Thomam Bricot S. Theologiæ professor. emendate*, sine notis typograph. fol. min.; et *Cursus optimarum quæstionum super totam logicam* (Aristot.) sec. rel. uti in superiore opere. V. Ferd. Fossii Catal. codd. sæc. XV impressorum in bibl. Magliabechiana etc. tom. I, p. 416 et 417.

N. 18. Librum quoque *Guilielmi Porretani de sex principiis* e Latino in Græcum transtulit, et in decem prædicamenta Commentario loci. 15 (ex interpretatione Latina). Et, « Hæc quidem, ait, satis sunt ad deprehendendam causam propter quam non fuse reliqua prædicamenta pertractat. Verumtamen Boetius, vel, ut plurimi asserunt, Porretanus quidam theologus, nam qui opus illud ad Aristotelem deferunt audiendi non sunt, de his sex principiis Aristotelem æmulatus conscripsit, quod ipse e Latina in linguam nostram traduxi. Opus sane haud contemnendum. » *Allat.*

N. 19. Scripsit etiam contra Nicolaum Cabasilam ἀντιῤῥήσεις, et Allatius ipsius Gennadii testimonium ex ejus responsione ad argumenta Marci Ephesini contra Latinos ad quintum attulit.

N. 20. Allatius testatur, in Indice bibliothecæ Mediolanensis se legisse Georgii Scholarii Περὶ τῆς τοῦ Γρηγορᾶ ψευδογραφίας, *De falsa scriptione Gregoræ*; sed docet, id esse pseudo-epigraphum, mendumque exscriptoris, aut illius potius, qui indicem concinnavit, et se aliquando, nisi memoria fallat, in mss. legisse : Φακρασῆ περὶ τῆς τοῦ Γρηγορᾶ ψευδογραφίας· aliis vero, quibus conferendi codices data est facultas, relinquit dijudicandum, num eadem, an diversa a Mediolanensibus, sub Georgii Scholarii nomine divenditis. Atque Montfaucon. in *Bibl. biblioth. mss.* I, p. 497 inter codd. bibl. Mediolan. et libros Georgii Schol. ejusmodi libri nullam facit mentionem. — Quæ scripta Gennadii theologica ex bibliothecis Roberti Constantini Galli ac Gesneri, n. 21, nominat.

N. 22, 23. Pleraque etiam e lingua Latina in Græcam traduxit. In bibl. Palatina habebatur interpretatio ejusdem in Græcum sermonem, *Expositionem D. Thomæ in Aristotelis libros de anima, et D. Thomæ Aquinatis* Opusculum *De ente et essentia*, ab eodem Gennadio *Græce versum, et commentariis ab eodem illustratum.* — Florentiæ in cod. Laurent. 19 n. 12, plut. 86, *Thom. Aquin. in libros Aristot. de anima interpretatio*, Gr. versa a Gennadio ; et cod. 17, n. 8, plut. 87, eadem ; tum in cod. 27, n. 1, plut. 86, est Gennadii *Enarratio in lib. magistri Thomæ Aquinatis de esse et essentia*, dedicata ipsius præceptori, Matthæo Camariotæ. Plura dabit Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. 3, p. 363 et 403, ac p. 570 sq., ubi quoque mentio fit libri, ab Allatio et Fabricio omissi, qui vero in cod. cod. 27, n. 2, exstat.

Gennadii Schol. περὶ ἀνθρωπίνης Ἀριστοτέλους εὐδαιμονίας καὶ Πλωτίνου συμβιβαστικὸν, *De humana felicitate conciliatio Aristotelis et Plotini.* Inc., Ἐν πρώτῳ τῶν ἠθικῶν Ἀριστοτέλους, etc.

N. 24. Item ἐκ τῆς διαλεκτικῆς τοῦ μαγίστρου Πέτρου, τοῦ Ἱσπανοῦ, ἑρμηνεία κυροῦ Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου, *Ex Dialectica magistri Petri, Hispani, interpretatio domini Georgii Schol.* Inc., Διαλεκτικὴ ἐστι τέχνη τεχνῶν etc. Mediolani in bibl. Ambros. (*Allat.*) — Matriti in cod. Regio 76 fol. 121, eadem interpretatio Georgii Scholarii ; et fol. 163, *De sophismatibus ex libris philosophi Thomæ*, quem librum a Thoma Aquinate Lat. scriptum, et a Georgio Schol. Græce versum esse ostendit Iriart. in Cat. codd. Gr. Matritii. p. 276. In eod. cod. est Georgii Gemisti, s. *Plethonis*, liber contra *Scholarii* pro Aristotele objectiones ; tum in eod. cod. fol. 183 et 191 incerti auctoris (quem Iriarte p. 278 Georgium Schol. esse suspicatur), *Synopsis syllogismorum* scil. hypotheticorum. — Vindobonæ, in cod. Cæs. 39, Excerpta *ex Dialectica Petri Hispani*, interprete Georgio Scholario, et ex *Thoma Aquinate De differentia inter essentiam et esse*, interprete eodem. V. Lambec. VIII, p. 818 sq. — In bibl. Ambrosiana Mediolan. Georgii Schol. *De octo partibus*

Digitized by Google

oratoriis interpretatio ex *Dialectica. Petri Hispani* grammatica, de pseudographia et impietate Græcorum. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 497 B. — et p. 529 C in ead. Biblioth. Georgii Schol. *Grammatica.* Add. supra, in hoc vol. ad § 1, de vita Gennadii, de Georgii Curtesii Scholarii scriptis grammaticis. — Hactenus Allatius de 24 Opp. quæ attribuerat Georgio Schol. s. Gennadio. Illis addantur :

Aristotelis libri VIII physicæ auditionis cum scholiis Simplicii, in compendium redactis a Georgio Scholario, qui postea Gennadius dictus est, Mosquæ in cod. syn. 7. V. Matthæi Not. codd. Gr. Mosquens. p. 24 sq.

Ex Renaudoti diss. jam. constat, Allatium a Gennadio, patriarcha CPolitano, discernere Georgium Scholarium, quem vocat schismaticum, et Georgium Curtesium, et pauca recenset scripta ; multo plura relata sunt a Renaudotio et a me. Ex Allatio igitur tantummodo quædam adjungere lubet. Georgio Schismatico ascribit opus, quod Londini 1624, 4, sine nomine typographi Græce prodiit inscriptum : Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου σύνταγμα, ἐπιγραφόμενον Ὀρθοδόξου Καταφύγιον, τοῦ ὕστερον λεγομένου Γενναδίου μοναχοῦ, τμῆμα πρῶτον περὶ τῶν αἰτίων τοῦ σχίσματος κατ' ἐπιδρομὴν, καὶ ὅτι τὰ κατὰ τὴν τρίτην σύνοδον σαφῆς ἀπόδειξις τοὺς Γραικοὺς ὀρθῶς φρονεῖν. *Georgii Scholarii commentarius, inscriptus Orthodoxi Perfugium — sectio prima de causis schismatis per transcursum, et plana demonstratio, Græcos recte sentire ex iis, quæ in tertia synodo statuta sunt.* Id opus, post Florentinam synodum scriptum, Allatius valde condemnat, et abortum, qui parum cauto auctori excidisset, vocat ; notat denique, mss. esse in biblioth. Paris., Vaticana, Palatina et alibi passim. Fabric. in nota addit, id Londini editum esse cum aliis scriptis Græcorum, Nili, Gregorii Palamæ Thessalonicensis, Barlaami, Meletii Pigæ, Maximi Margunii, Gabrielis Severi et Georgii Corossii. Tum, «Cæterum, inquit, hoc Georgii Scholarii opus magnum pagiuarum 292, totum versatur in defendendo dogmate Græcorum de processione Spiritus sancti atque vindicandis circa illud veteris Ecclesiæ doctorum sententiis. Incip. Τὸν θεῖον λόγον καὶ τῆς ἀληθείας ἔφορον. Distinguitur in λόγους sex et capita 53. » Postea Allatius ex Possevino memorat Georgii Scholarii *Monodiam in dormitionem S. Marci,* dein cod. Paris. in quo est ejus oratio *De inani, absurda et incomposita, per permissionem Dei, innovatione fidei* (V. supra Renaud. de vita Gennadii) ; porro ejusdem *canonem in Gregorium Palamam, Thessalon. archiepiscopum,* alibi laudatum et ejusdem *Orat. funebrem in despotam Porphyrogennetam Palæologum,* in cod. bibl. Mediceæ ; sed incertus est, num ea fuerit schismatici, an catholici. Sed hæc sufficiant. Atque Oudin. l. c. p. 2488 sq. ex Caroli Dufrenii, dom. du Cange *Glossario mediæ et inf. græcitatis,* fol. 1281, longum locum apposuit, ubi ille multos Gennadii libros, ab Allatio prætermissos, paulo latius recensuit. (HARL.)

EXCERPTUM

EX

PATRIARCHICA CPOLEOS HISTORIA,

CUI TITULUS :

Historia patriarcharum qui sederunt in hac magna catholicaque Ecclesia Constantinopoleos, postquam cepit eam sultanus Mechemeta. In qua describitur, quid singulorum temporibus gestum sit : et quisnam fuerit auctor pescesii, id est muneris, quod patriarcha novus sultano dat : quis præterea charatzii, hoc est annui tributi ecclesiastici ; quis item additionem quoque tempore, quæ usque in hodiernum diem durat, fecerit : et quo sultano dominante hæc facta sint. Quæ omnia in vulgarem linguam Græcam transtulit MANUEL Malaxus, Peloponnesius, Martino Crusio describens anno Domini 1577, mense Aprili (1).

Περὶ τῶν πατριαρχῶν ὁποῦ ἐπατριάρχευσαν ἐν τῇ καθολικῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ταύτης τῆς Κωνσταντινουπόλεως μετὰ τὸ λαβεῖν ταύτην σουλτὰν Μεχμέτης. Καὶ τίνα γεγόνασιν ἐν τῷ ἑκάστου καιρῷ. Καὶ ποῖος τὸ λεγόμενον πεσκίσιον, καὶ τὸ χαράτζιον, πρῶτον αὐτῷ δίδωκε, καὶ τίς τὴν αὔξησιν, ἥτις ὑπάρχει ἕως τοῦ νῦν, ἐποίησεν· καὶ ἐν ποίου σουλτάνου καιρῷ ταῦτα γεγόνασιν. Ἅτινα ἐμετεγλωττίσθησαν εἰς κοινὴν φράσιν παρ' ἐμοῦ MANOYHA Μαλαξοῦ τοῦ Πελοποννησιακοῦ χυρῷ Μαρτίνῳ τῷ Κρουσίῳ, ἐν ἔτει ,αφοζ', μηνὶ Ἀπριλίῳ.

Illo tempore, quo Turcicus rex Mechemeta hanc urbem Constantini expugnavit, numerabant

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ὁποῦ ἐπολέμησεν ὁ σουλτὰν Μεχμέτης ταύτην τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἦσαν

(1) *Turco-Græcia,* p. 106.

Digitized by Google

χρόνοι ἀπὸ Χριστοῦ γεννήσεως χίλιοι τετρακόσιοι πενηντατρεῖς, Μαΐῳ εἰκοστῇ ἐννάτῃ, ἡμέρα τρίτη. Ὅμως ἤξευρεν, ὅτι πῶς οἱ Ῥωμαῖοι ἔχουν πατριάρχην πάντοτε διότι ἐδῶ εἰς τὴν πόλιν ἔχαμε τὸν πλέον καιρὸν, πρὶν περὶ νὰ τὴν ἐπάρῃ ἔσοντας, ὁποῦ ἀφέντευεν ὁ πατέρας αὐτοῦ σουλτᾶν Μουράτης, εἰς τὴν Ἀδριανούπολιν. Καὶ ἤξευρε τὰ Ῥωμαϊκὰ καλὰ καὶ λεπτότατα, καὶ τὰςτάξεις τῶν Ῥωμαίων. Λοιπὸν ἐθαύμασε, πῶς δὲν ὑπῆγεν ὁ πατριάρχης, νὰ τὸν ἐπροσκυνήσῃ, ὡς ἀφέντη, καὶ ἐθυμώθη πολλὰ, καὶ ἐσυλλογίζετο, τί ἔναι τοῦτο. Καὶ ἐν τῷ ἅμα ἔκραξε τοὺς κληρικούς, καὶ εἶπε· Ποῦ ἔναι ὁ πατριαρχήσας, καὶ δὲν ἦλθε νὰ μὲ προσκυνήσῃ, ὡς βασιλέαν; Διότι αὐτὸς ὁ σουλτάνος ἐπεθύμα πολλὰ νὰ ὁμιλεῖ μετὰ τοῦ πατριάρχου περὶ πίστεως· καὶ νὰ ἐρωτᾷ, νὰ μανθάνῃ τὰ τοῦ Θεοῦ. Ὅμως εἶπαν αὐτοῦ οἱ κληρικοὶ, ὅτι ἀπὸ πολὺν καιρὸν πατριάρχην δὲν ἔχομεν· ὅτι ὁ πατριάρχης, ὁποῦ ἦτον, θεληματικῶς ζῶντος του ἄφηκε τὸ σκαμνῆ του, καὶ ἀπὸ τότε ἄλλον δὲν ἐκάμαμε.

A tur anni a nato Christo mille quadringenti quinquaginta tres, ipsa urbe 29 die Maii, feria tertia (die Martis), capta. Tunc ille scivit, Romanis, seu Græcis, semper fuisse patriarcham : propterea quod hac in urbe, antequam eam cepisset, ipse majorem temporis partem exegerat, patre ipsius Murata Adrianopoli dominante. Norat itaque res Romanas et ordines gubernationemque Romanorum probe et exacte. Proinde mirabatur quid causæ esset quod patriarcha non veniret ad se supplicitер honoris causa, pro domino agnoscens, iraque commotus cogitabat quid hoc rei esset. Ac continuo accitis ecclesiasticis viris, dixit : Ubi est, qui patriarchæ munus gessit? Quare non accessit, ut mihi tanquam regi reverentiam debitam exhiberet? B Hæc sultanus. Magna enim ejus animum incesserat cupido videndi patriarcham, et cum eo de religione colloquendi, ut ex eo quærens, res divinas cognosceret. Tunc responderunt ei clerici illi : Jam a longo tempore non habemus patriarcham. Qui enim patriarcha fuit, sua sponte, adhuc vivens, sedem suam reliquit, et ab eo tempore nullum alium suffecimus.

Καὶ ἀκούσας τοῦτο ὁ σουλτάνος, ἔπαυσεν ἀπὸ τὸν θυμὸν ὁποῦ εἶχε· καὶ θέλημα τοὺς ἔδωκε, καὶ τοὺς εἶπε· Ὅποιον θέλουν, νὰ κάμουν, κατὰ τὴν πίστιν τους. Καὶ τοῦτο, ἐποῦ εἶπεν ὁ σουλτάνος, ὅτι νὰ κάμουν πατριάρχην, τὸ ἔκαμε με τέχνη· διὰ νὰ ἀκούσουν οἱ Χριστιανοὶ, ὅτι ἔχουν πατριάρχην, C νὰ τρέχουν εἰς τὴν πόλιν.

Hoc rex audito, cessavit ab ira quam conceperat, suaque voluntate potestatem dedit eis creandi, dicens : Vos vero facite patriarcham quemcunque voletis ex præscripto religionis vestræ. Hoc autem, quod ita de faciendo patriarcha dixit, non amore religionis ab eo dictum fuit, sed callide. Voluit scilicet, ut Christianis ubique dispersis innotesceret, iterum præsse patriarcham, quo sic ad conferendum se in urbem allicerentur.

Ἀριπὲν οἱ κληρικοὶ, κατὰ τὸν ὁρισμὸν τοῦ σουλτάνου ἐσύναξαν μερικοὺς τοὺς πλησίον ἀρχιερεῖς. Καὶ συνόδου γενομένης, ἔκλεξαν ὅλοι ὁμοφώνως τὸν σοφώτατον κύριν, Γεώργιον τὸν σχολάριον, ὁ ὁποιος ἦτον κριτὴς τῆς βασιλικῆς κρίσεως, εἰς τὰς ἡμέρας τῶν βασιλέων τῶν Ῥωμαίων. Καὶ ὅταν ὑπῆγεν ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος εἰς τὴν Φραγγίαν, ὁποῦ ἔκαμαν τὴν ὀγδόην σύνοδον· ἐπῆρε καὶ αὐτὸν, ὡς σοφώτατον. Ἦτον δὲ ἄνδρας ἀγιώτατος καὶ εὐλαβέστατος. Καὶ, ὡς ἔδωκαν αὐτοῦ τὸ μικρὸν μήνυμα διὰ νὰ τὸν ἐκάμουν πατριάρχην, τελείως δὲν ἤθελε νὰ τὸ ἀκούσῃ, οὐδὲ νὰ τὸ στέρξει, διὰ νὰ γένει πατριάρχης. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ κληρικοὶ, καὶ ὁ λαὸς ὅλος, καὶ στανικῶς αὐτοῦ ἔκαμαν αὐτὸν πατριάρχην, δώσαντες αὐτοῦ καὶ τὸ μέγα μήνυμα. Ἐχειροτόνησεν αὐτὸν ὁ Ἡρακλείας, μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν ἀρχιερέων, ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, ὁποῦ ἔκτησε Θεοδώρα ἡ βασίλισσα, ἡ ὁμόζυγος τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως, καὶ Γεννάδιον, τὸν ὀνόμασαν.

Deinde clerici, ex mandato regis congregarunt certos quosdam, qui in vicinia erant, sacrorum antistites. Hoc modo synodo coacta, elegerunt una mente et voce doctissimum et prudentissimum virum Georgium Scholarium, qui stante adhuc imperio Romano, in judicio imperatorio judicem egerat. Ac, quo tempore rex Joannes Palæologus in Italiam profectus fuerat, ubi octava synodus facta est, secum illum inter alios duxerat, ut eruditione præstanti præditum. Erat porro idem pietate sanctitateque insignis vir. Ut D autem significationem (sicut in patriarcharum creatione fieri solebat) minorem, quæ appellatur, illi dederunt, ut scilicet ipsum constituerent patriarcham, nullo modo eam audire voluit, nec acquiescere illorum suffragiis, ut patriarcha fieret. Pontifices vero, et clerici et populus totus etiam invitum et reluctantem creârunt, data quoque altera quæ major vocatur, suæ voluntatis significatione. Ordinans renuntiavit eum Heracleæ antistes, præsentibus aliis pontificibus multis, in templo Sanctorum Apostolorum, quod olim a regina Theodora, Justiniani Magni conjuge, conditum fuerat, eique Gennadium dixere nomen.

Α'. *Γεννάδιος ὁ Σχολάριος, ὁ σοφώτατος.*

Τοῦτος ἔγινε πρῶτος πατριάρχης ἐδῶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἀφ' οὗ ἐβασίλευσεν αὐτὴν ὁ αὐτὸς σουλτάνος, ὡς ἐγράψαμεν. Καὶ, ὡσὰν τὸν

I. *Gennadius Scholarius, vir doctissimus.*

Hic fuit primus in urbe nostra Constantinopoli patriarcha, postquam ejus rex exstitit Mechemeta, ut diximus. Eum statim, ut patriarchæ dignitatem

Digitized by Google

acceperat, pontifices, et clerici, primoresque populi, ad sultanum deduxerunt, quem etiam ille adoravit. Tum clericos interrogavit sultanus, ecquam consuetudinem habuissent Romani imperatores in creatione alicujus patriarchæ. Responderunt illi : Quoties aliquis futurus esset patriarcha, donasse imperatorem ei pretiosum pileum, cum velamento sub pileo, pallium item undulatum, nec non album equum, cui patriarcha insidens, circumiens urbem huic fausta precatus sit; datum præterea esse manu imperatoris ei pedum, insigne curæ pastoralis in gregem pium. Ita sultanus, his auditis, pedum manu sua accepit, idque in manum patriarchæ dedit : mandatoque ejusdem sultani, omnia illa modo dicta, quæ patriarcha honoris beneficiique causa ab imperatoribus accipere solitus fuerant, rite administrata sunt. Clementia porro et benevolentia magna idem hunc patriarcham prosecutus est, quod cognovisset, sapientia pietateque singulari præditum esse. Concessit quoque eidem celeberrimum Sanctorum Apostolorum templum, in quo hic patriarchicam sedem locavit.

In eo loco dein ubi patriarcha residebat, nocte quadam inventus est homo quispiam occisus. Unde ingens metus animum patriarchæ incessit, ne vel sibi vel alicui suorum familiarium idem illi accideret : eo quod totus ille locus, qui circa patriarchium erat, incultus et desertus esset : civibus qui ibi habitaverant, in expugnatione urbis interfectis, necdum aliis in locum eorum deductis. Confestim itaque patriarcha inde excessit, relicto illo templo, obserato : cumque sultanum convenisset, retulit quid factum esset : ac rogavit eum daret sibi monasterium Deiparæ Pammacaristæ, ut in patriarchicum verteret. Sultanus, hoc audito, eadem mox hora de eo mandatum dedit. Accepto igitur sanctissimæ Dei Genitricis Pammacaristæ templo, ex eo patriarchæ domicilium fecit, quod solidum conservet Dominus Deus et conservator noster Christus, ad consummationem usque sæculi hujus, ab omnis hostis vexatione et contumelia tutum. Erat id templum foris totum circumcirca habitatum hominibus : vicinia tota domorum plena, supra et infra colonis aliunde ex oppidis eo deductis ibique habitare jussis. Cum itaque multitudine hominum totus ille tractus celebris esset, ea fuit causa, cur de eo patriarcha sultanum appellaverit, qui et illi hoc templum concessit, in quo ab eo tempore, tanquam in patriarcheio, ille resedit sicut diximus.

Fuerat autem sub imperatoribus Romanis hæc Pammacarista femineum cœnobium. Verum ex templo SS. Apostolorum, in quo antea sederat patriarcha, eidem regi Mechemetæ templum (Hmaretium vocant) fecerunt : exstatque etiamnum hodie aliquid de prioris templi structuris.

Eo tempore idem sultanus ipsemet intravit patriarcheium; cumque in templum Pammacaristæ venisset, in sacellum ejus ingressus est (quo

A ἔκαμαν πατριάρχην, τὸν ἐπῆραν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ κληρικοὶ, καὶ οἱ πρῶτοι τοῦ λαοῦ καὶ ὑπῆγε, καὶ ἐπροσκύνησε τὸν αὐτὸν σουλτάνον. Καὶ ἐκεῖ ἐρώτησε τοὺς κληρικοὺς, ὅτι τί συνήθειαν εἶχαν οἱ βασιλεῖς τῶν Ῥωμαίων, ὅταν ἔκαμναν πατριάρχην. Καὶ τοῦτοι ἀπεκρίθησαν, καὶ εἶπαν· ὅτι, ὅταν ἤθελε γένει πατριάρχης, τοῦ ἐχάριζε καπόσιον ἐνδυμίν, μὲ τὸν κεμουχάν· καὶ μανδῆ με τοὺς ποταμούς· καὶ ἄλογον ἄσπρον, καὶ ἐκαβαλίκευεν αὐτὸ, καὶ ὑπῆγεν ἐγύρωθεν τῆς πόλης. καὶ εὐλόγει αὐτὴν· καὶ ἔδειδέτου ὁ βασιλεὺς με τὸ χέρι του τὸ δικανίκι· καὶ ἔτζι ἔλαβεν ὁ σουλτάνος μὲ τὸ χέρι του τὸ δικανίκι· καὶ τὸ ἔδωκεν εἰς τὸ χέρι τοῦ πατριάρχου. Καὶ ὅρισε, καὶ ἔγιναν ὅλα ἐκεῖνα, ὁποῦ εἴπαμε, τὰ ὁποῖα εἶχαν οἱ πατριάρχαι εὐεργεσίαν ἀπὸ τοὺς βασιλεῖς.

B Ἠγάπησε δὲ πολλὰ τὸν πατριάρχην ὁ σουλτάνος, ἔσοντας, νὰ μάθῃ, ὅτι ἦτον σοφώτατος καὶ εὐλαβὴς ἄνδρας. Ἔδωκέ του δὲ καὶ τὸν περίφημον ναὸν τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ ἔκαμε πατριαρχεῖον.

Καὶ ἐκεῖ, ὁποῦ ἐκαθέζετον ὁ πατριάρχης· μιᾷ νύκτα εὑρέθη ἕνας ἄνθρωπος σφαμένος. Καὶ ἐφοβήθη μέγαν φόβον, ἕνα μὴ σφάξουν αὐτὸν, ἢ ἀπὸ τὴν συνοδίαν αὐτοῦ ἐκεῖ, διότι ὅλος ὁ τόπος γυρόθεν τοῦ πατριαρχείου ἦτον ἔρημος· ἔσοντας, ὁποῦ ἄνθρωποι δὲν ἐκατοίκουν ἐκεῖ, ὅτι ἐσφάγησαν εἰς τὸν πόλεμον. Ὅμως ἐν τῷ ἅμα ὁ πατριάρχης εὑγῆκεν ἀπ' ἐκεῖ καὶ ἄφηκε τὸν ναὸν ἐκεῖνον σφαλισμένον, καὶ ὑπῆγεν εἰς τὸν σουλτάνον, καὶ ἀνήφερε τὰ γινόμενα· καὶ ἐζήτησεν αὐτοῦ, νὰ τοῦ δώσῃ τὴν μονὴν τῆς Παμμακαρίστου, νὰ τὴν ἐκάμῃ πατριαρχεῖον. Καὶ ὁ σουλτάνος, ὡς ἤκουσε τοῦτο, τῆς ὥρας ἔδωκεν αὐτοῦ ὁρισμὸν, καὶ ἔλαβε τὸν ναὸν τῆς Παμμακαρίστου, τῆς ὑπεράγνου Θεοτόκου· καὶ ἔκαμεν αὐτὴν πατριαρχεῖον· ὁ στερεώσει Κύριος ὁ Θεὸς, Χριστὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος ἀνενόχλητον καὶ ἀνεπηρίαστον ἀπὸ παντὸς ἐχθροῦ. Καὶ τοῦτος ὁ ναὸς τῆς Παμμακαρίστου, ἦτον ὅλος ἐξωθὲν τὸ γύρον κάτοικος ἀνθρώπους· τὰ ὀπίτια γεμάτα ὅλη ἡ γειτονία, καὶ ἐπάνω καὶ κάτω, διότι ἤφεραν σεργούνιδες ἀπὸ ἄλλα κάστρη, καὶ τοὺς ἐκατοίκησαν ἐκεῖ. Διὰ τοῦτο, ὁ πατριάρχης, ἔσοντας, νὰ ἦναι ὅλος ὁ τόπος ἐκεῖνος τῆς Παμμακαρίστου γεμάτος ἀνθρώπους· ἐζήτησε τοῦ σουλτάνου· καὶ ἔδωκεν αὐτοῦ αὐτὸν τὸν ναόν· καὶ ἐκάθησεν ἐκεῖ· καὶ τὸν ἔκαμε πατριαρχεῖον, ὡς ἠπάμε.

Ἦτον δὲ εἰς τὸν καιρὸν τῶν Ῥωμαίων, αὕτη ἡ Παμμακάριστος, γυναικεῖον μοναστήριον, ὁ δὲ ναὸς αὐτῶν τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, ὁποῦ ἐκαθέζετον προτίτερα ὁ πατριάρχης· τὸν ἔκαμαν ἰμαρέτιόν τοῦ αὐτοῦ σουλτὰν Μεχεμέτη. Καὶ στέκονται ἀκομὶ ἀπὸ τὰ κτίσματα τοῦ ναοῦ ἕως τησσήμερον.

Τότε καὶ ὁ αὐτὸς σουλτάνος ὑπῆγε σωματικῶς εἰς τὸ πατριαρχεῖον, εἰς τὸν ναὸν τῆς Παμμακαρίστου, καὶ ἐμπῆκε μέσα εἰς τὸ παρεκκλήσιον (ὁποῦ

Digitized by Google

Georgius Scholarius, auctor orationum quæ sequuntur, imperatorem Palæologum comitatus ad Florentinam synodum profectus est, ubi Græcos ad unitatem cohortans multa præclare dixit et scripsit. Cum vero sacrum unitatis negotium jam expediri deberet, rogatus ab imperatore sententiam, quid sentiret libere protulit, atque ex omni nobilium numero, qui sententias dixere, hujus unius verba in commentarios sacræ synodi relata sunt. Is postea Constantinopoli, rogatu Gregorii, tunc protosyncelli, deinde vero patriarchæ, complura Marci Ephesii argumenta contra Spiritus sancti a Filio quoque processionem, valide confutavit : sed interea eo vita functo, Bessario doctissimus reliqua Marci sophismata diluit. Quapropter hujusce Scholarii perhonorificam mentionem faciunt, qui ad Marci Ephesii epistolas edidere oppositas responsiones. Fuit ejusdem nominis alter Georgius Scholarius (1), cujus exstat liber adversus Latinos et sacrosanctam Florentinam synodum. Videtur autem fuisse familiaris, sive etiam discipulus, Marci Ephesii. Constat enim Marcum, dum ex hac vita decederet, Georgio cuidam Scholario suæ opinionis

(1) Hæc refutavit Eusebius Renaudot. Vide supra col. 251. Confer etiam in tomo CLIX *Monitum* nostrum præmissum *Apologiæ pro quinque capitibus concilii Florentini* quam Josepho Methonensi, ut vero auctori, restituimus, cum antea Gennadio male ascriberetur. Edit.

Digitized by Google

patrocinium contra sanctam synodum reliquisse. A Ille vero, ut dictum est, librum de sancti Spiritus processione in multa capita divisum consarcinavit, totus ad Marci voluntatem et sensum sese conformans. Porro autem inter hosce duos Georgios plurimum differre manifestissimum est. Alter enim, dum Florentina synodus celebraretur, et dixit et scripsit non pauca tum rogatus, tum etiam non rogatus. Scholarius vero familiaris Marci scribens post synodum, in sui operis proœmio fatetur, se tum demum abjicere silentium, quando maturior, inquit, et fructuosior futura esset ejus sententia contra sanctam unionem. Ad calcem quoque sui libri verba hæc habet : Meipsum præ omnibus accuso, et lugeo præterea nos omnes, quotquot rebus illis sponte aut vi, in totum vel ex parte interfuimus ; qui cum loqui possemus, tacebamus tamen, B et metu sermonem reprimebamus. Quomodo ergo is, qui tacuit, et metu sermonem repressit, quique multa dixit, et liberrime locutus est, unus atque idem erit? Adde, si unus hic est Georgius, qui cecinerit palinodiam, cur eo in libro, quem composuit, prius a se dicta non retractat? nec ullum facit verbum de prioribus erratis, nec solvit fortissimas illas rationes, per quas ad unionem adhortatus est Græcos, laudando Latinos, et clamando, nihil in fide ab iis peccari? nam quæ antea scripta leguntur, et quæ postea liber ille continet, summe opposita sunt, et maxime inter se pugnant. Ad hæc Scholarius Marco addictus de se ipso ait, C multos ad illum diem ignorasse, an contrarium ipse sentiret, errantes, inquit, tum quod ipse silentium opportune servasset, tum quod prave interpretarentur prudentem ejus dissimulationem, et nonnihil etiam ea calumniarentur. Quamobrem, inquit, opus fuit librum hunc conscribere ad corrigendos illos quorum salus desperata non esset, et multos dubitatione liberandos, et propulsandas calumnias, ut suam ipso sententiam notam omnibus faceret. Hæc in neutrum Scholarium quomodo quadrare possunt, cujus sententia fuit omnibus ab initio manifesta? Cum enim rogatus esset ab imperatore, in proœmio sui sermonis, Invictissime, inquit (1), imperator, in qua ego fuerim, et nunc sim sententia de proposita unionis materia, declarat D oratio, quam utcunque composui, traditque huic sacræ synodo : testantur etiam duo libri, quos a me antea scriptos nunc synodo huic offero. Multa alia, si quis perquirat, inveniet, quibus duo isti Georgii inter se differunt : propter quæ alter quidem jure secundus est sacræ œcumenicæ synodi tertiaque fidei defensor ac propugnator ; ut qui germanam Orientalis Ecclesiæ Patres ad hunc usque sententiam est, alter vero studio, quo Marcum prosequebatur, ab unione discedens ... asseclis, quorum ... [illegible]

ὡς Γεωργίῳ τινὶ Σχολαρίῳ τῶν τῇδε ἀκαίρων Μάρκος παρακατέθετο τῆς οἰκείας δόξης τὴν προστασίαν κατὰ τῆς ἱερᾶς συνόδου. Ὁ δὲ βιβλίον, ὡς εἰπόντες ἔφθημεν, συγγράψας περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως, πολλῶν κεφαλαίων διαστολῇ πλεῖστα ἐρραψῴδησεν, ὅλος δήπου τοῖς τοῦ Μάρκου βουλήμασι χαριζόμενος. Ὅτι δὲ τῶν δύο τούτων Γεωργίων πάμπολυ τὸ διάφορον, αὐτόθεν δῆλον· ὁ μὲν γὰρ συγκροτουμένης τῆς ἐν Φλωρεντίᾳ συνόδου πολλὰ καὶ εἶπε καὶ ἔγραψε πρὸς τὴν ἕνωσιν, ἐρωτηθείς τε καὶ μὴ ἐρωτηθείς· ὁ δὲ τοῦ Μάρκου φίλος γράφων μετὰ τὴν σύνοδον ἐν τῷ προοιμίῳ τοῦ ἐκείνου συγγράμματος, λύειν φησὶ τότε τὴν σιωπήν, ὅτε ἔμελλεν ὡριμωτέρα καὶ ὠφελιμωτέρα γενέσθαι ἡ αὐτοῦ γνώμη κατὰ τῆς θείας ἑνώσεως. Καὶ ἐν B τῷ τέλει τοῦ βιβλίου αὐταῖς λέξεσι φησίν· Ἐμαυτοῦ δὲ πρὸ πάντων κατηγορῶ, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν πάντων θρηνῶ, ὅσοι τοῖς πράγμασιν ἐκείνοις ἑκόντες ἢ ἄκοντες, καὶ ἢ καθάπαξ ἢ ἐκ μέρους τινὸς ἀνεσχέθημεν ἢ δυνάμενοι λαλεῖν, ὅμως ἐσιγῶμεν ὑποστελλόμενοι. Πῶς οὖν ὅ τε σιγήσας καὶ ὑποστειλάμενος, καὶ ὁ πλεῖστα εἰπὼν καὶ μηδὲν ὑποστειλάμενος, εἷς ἂν εἴη Γεώργιος; Ἔτι εἴπερ ὁ αὐτός ἐστι Γεώργιος παλινῳδίαν ᾖσας, πῶς ἐν ᾧ συνέγραψε βιβλίῳ οὐκ ἐπανορθοῦται δῆθεν τὰ πρότερον ἐσφαλμένα; οὐδεμίαν ὅλως ποιεῖται μνείαν τῶν πρώην αὐτῷ γεγραμμένων; καὶ οὐ λύει τοὺς δεινοὺς ἐκείνους λόγους, δι' ὧν παρεκάλει τοὺς Γραικοὺς πρὸς τὴν ἕνωσιν, ἐπαινῶν τοὺς Λατίνους, καὶ μηδὲν αὐτοὺς ἁμαρτάνειν ἐν τῇ C πίστει βοῶν; Καίτοι ἐκ διαμέτρου ἀντίκειται ἃ πρότερον γέγραπται, καὶ ἃ μετὰ ταῦτα φέρεται ἐν τῷ βιβλίῳ κατὰ τῆς συνόδου. Πρὸς τούτοις ὁ τοῦ Μάρκου φίλος περὶ ἑαυτοῦ φησι, τοὺς πολλοὺς μέχρι τότε ἀμφιγνοῆσαι, ὡς τἀναντία δοξάζοντα πλανωμένους ποτὲ μὲν ὑπὸ τῆς καιρὸν ἐχούσης σιωπῆς, ποτὲ δὲ τὴν ἐν λόγοις ἢ πράγμασιν οἰκονομίαν αὐτοῦ παρερμηνεύοντας, ἔστι δὲ ἃ καὶ συκοφαντοῦντας. Ἔδει οὖν, φησί, διὰ ταῦτα λόγον συγγράψαντα ἐπανορθώσασθαι μὲν αὐτῶν τοὺς μὴ καθάπαξ ἀνιάτως ἔχοντας, ὥστε ἀμφιβολίας περὶ αὐτοῦ καὶ συκοφαντίας παῦσαι πολλούς. Οὔτε γὰρ ἀμφιγνοήσει τις λοιπόν, οὔτε συκοφαντεῖν προαχθήσεται, τῆς αὐτοῦ γνώμης ἐκδήλου γεγενημένης. Ταῦτα δὲ πῶς ἂν ἐφαρμόσειε τῷ ἡμετέρῳ Σχολαρίῳ, οὗ πᾶσιν ἔκδηλος ἦν ἀρχῆ-D θεν ἡ γνώμη, ὡς αὐτός φησιν ἐν τῷ πρὸς βασιλέα λόγῳ; Προοιμιαζόμενος γὰρ φάσκει· Ἄριστε καὶ κράτιστε βασιλεῦ, ἧς μὲν γνώμης γέγονα καὶ εἰμὶ περὶ τὴν προκειμένην τῆς ἑνώσεως ὕλην, ὁ πρὸς τὴν καθ' ἡμᾶς ἱερὰν ταύτην σύνοδον σχεδιασθείς μοι καὶ πεμφθεὶς λόγος δηλοῖ· μαρτυροῦσι δὲ καὶ τὰ δύο βιβλία, ἅπερ πρότερον συνθείς, νῦν ἐγχειρίζω τῇ παρούσῃ συνόδῳ. Καὶ ὅλως ζητῶν τις οὐκ ὀλίγας ἂν εὕροι διαφορὰς τῶν δύο τούτων Γεωργίων· αἷς ἀλλήλων διακρινόμενοι, ὁ μὲν δίκαιός ἐστιν ἀκούειν τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς συνόδου καὶ τῆς ὀρθοδοξίας προασπιστής, ἅτε δὴ τοῖς ἀληθινοῖς Πατράσι τῆς

(1) [illegible]

Digitized by Google

Ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας ἄχρι τέλους ὁμόφρων γεγονὼς καὶ ἀκόλουθος· ἕτερος δὲ τῷ πρὸς τὸν Μάρκον φίλτρῳ, δόξης ὑπέρμαχος, ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα παρὰ Νεστορίου εἰσάγεσθαι, ὑπό τε ἁγίων Πατέρων καὶ συνόδων οἰκουμενικῶν πολλάκις ἀπεκηρύχθη.

A cti patres, et generalia concilia sæpenumero damnaverunt.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΣΧΟΛΑΡΙΟΥ

ΥΠΕΡ ΕΙΡΗΝΗΣ, ΚΑΙ ΒΟΗΘΕΙΑΣ ΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ ΠΑΡΑΚΛΗΣΙΣ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΑΝΑΤΟΛΙΚΗΝ ΣΥΝΟΔΟΝ ΕΝ ΦΛΩΡΕΝΤΙᾼ.

SAPIENTISSIMI VIRI

GEORGII SCHOLARII

DE PACE, DEQUE FERENDO PATRIÆ AUXILIO ADHORTATIO AD SYNODUM ORIENTALEM FLORENTIÆ.

Τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ συνόδῳ τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγίας Ἐκκλησίας, ἁρίστοις καὶ τιμιωτάτοις Πατράσι Γεώργιος ὁ Σχολάριος τὴν ὀφειλομένην εὐλάβειαν.

B *Sacrosanctæ synodo nostratis sanctæ Ecclesiæ, Patribus optimis ac summe honoranais, Georgius Scholarius debitam reverentiam.*

Ἡ μὲν κοινὴ τῶν σοφῶν ἁπάντων παραγγελία μηδένα δεῖν φησι συμβουλεύειν πρὶν ἂν κληθείη· ἐγὼ δὲ καὶ μὴ κληθεὶς τοῦτο πράττειν προάγομαι, καὶ τὸν παρόντα πέμπω λόγον ὑμῖν, εἰδὼς τοῦτον παράκλησιν ὄντα μᾶλλον ἢ συμβουλήν· καὶ κηδόμενος μὲν τῶν ὅλων πραγμάτων, κηδόμενος δὲ ἐν τῷ μέρει καὶ ἐμαυτοῦ καὶ γονέων καὶ συγγενῶν· καὶ ἅμα τὴν ὑμῶν φιλανθρωπίαν εἰδὼς, καὶ πεπεισμένος ὑμᾶς, κἂν οὐκ ἀρέσκοισθε τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, οὐκ ὀργιεῖσθαί μοι, ἀλλὰ καὶ χάριν ἕξειν τῆς προθυμίας. Δικαίους γὰρ ὑμᾶς καὶ τἄλλα εἰδὼς, νῦν πολλῷ μᾶλλον ἐλπίζω διατηρήσειν τὴν γνώμην. Δεῖ δὲ καὶ τὴν ἐμὴν πρὸς ὑμᾶς εὔνοιαν ἐνθυμηθῆναι· ἧς χάριν οὔθ' ἑνί τινι, οὔτε πᾶσιν ὁμοῦ προσκεκρουκὼς φαίνομαι, σιγῇ δὲ μᾶλλον πολλῶν ἀνασχόμενος δυσχερῶν, ὧν οἶδε Θεὸς, καὶ ὧν οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως ἀνέσχετο· οὔτε γάρ τινα λυπεῖν, οὔτε ταράττειν ἔδει τὰ πράγματα. Πρὸς ταύτην τοίνυν τὴν εὔνοιαν ἀποβλέψαντες καὶ τῇ τῶν πραγμάτων ἀνάγκῃ τὴν παροῦσαν λογισάμενοι τόλμαν, οὕτω τοὺς λόγους κρίνειν βουλήθητε, δεσπόται μου καὶ Πατέρες, καὶ ἡγεμόνες πάντων ὁμοῦ τῶν καλῶν καὶ νῦν καὶ πάντα τὸν χρόνον ἐσόμενοι.

C Commune quidem omnium sapientum præceptum, non esse inquit a quoquam dandum consilium, antequam vocetur. Ego vero etiam invocatus hoc agere aggredior, mittoque hunc ad vos sermonem; quod sciam adhortationem esse potius quam consilium, sollicitusque sim tum de toto rerum statu, tum de me ipso privatim, et parentibus, et cognatis; et nota mihi sit vestra humanitas, et persuasum habeam fore ut, etiamsi minus placitura sint quæ a me dicentur, mihi tamen non irascamini, imo gratiam quoque habeatis. Nam cum vos æquitatis studiosos in cæteris esse sciam, nunc multo magis spero hunc animum retenturos. Memînisse vero etiam debetis meam erga vos benevolentiam, ob quam nec singillatim quempiam, nec omnes universe unquam offendi; sed multa gravia silentio pertuli, quæ Deus novit, et quæ non facile quispiam pertulerit: neque enim decebat quemquam esse molestum, aut rerum perturbatorem. Ad hanc ergo vos benevolentiam respicientes, et necessitati in qua res sunt, præsentem audaciam tribuentes, ita de sermone meo judicare velitis, domini mei, Patres, ac duces ad omnia simul bona nunc et omni tempore futuri.

Οὔτε σιωπᾷν λοιπὸν οἶμαι δεῖν, κύριοί μου καὶ πατέρες αἰδέσιμοι, τῶν προσδοκωμένων δεινῶν καὶ πλέον τι τούτου τολμᾷν ἤδη πειθόντων, οὔτε πολλῶν λόγων τὰ παρόντα πράγματα δεῖσθαι, ἐν ἀκμῇ

D Nec tacendum jam ultra arbitror, domini ac Patres venerandi, cum impendentia mala plusculum etiam audere jam suadeant; nec præsentem rerum statum multis indigere sermonibus, summo in perì-

Digitized by Google

culo constitutum ; quique vix possit in tuto collocari, licet multa quidem agantur, dicantur vero pauca. Porro dictionis apte disponendæ studium, et sermonis elegantiam, et oratoriam artem præsentia mala, dolorque quo propter illa opprimor, eripuere mihi majorem partem ; eo vero quod superest, quomodo uti liceat hoc tempore, non video : quod præsertim necesse est, simplex sit et perceptu omnibus facilis sermo, quem ad vos omnes habeo. Sit vero mihi quidem orationis dux Deus ; quem benevolentiæ erga vos meæ, et patriam, et genus universum citare testem non erubuerim ; vobis autem viæ ad eligendum utilia, et illa agere aggrediendum.

Quod igitur nonnulli sint inter vos, qui putabant se Latinorum scientiam eluctaturos, atque illis persuasuros manere in illis antiquitatis terminis, et ipse scio : id vero mihi certe magnam admirationem moverit, quod viri alioquin docti tantum in hac parte erraverint ; idque cum sciant et se et alios non esse bene instructos facultate ad persuadendum ; non modo si quis instet, dubitetque de rebus gravissimis : sed si vel binarium esse inter pares numeros primum : aut hominem ex anima et corpore constare, ac similia negare velueriti : Latinos vero ad captum omnem humanum in dialectica, omnique scientia, cunctarumque præcellentissima theologia exercitatissimos. Verum etsi plures non ignorabant Latinorum scientiam, multasque illis non defore rationes ad ostendendum se recte sentire ; arbitrati tamen et illi omnes et isti, unionem cum Latinis rem esse plurimi æstimandam, et præterea facillimam, et suum et aliorum animum induxere cum voluptate advenire. Sed fac idem omnes sensisse, et ea spe venisse, ut Latinos ignorantiæ pravæque opinionis arguerent ; persuaderent vero a sententia discedere aut sua sponte, aut invitos atque ita unionem eorum amplecterentur. Hæc si quidem ex sententia succederent, fortasse melius esset ; Deusque cum quo per agnitionem veritatis et mutuam charitatem conjungeremur, neutri partium majorem impenderet favorem ; sed tam eos qui veritatem edocuissent, quam qui illam æquo animo addidicissent, pari corona donaret, et æque sibi conjungeret. Ita visi quoque essemus obtinere locum magistrorum, fumoque famæ oblectaremur, quem vos spiritalia quærentes, Deoque vacare pollicitos ambire non convenit. Sed videtis omnes, ut Latini pro sua sententia egregie decertaverint, ut nemo illos possit, si velit æquus esse judex, reprehendere. Et communis quidem magister ac dominus noster, oportere inquit in ore duorum vel trium stare omne verbum, et lex civilis ita præscribit ; illi vero ex communibus Ecclesiæ doctoribus sex præstantissimos dignitate et doctrina, susceptisque pro pietate laboribus ; nam alios prætereo ; sententiæ suæ testes protulere, quorum quisque tantumdem fide valere, quantum universi homines, censendus est :

Α καθεστῶτα κινδύνου, καὶ μᾶλις μετὰ πολλὰ μὲν πράττειν, λέγειν δὲ ἐλάττω, δυνάμενα σώζεσθαι. Συνθήκης δὲ καὶ φράσεως καὶ τέχνης ῥητορικῆς τὸ πλεῖστον μὲν ὑπὸ τῶν παρόντων δεινῶν καὶ τῆς ἐπὶ τούτοις λύπης ἀφῄρημαι, τῷ δὲ περιλειπομένῳ καιρὸν οὐχ ὁρῶ τὸν παρόντα χρῆσθαι· καὶ ἁπλοῦν πρὸς πάντας ὑμᾶς ὄντος τοῦ λόγου, ἁπλοῦν τε εἶναι τοῦτον ἀνάγκη καὶ πᾶσιν εὐσύνετον. Ἡγεῖται δὲ ἐμοὶ μὲν τῶν λόγων Θεὸς, ὃν οὐκ ἂν αἰσχυνθείην καὶ τῆς εἰς ὑμᾶς καὶ πατρίδα καὶ ἔθνος· ὧν εὐνοίας καλέσαι μάρτυρα· ὑμῖν δὲ τῆς ἐπὶ τὰ συμφέροντα ἐλέσθαι τε καὶ ἄρξασθαι κρίσεως ἐδοῦ.

Β Ὅτι μὲν οὖν εἰσί τινες ἐξ ὑμῶν, οἳ τὴν τῶν Λατίνων καταγνωσίαν σοφίαν, καὶ πείσειν τινὰς ἐπὶ τῶν ἀρχαίων ἐκείνων μένειν ἐνόμιζον, οἶδα καὶ αὐτὸς οἶδα· καὶ λίαν αὐτῶν θαυμάζω, ὅτι πάντα ἄλλα σοφοί τινες ὄντες, τοσοῦτον ἐν τούτῳ τῷ μέρει πεπλάνηνται· καὶ ταῦτα καὶ συνειδότες ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις φαύλως ἐχουσι τῆς πρὸς πείθειν παρασκευῆς, οὐ μόνον ἂν τις περὶ τῶν μεγίστων ἐνίσταιτο, ἀλλ' εἰ καὶ τὴν δυάδα πρῶτον ἀριθμὸν ὄντα περισσὸν εἶναι, ἢ τὸν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστάναι, καὶ τὰ τοιαῦτα ἀφελέσθαι θελήσειεν· εἰδότες δὲ καὶ Λατίνους μέχρι τῆς ἀνθρωπίνης εὐπορίας ἁπάσης διαλεκτικῆς τε καὶ πᾶσαν ἐπιστήμην, καὶ τὴν πασῶν ὑψηλοτάτην θεολογίαν ἐξητακότας τε καὶ ἀσκήσαντας. Ἀλλ' εἰ καὶ πλείους ὑμῶν οὔτε τὴν Λατίνων ἠγνόουν σοφίαν, C οὔθ' ὅτι πολλῶν εὐπορήσουσι λόγων πρὸς τὸ δοκεῖν σφᾶς αὐτοὺς δοξάζειν καλῶς, ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνό τε πάντες καὶ οὗτοι τὴν μετὰ Λατίνων ἕνωσιν ἁπάντων ἄξιον χρῆμα καὶ βάστον εἶναι πρὸς ταῦτα νομίσαντες, ἑαυτούς τε καὶ τοὺς ἄλλους ἔσεσθαι ἡδονῆς ἀφιξέσθαι. Κείσθω δὲ καὶ πάντες, αὐτὴν ἐσχηκέναι γνώμην, καὶ ἥκειν ἐλπίσαντες μηδὲν μὲν εἰδότας μήτε τἀληθῆ φρονοῦντας Λατίνους ἐλέγξειν, πείσειν δὲ ἐκόντας ἢ ἄκοντας τὴν σφετέραν δόξαν ἀρνήσασθαι, καὶ οὕτω τὴν μετὰ τῶν ἕνωσιν διαπράξεσθαι. Εἰ μὲν οὖν ἐξεβαινε ταῦτα κατὰ σκοπὸν, ἄμεινον ἂν ἴσως ἦν· καὶ ὁ Θεὸς, ᾧ συνάπτεσθαι τῇ γνώσει τῆς ἀληθείας καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους εἰρήνῃ πάντες ἐμέλλομεν, οὐκ D ἕτεροις ἂν τῶν ἑτέρων ἐχαρίσατο μᾶλλον· ἀλλὰ τούς τε διδάσκοντας τὴν ἀλήθειαν, καὶ τοὺς σὺν εὐσεβείᾳ μοσύνῃ ταύτην δεδιδαγμένους ἐπίσης ἐμέλλε φανοῦν, καὶ ἑαυτῷ συνάπτειν ὁμοίως. Ἐδόξε δ' ἂν οὕτωσὶ διδασκάλων τάξιν ἐπέχειν, καὶ τῷ πνῷ τῆς φήμης ἐτέρῳθημεν· οὐ τοῖς τὰ πνευματικὰ ζητοῦσιν ὑμῖν καὶ Θεῷ προσανέχειν ὑπεσμένοις οὐδαμῶς ἐστιν ἁρμόττον ἡσεσθαι. Ἀλλ ὁρᾶτε πάντες, ὅτι Λατῖνοι τῆς ἑαυτῶν ὑπερηγησαντο δόξης καλῶς· ὥστε μηδένα ἂν αὐτοῖς ἐγκαλεῖν ἔχειν, εἰ βούλοιτο δίκαιος εἶναι. Καὶ ὁ μὲν κοινὸς ἡμῶν διδάσκαλος καὶ δεσπότης ἐπὶ δυοῖν ἢ τριῶν μαρτύρων δεῖν ἵστασθαι πᾶν ῥῆμα φησιν, ὁ πολιτικὸς νόμος οὕτω διαγορεύει· οἱ δὲ ἐκ τῶν κοινῶν διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας ἓξ τοὺς μεγ

Digitized by Google

στους ἀξιώματι καὶ σοφίᾳ καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶσι, τοὺς γὰρ ἄλλους παρίημι, μάρτυρας τῆς ἑαυτῶν δόξης παρήγαγον· ὧν ἕκαστον δεῖ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πάντων ἀνθρώπων κρίνειν ἀντάξιον, κἀκείνους οὐχ ἁπλῶς οὕτως οὐδὲ παρέργως, ἀλλ' ὥσπερ εἰ δικασταί τινες ἦσαν ἡμῖν τῆς παρούσης ἀμφιβολίας, οὕτω διαλεγομένους διωρισμένους τε καὶ σαφῶς· καὶ αὐτοῖς μὲν λέξεσι λέγοντας τὸ ζητούμενον, προστιθέντας δὲ καὶ τὰς αἰτίας, καθὰ διδασκάλοις προσῆκε, καὶ τὰ μέρη τῆς θείας Γραφῆς, ἐξ ὧν τὴν δόξαν ταύτην ἀναγκαίως ἔχουσιν εἰληφότες, καθ' ἅπερ ἄλλας ἐξ ἄλλων μερῶν συνελέξαντο. Πρὸς οὓς διδασκάλους τοσούτους τε ὄντας καὶ τηλικούτους, καὶ οὕτω σαφῶς τὴν δόξαν ταύτην εἰσάγοντας, οὐδ' ἂν βουληθέντες ἔχοιμεν ἀναισχυντεῖν. Πρὸς τούτοις ἄλλους ἐκ τῶν κοινῶν διδασκάλων παρήγαγον, τοὺς ἐξ Ἀνατολῆς λέγω, ἴσῃ σοφίᾳ καὶ ἀξιώματι κεκοσμημένους, οὐχ οὕτω μὲν διαῤῥήδην ὥσπερ ἐκεῖνοι, λέγοντας δ' ὅμως καὶ αὐτοὺς τοῖς ἄλλοις ταυτὰ, εἴ τις μετ' ἀληθείας καὶ σοφίας ὁμοῦ τὰς ἐκείνων ἐξετάζειν βούλοιτο ῥήσεις· καὶ σοφιστικὸν οὐδὲν οὐδὲ βίαιον, ἀλλὰ πάντα ἁπλᾶ καὶ τῇ θείᾳ Γραφῇ καὶ τοῖς διδασκάλοις· ἐπόμενα πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἑαυτῶν προσεδάλοντο δόξης· καὶ εἴρηται παρ' ἡμῶν οὐδὲν πρὸς αὐτοὺς, πρὸς ὃ μὴ σοφῶς τε καὶ γενναίως καὶ μετὰ τῆς ἀληθείας ἀποκρινάμενοι φαίνονται· οὐδ' ἔχομέν τινα τῶν ἁγίων φανερῶς αὐτοῖς ἀντιφάσκοντα· εἰ δέ τις ἦν, καὶ τοῦτον ἔδει τοῖς πολλοῖς μηχανῇ τινι καὶ λόγῳ συνάπτειν πολλῷ μᾶλλον καὶ δικαιότερον, ἢ πρὸς τὸν ἕνα πλῆθος τοσούτων διδασκάλων παραδιάζεσθαι. Εἰς ἃ δὲ νομίζομεν αὐτοὺς ἐκ τῆς δόξης ταύτης ἐκπίπτειν, καὶ ταῦτα μήτε φρονεῖν μήτ' ἐξ ἀνάγκης ἕπεσθαι τῇ δόξῃ, διαμαρτύρονται. Ἀλλὰ καὶ τὰ αὐτὰ φασι μεθ' ἡμῶν πιστεύειν, καὶ πρὸς τὸν ἴσον ἡμῖν φέρεσθαι νοῦν, εἰ καὶ προσθήκῃ λέξεων ἄμεινον ἀναπτύσσουσι· καὶ οὐδένα τῶν ἁγίων ἀναγκάζοντας συκοφαντεῖν ἢ διαγράφειν, ἀλλὰ μᾶλλον συνάπτουσιν ἀλλήλοις τοὺς διδασκάλους· καὶ μίαν ταύτην ἀπόδειξιν ἀρκοῦσαν ἔχειν ἡγοῦνται παρ' ἑαυτοῖς τοῦ τἀληθῆ φρονεῖν καὶ πιστεύειν, ὅτι μηδενὶ πρὸς μηδένα τῶν διδασκάλων ἀντίφασίν τινα καὶ μάχην ἐγείρουσιν· ἀλλὰ τἀκείνων πάντα γαλήνης γέμει καὶ ὁμονοίας, τῆς δόξης ταύτης κρατούσης. Πρὸς δὲ τούτοις, καθάπερ διδασκάλοις ἡμῖν ἢ κριταῖς αὐτῶν καθημένοις, οὕτω προσφέρονται· καὶ δέονται σφᾶς προσήκασθαι, καὶ μὴ θέλειν ἀνθρώπων οὕτω μὲν ἀδελφὰ φρονούντων ἡμῖν, οὕτω δὲ συμβαινόντων τοῖς κοινοῖς διδασκάλοις, μικρᾷ προφάσει χωρίζεσθαι. Οὐδ' ἀπαιτοῦσιν ἐξ ἡμῶν τὴν ὁμολογίαν τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἡμῖν καταλείπουσιν, εἰ βουλοίμεθα τελείως πιστεύειν, καὶ μὴ νομίζοιμεν αἰσχύνην φέρειν ἡμῖν τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας· « Δεῖ γὰρ, φησὶ, πρὸς τὸ σώζεσθαι, καὶ χείλεσι τὴν πίστιν ὁμολογεῖν. » Αὐτοὶ δὲ ἀρκεῖν ἡγοῦνται πρὸς τὴν εἰρήνην τὸ παύσασθαι λοιδ ἐγκαλεῖν αὐτοῖς, οὕτω πολλὰς τοῦ μὴ ψεύδεσθαι μηδὲ κακῶς φρονεῖν παρασχομένοις τὰς ἀποδείξεις. Ὥστ' ἐξεῖναι τρόπον ἡμῖν ἕτερον μετὰ τοῦ τὴν εἰρήνην πράττειν, καὶ τῆς ἔξω καὶ φαινομένης τα-

eosque non obiter et perfunctorie, sed ita distincte planeque locutos, ac si controversiæ nostræ sedissent judices ; et apertis verbis exprimentes quod quæritur, adjectis etiam causis, uti doctores decebat ; et citatis sacræ Scripturæ locis, ex quibus sententiam hanc necessario sumpserunt, et collectis per illa variis rationibus. Quos sane doctores, cum tot tantique sint, et adeo perspicue sententiam hanc doceant, nec si velimus, impudenter adversos contueri possumus. Alios præterea ex communibus doctoribus produxere, Orientales, inquam, pari doctrina et dignitate præditos ; non ut illi quidem adeo clare, idem tamen et ipsos quod et illi asserentes, si quis velit dicta eorum cum veritate pariter et scientia perpendere. Nec sophisticum aliquid aut affectatum, sed plana omnia, et sacræ Scripturæ, doctoribusque consona ad demonstrandam sententiam suam protulere. Nec objectum a nobis est quidquam, ad quod illi erudite et animose cum veritate non responderint. Ex sanctis porro aliquem, qui aperte illis adversetur, nullum habemus : quod si etiam esset, oporteret hunc quoque via et ratione aliqua multis adjungere, æquius sane et commodius, quam ad unum vi pertrahere tantam multitudinem doctorum. Ea vero incommoda, in quæ illos labi arbitramur, se nec sentire, nec sequi necessario ex sua sententia plane testantur ; sed idem ac nos aiunt se credere, et in eumdem ferri sensum, licet additis vocibus melius explicent, nec ullum sanctorum calumniari, aut auctoritatem ejus elevare coguntur; imo doctores inter sese conciliant, et potentissimo argumento satis demonstrare se putant recte sentire et credere, quod doctorem cum doctore nullum pugnantem, aut contraria dicentem faciunt ; sed apud illos omnia per hanc sententiam tranquilla sunt et convenientia. Ad hæc ita nobiscum agunt, ac si magistri illorum aut judices sederemus ; rogantque ut se suscipiamus, nec velimus modica de causa disjungi ab hominibus adeo nostris consimilia, adeo communibus doctoribus congruentia sentientibus. Neque vero exigunt a nobis professionem veritatis ; sed hoc quidem nobis relinquunt, si perfecte credere velimus, neque salutis spem arbitremur nobis ignominiam inurere: « Oportet enim, inquit, ad salutem labiis quoque fidem confiteri [1]. » Illi vero satis esse ducunt ad pacem, si finem insimulandi faciamus post tam multas demonstrationes, quibus se nec falsa dicere, nec male sentire probarunt : ut sit nobis integrum alia via et pacem facere, et populari hoc apparenteque splendore ac rumore, nec pertimescere defectionem gentium nobis conjunctarum, quandoquidem fidei confessio non aliter ab illis et nobis fiet, ac prius fiebat.

[1] Rom. x, 10.

Digitized by Google

της ἀπολαῦσαι λαμπρότητός τε καὶ φήμης, καὶ μηδὲ τὴν ἀποστασίαν τῶν ἡμῖν προσηκόντων δεδιέναι γενῶν, ἐπειδὴ τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως οὐκ ἄλλως ἢ πρότερον ἐκείνοις τε καὶ ἡμῖν ἔσται ποιεῖσθαι.

Et Latini quidem hæc ostendunt, hæc dicunt, tanto conficiendæ nobiscum unionis desiderio flagrant: adeo nihil volunt fieri a nobis, quod sibi gloriam, nobis ignominiam aut detrimentum afferre possit. Nobis vero ad hæc omnia fortasse quidem verba non deerunt, sed non multi roboris aut decoris, et quæ virtute et sapientia nostra sint digna, aut hominum volentium præ se ferre speciem ac dignitatem Patrum, qui in antiquis fuere conciliis, et omnia cum veritate et charitate mutua examinarunt. Nec vero propositum nobis est de re non magni ponderis certamen, sed agitur de veritate fidei, per quam nos salvari speramus, et quam contentiose oppugnare non solum turpe est, sed et maxime periculosum. Neque enim aut doctores negare licet, quibus etiam deprecatoribus ad Deum pro peccatis nostris uti solemus, et quibus universa Ecclesia pro certaminibus ob veritatem susceptis, et laboribus in docendo, quam maximam retulit gratiam, ut omittam alias sanctitatis partes, propter quas illos secundum Deum honoramus. Neque dicemus doctores inter se pugnare; hoc enim est omnia confundere, ac totam abnegare fidem. Porro autem voluisse Latinos depravare fidem, et doctorum omnium adulterare theologiam, quis adeo stolidus, ut credat? quisve id asserendo contra Latinos, risu non excipiatur? Nulla enim criminatio potest falsitatis redargui pluribus, fortioribus, ac verioribus argumentis. At objiciemus nos apparentem doctorum dissensionem; verum illi eam nullo negotio dissolvent, imo etiam jam dissolverunt. Sed neque decorum amplius est hæc a Latinis quærere; possumus enim et nos ipsi conciliare inter se doctores. Ego cum sim vestrum omnium minimus, ubi id mandaveritis, paratus sum hoc præstare et privatim et publice, atque omnibus ostendere apertissime doctores Ecclesiæ in universum de præposita materia idem sentire. Hoc autem non multis ostendam sermonibus, sed satis erit duarum spatium horarum ad persuadendum vobis omnibus nequaquam dubitare amplius de consensione doctorum, ut nec vos ultra habeatis, nec Latinis negotium exhibeatis, harum inquisitione rerum commissa synodo communi. Sed neque si tempus etiam frustra conterere liceret, veluti sedentibus in otio, nullaque oppressis necessitate ad cogitandum de reditu, oporteret de rebus divinis inanes fundere sermones, et instantias disputationis ergo afferre, victoriamque solum spectare, ac multa dicere, in quibus etiam par est aliquid erroris miscere; idque non multum valentibus contendere cum Latinis theologicæ ac philosophicæ facultatis notitia; infelici rerum nostrarum statu ita ferente, propter quem qui primas tenent inter nos, ita theologiam ac philosophiam attingunt, ut non omnino ineruditi videan-

Καὶ οἱ μὲν Λατῖνοι ταῦτα δεικνύουσι, ταῦτά φασιν, οὕτω πρὸς τὴν μεθ' ἡμῶν ζέουσιν ἕνωσιν, οὕτως ἡμᾶς τῆς ἐκείνων ἕνεκα δόξης οὐδὲν βούλονται πράττειν αἰσχρὸν ἢ δυνάμενον βλάπτειν. Ἡμεῖς δὲ πρὸς ταῦτα πάντα λόγων μὲν ἴσως εὐπορήσομεν, ἀλλ' οὐ πάνυ γενναίων, οὐδ' εὐπρεπῶν, οὐδ' ἀξίων τῆς ἡμετέρας ἀρετῆς καὶ σοφίας, οὐδὲ βουλομένων ἀνδρῶν σχῆμα σώζειν καὶ τάξιν τῶν ἐν ταῖς συνόδοις ἐκείναις Πατέρων, οἳ μετὰ τῆς ἀληθείας καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀγάπης πάντα ἐξήτασαν. Οὐδ' ὑπὲρ τῶν τυχόντων ἡμῖν ὁ ἀγὼν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας τῆς πίστεως, μεθ' ἧς δὴ ἐλπίζομεν σώζεσθαι καὶ πρὸς ἣν ἐθέλειν φιλονεικεῖν, οὐκ αἰσχρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ κινδύνου γέμον μεγίστου. Οὔτε γὰρ ἀρνήσασθαι τοὺς διδασκάλους ἔξεστιν, οἷς καὶ πρέσβεσι πρὸς Θεὸν ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων εἰώθαμεν χρῆσθαι, καὶ οἷς τὸ κοινὸν τῆς Ἐκκλησίας μεγίστας τῶν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀγώνων καὶ τῶν ἐν τῷ διδάσκειν πόνων ἀπένεμε χάριτας ἄνευ τῆς ἄλλης ἁγιωσύνης, ἧς ἕνεκα ταῖς δευτέραις μετὰ Θεὸν αὐτοὺς τιμῶμεν τιμαῖς· οὔτ' ἐροῦμεν ἀντιφάσκειν τοὺς διδασκάλους ἀλλήλοις· τοῦτο γὰρ πάντα συγχέειν ἐστὶ, καὶ τὴν πίστιν πᾶσαν ἀρνεῖσθαι. Τὸ δὲ Λατίνους διαφθεῖραι βουληθῆναι τὴν πίστιν, καὶ τὴν τῶν διδασκάλων ἁπάντων νοθεῦσαι θεολογίαν, τίς οὕτως ἁπλοῦς ἐστι ὥστε πιστεῦσαι; ἢ τίς τοῦτο κατὰ Λατίνων εἰπὼν οὐχὶ καὶ γέλωτα προσοφλήσει; οὐδεμία γὰρ ταυτησὶ τῆς κατηγορίας πλείοσί τε καὶ μείζοσι καὶ ἀληθεστέροις ἂν ἐλέγχοιτο λόγοις. Ἀλλὰ τὴν φαινομένην προβαλλόμεθα τῶν διδασκάλων διαφωνίαν. Λύσουσι τοίνυν αὐτὴν καὶ μάλα εὐκόλως· μᾶλλον δὲ καὶ ἤδη λελύκασιν. Ἀλλ' οὐδ' εὐπρεπές ἐστι λοιπὸν παρὰ Λατίνων τὰ τοιαῦτα ζητεῖν· καὶ ἡμεῖς γὰρ παρ' ἑαυτοῖς δυνάμεθα τοὺς διδασκάλους συνάπτειν. Ἐγὼ πάντων ὑμῶν ἐλάχιστος ὤν, ὁπόταν κελεύσητε, τοῦθ' ἕτοιμός εἰμι πράττειν καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, καὶ δεῖξαι πᾶσιν οὕτωσὶ φανερῶς, ὅτι διὰ πάντων οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι τὴν αὐτὴν περὶ τῶν προκειμένων ἔχουσι γνώμην· καὶ τοῦτο οὐκ ἐν λόγοις δείξω πολλοῖς, ἀλλ' ἀρκέσουσιν ὧραι δύο, ὥστε πεῖσαι πάντας ὑμᾶς μηκέτι περὶ τῆς τῶν διδασκάλων συμφωνίας ἀμφιγνοεῖν· μηδὲ πράγματα λοιπὸν αὐτούς τε ἔχειν καὶ Λατίνοις παρέχειν, κοινῇ συνόδῳ τὴν περὶ τούτων ἀνατιθέντας ἐξέτασιν. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' εἰ τρίβειν ἐξῆν τὸν καιρὸν, καθάπερ ἐπὶ σχολῆς καθημένους, καὶ πρὸς τὴν ἐπάνοδον οὐδεμίαν ἀνάγκην ἔχοντας, ἔδει περὶ τῶν θείων πραγμάτων κενὰ καὶ μάταια λέγειν, καὶ πρὸς τὸν ἔξω λόγον ἐνίστασθαι, καὶ τὴν νίκην μόνην σκοπεῖν, καὶ πολλὰ λέγειν, ἐν οἷς εἰκός τι καὶ ἁμαρτάνειν· καὶ ταῦτα περὶ θεολογίας τε καὶ φιλοσοφίας οὐ σφόδρα δυναμένους ἀμιλλᾶσθαι Λατίνοις· τοῦτο τῆς ἐν ἡμῖν δυστυχίας τῶν πραγμάτων πεποιηκυίας, δι' ἣν οἱ παρ' ἡμῖν ἄκροι τοσοῦτον θεολογίας τε καὶ φιλοσοφίας ἅπτονται, ὥστε μόνον μὴ δοκεῖν καθάπαξ ἀπαίδευτοι, ἐκλελοιπότων μὲν παιδευτηρίων,

Digitized by Google

σβεσθείσης δὲ τῆς περὶ μαθήματα καὶ λόγους φιλοτιμίας, καὶ πάντων τῆς χρείας μόνης καὶ τῆς ἀνάγκης γεγενημένων. Πέπεισμαι δὲ μηδὲ τῷ Πνεύματι σφόδρα ἀρέσειν τὴν τοσαύτην ἀδολεσχίαν, ἀλλὰ πειραστὰς ἡμᾶς αὐτοῦ νομιεῖν, εἰ τοσαῦτα μὲν ἐκ τῆς Θείας Γραφῆς, τοσαῦτα μὲν ἐκ τῆς τῶν διδασκάλων συμφωνίας ἔχοντες πρὸς τὸ προκείμενον βοηθήματα, εἶτα καθεδούμεθα τούτων πάντων καταφρονοῦντες, καὶ λόγους λόγοις συμπλέξομεν, ἢ νομίζοντες ἐν τοῖς ἡμετέροις λόγοις ἀμεινόν τι τῆς ἐκ τῶν Γραφῶν χορηγίας εὑρήσειν, ἢ ζητοῦντες παρὰ τοῦ Πνεύματος σαφέστερόν τι τῶν ὑπ' αὐτοῦ λαμπρῶς οὕτωσὶ διωρισμένων λαβεῖν. Ὑπὸ τούτων γὰρ τῶν λόγων καὶ τῆς τοιαύτης ὁδοῦ μᾶλλον ὑμᾶς οἶδα πρὸς διχόνοιάν τε καὶ στάσιν ἢ πρὸς ὁμόνοιαν ἀγομένους τε καὶ μᾶλλον ἀχθησομένους.

Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων, καὶ Θεῷ φίλον, καὶ τοῖς διδασκάλοις τῆς Ἐκκλησίας χάριεν ἔσται, καὶ ἡμῖν εὐπρεπὲς, καὶ πρὸς τούτοις ῥᾴδιον, τὸ τὴν ἕνωσιν ἤδη, τῶν πολλῶν ἀφεμένους λόγων, διαπράξασθαι, καὶ μετὰ ταύτης ἐπανιέναι. Καὶ οὐδὲν ἡμῖν ὅλως προίσταται πρὸς τὸ πράττειν ὧν ἐπιθυμήσαντες ἥκομεν, τῆς μὲν δόξης Λατίνων ὑπὸ τοσούτων μαρτυρουμένης, καὶ πανταχόθεν ἀξίας οὔσης πιστεύεσθαι, ἡμῶν δὲ δυναμένων αὐτοῖς ἑνωθῆναι ἄνευ τοῦ καὶ περὶ τὸ σύμβολόν τι καινοτομεῖν. Καὶ μὴν ἴστε πάντες καλῶς, ὅτι τὴν ἕνωσιν τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ, καίτοι πολλῶν ἄλλων ἕνεκα καὶ δικαιοτέρων μάλιστ' ἂν ὑπὸ παντὸς ζητηθεῖσαν, τὸ παρὰ τῶν ἀσεβῶν δέος καὶ τὰ πράγματ' ἡμῖν εἰς τοῦσχατον ἥκοντα δυστυχίας, καὶ ποθῆσαι καὶ σπουδάσαι διὰ πολλῶν, καὶ ὅτι μάλιστα τοῦ τέλους ἐγγὺς αὐτὴν ἀγαγεῖν, τὰ γὰρ μεταξὺ παρελείπω πάντα, ἡμᾶς ἰδίως ἐποίησαν. Δεῖ τοίνυν τῆς προθέσεως ἐχομένους, ἐπεὶ δυνατὸν καὶ εὐπρεπές ἐστι, ταύτην εἰς τέλος ἐξενεγκεῖν. Ἄλλως δ' ἂν ματαιότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐδόξαμεν εἶναι, εἰ πολλὰ μὲν ὑπὲρ αὐτῆς ὑποστάντες, πολλῶν δὲ ἀγαθῶν ἐλπίσι κεκινημένοι, ἐπιδώσειν δὲ ἡμῖν τὰ δεινὰ, τοῦ σχίσματος βεβαιωθέντος, πάντες πιστεύοντες, εἶθ' ὥσπερ ἐπιλαθόμενοι τούτων ἁπάντων, κεναῖς, ὥς φασι, χερσὶ καὶ μηδὲν πράξαντες ἐπανέλθοιμεν, καὶ ταῦτ' εὐπρεπὲς οὕτω καὶ ῥᾴδιον ὄν, καὶ μηδενὸς ἡμῖν εὐλόγως εἰς τοῦτο προισταμένου. Οὐδὲ προσέχειν δεῖ τοῖς μηδὲν ἀγαθὸν ἡμῖν ἐκ τῆς ἑνώσεως λέγουσιν ἥξειν· καὶ τούτου πρόφασιν οἰομένοις ἔχειν ἀρκοῦσαν, τά τε τῶν Λατίνων γένη τῇ κατ' ἀλλήλων μάχῃ φθειρόμενα καὶ ταῖς οἰκείαις προσέχοντα συμφοραῖς, καὶ τὰ τοῦ πάππα πράγματα τάξιν οὔπω λαβόντα καὶ δύναμιν, ἀλλ' ἀσθενοῦντα καὶ πολλαχόθεν ἀκμὴν ἐπιβουλευόμενα. Ἄνευ γὰρ τῆς ἄλλης ὠφελείας ἁπάσης, ἣν ὅ τε πάππας ἡμῖν καὶ τὰ λοιπὰ τῶν Λατίνων ἔθνη, καὶ τῶν πραγμάτων οὕτω σφίσιν ἐχόντων, παρέξονται· τὸ γὰρ ἡμέτερον ὀλίγον ὄν, ὡς καὶ ὑμεῖς ἴστε, δυσχέρειαν αὐτοῖς οὐ μεγάλην μέλλει παρέχειν· τέως γὰρ ἀσφαλείας μόνης καὶ τοῦ μὴ δεδιέναι τοὺς πολεμίους, ἡμᾶς οἴδασι χρῄζοντας· ὃ χρήμασι μὲν οὐ πολλοῖς, ναυσὶ δὲ ὀλίγαις δύνανται πράττειν· ἐγώ

tur; non vigente jam scholarum usu publicarum, et exstincto disciplinarum ac rei litterariæ ambitioso studio, cunctis necessitati tantum, et angustiis rei familiaris vacantibus. Certum vero mihi est, ipsi quoque Spiritui non placere admodum tantam loquacitatem, sed sui nos tentatores existimaturum, si cum tot ex divina Scriptura, tot etiam ex doctorum consensu nobis suppetant ad propositum auxilia, sedeamus tamen ipsi posthabitis illis omnibus, nectentes sermoni sermonem; quod vel putemus nos inventuros quidpiam per nostros sermones eo præstantius, quod Scripturæ suppeditant; vel aliquid a Spiritu quæramus apertius iis quæ adeo clare sunt ab eo definita. His enim sermonibus et hac via vos utentes, scio, in dissensionem potius et concertationem agimini, magisque etiam agemini quam in consensionem.

Cum igitur hæc ita se habeant, Deo gratum, et Ecclesiæ doctoribus jucundum erit, nobisque decorum, et præterea facile, multis omissis sermonibus, unionem amplecti, cumque illa domum reverti. Nec erit prorsus aliquid nobis impedimento quominus agamus ea quorum ducti desiderio sumus huc profecti: cum Latinorum quidem sententia fulciatur tot testibus, et usquequaque digna sit quæ credatur; nobis vero liceat cum eis conjungi nulla in Symbolo facta innovatione. Et quidem bene nostis omnes peculiarem causam cur optaverimus, multisque viis efficiendum enixe curaverimus, potissimumque prope finem perduxerimus, ut media præteream omnia, Ecclesiæ Christi unitatem, exstitisse mala, quæ formidamus ab impiis, resque nostras ad extremam redactas miseriam; quamvis multas alias ob causas et æquiores dignam, quæ ab omnibus expetatur. Oportet ergo propositum consilium sequentes, cum et fieri, et honeste fieri possit, ad exitum illud perducere: alioquin omnium hominum levissimi videremur, si propter illud multa perpessi, multorumque bonorum spe ducti; et omnes pro certo habentes fore, ut confirmato schismate major cumulus malorum accedat; velut hæc omnia oblíti, vacuis, ut aiunt, manibus, re infecta rediremus: idque cum res sit adeo decora et facilis, nihilque sit quod, ne illa peragatur, nobis merito obstet. Nec vero audiendi sunt, qui nihil boni nobis ex hac unione futurum aiunt: quod satis putant a se probari, propterea quod Latinorum nationes mutuis inter se conterantur bellis, et propriis vacent calamitatibus: et papæ res nondum statum et firmitatem acceperint; sed infirmæ sint, et multorum adhuc insidiis pateant. Nam ut omnes alias utilitates taceam, quas afferret nobis tum papa ipse, tum reliquæ Latinorum nationes vel in tali rerum statu (nostra enim cum non magna sit, ut et ipsi scitis, non multam illis exhibebit molestiam; norunt quippe hoc uno in præsenti nos indigere, ut res nostræ in tuto sint, et ne hostes pertimescamus; id quod non grandi pecunia et paucis navibus præstare possunt),

Digitized by Google

ego vel ipsam unionis famam satis fore aio nobis ad depellendum hostium timorem. Quandoquidem verendum non erit amplius ne illi nos adoriantur, si sciant auxilia sociorum nobis affutura : qui si sæpe nobis opem tulerunt nondum sibi reconciliatis, nunc multo magis et alacrius hoc præstare volent, et veluti quoddam solvere debitum, societatem in bello. Neque enim aut Latinorum aut Barbarorum quisquam ignorat, primariam unitatis causam esse spem auxilii, quodque nulla alia salutis via nobis supersit : e contrario vero, si nobis aversatio et odium in Latinos augeatur, vacuis hinc et re infecta abeuntibus, quod statim inde notum erit omnibus, quia noster reditus nullo apparatu aut splendore, et viribus exiguis fiet, et nobis arbitror nullam amplius salutis spem superesse et hostibus, etiam si nolint, commodum fore nos adoriri.

Comprehendite vero animis vestris quod præcipuum est, quanta sit præsentis magnitudo periculi, in quo versamur. Auditis enim Barbarum, maximis copiis terra marique comparatis, bellum contra nostram urbem instruere ; fortasse etiam antequam certus ad nos nuntius allatus sit, illam obsidet, aut quamprimum obsidebit. Eam porro scitis omnes, si non adsit adventitium subsidium, ne primum quidem impetum hostis laturam ; sed periculum illi esse, ne citra prælium veluti lucrum fortuito oblatum ab hostibus occupetur, ad solum eorum aspectum conterrita. Quod si etiam obsidionem paulisper ferat, fieri tamen non poterit, ut omnino periculum sine damno possit evitare ; sed necesse est prorsum succumbat. Meministis enim, cum ab his iisdem Barbaris terra olim obsideremur, et muri pars quæ mare spectat, et duplo major est reliqua, nullum haberet custodem ; nemo enim inde urgebat, quanto in timore, quantis fuerimus in angustiis. At nunc omnis quidem mœniorum pars tuenda est necessario ; militaris vero copia, et reliqua universæ urbis multitudo, neque ad dimidiam eorum partem accedit, qui tunc erant, proque tertia murorum parte propugnabant, nec tamen ad tantum numerum, tantumque hostium apparatum satis esse videbantur : pestis enim, qua per tot annos premimur, omnes graviter depasta est : dimidiam vero partem esse dico, nobis quoque ibi præsentibus, et annumeratis. Nunc vero abest imperator, qui, unus cum sit, plurimum valet ad omnia ; abestis etiam vos, et adeo multi, et virtute adeo præstantes, ut loco maximarum copiarum auxiliarium esse possitis, si derepente accedatis. Sagittarii vero conductitii præter viginti-quinque omnes aufugerunt. Causas autem tacere oportet ; fortasse vero et illi pariter atque alii pro se ipsis idem hactenus cepere consilii. Quæ igitur spes, tanta hominum penuria tam formidolosum bellum iri propulsatum ? Quapropter etiam si profectionis nostræ causa non esset concilianda unis-

φημι καὶ τὴν τῆς ἑνώσεως ; φήμην ἀρκέσειν ἡμῖν πρὸς τὸ μηκέτι δεδιέναι τοὺς πολεμίους. Οὐδὲ γὰρ δέος ἐστὶ λοιπὸν ἡμῖν αὐτοὺς ἐπιθήσεσθαι, ἐγγύθεν ἐσομένους ἡμῖν τοὺς συμμάχους εἰδότας · οἳ πολλάκις βεβοηθηκότες οὔπω διηλλαγμένοις, νῦν ἤδη πολλῷ μᾶλλον καὶ προθυμότερον τοῦτο πράττειν βουλήσονται, καὶ καθάπερ τι χρέος ἀποτινύναι τὴν συμμαχίαν. Οὔτε γὰρ Λατίνων οὔτε Βαρβάρων οὐδεὶς ἄγνοεῖ πρώτην αἰτίαν ἑνώσεως τὴν τῆς βοηθείας οὖσαν ἐλπίδα, καὶ τὸ μηδένα ἄλλον ἡμῖν περιλειφθῆναι τρόπον, ᾧ μέλλομεν σώζεσθαι · τούτου δὲ, τοῦ πρὸς Λατίνους μίσους καὶ τῆς ἀηδίας ἡμῖν αὐξηθέντων ἐκ τοῦ κενοὺς ἡμᾶς καὶ ἀπράκτους ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῆναι, ὅπερ ἐκ τοῦ φαύλως καὶ ταπεινῶς καὶ μετὰ μικρᾶς δυνάμεως ἐπανήκειν εὐθὺς ἔστι πᾶσι κατάδηλον, καὶ ἡμῖν οὐκέτι περὶ τῆς σωτηρίας ἐλπίζειν ἐξεῖναι ἂν, καὶ τοὺς πολεμίους ἐπιθήσεσθαι, καὶ μὴ βουλομένους, ἡμῖν καιρὸν ἔχειν ἡγοῦμαι.

Λογίσασθαι δὲ ἐπὶ πᾶσι καὶ τὴν παροῦσαν ἀνάγκην, ὁπόση τίς ἐστιν · ἀκούετε γὰρ τὸν Βάρβαρον μεγίστῃ δυνάμει παρασκευάζεσθαι πεζῇ τε καὶ ναυτικῇ κατὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως ἥξειν· καὶ ἴσως πρὶν ἡμᾶς σαφές τι μαθεῖν, ἀφίκετο, ἢ ὅσον οὔπω μέλλει παρεῖναι · ἴστε δὲ πάντες ἐκείνην ἄνευ τῆς ἔξωθεν συμμαχίας οὐδὲ πρὸς τὴν ἐφοδον ἀντιστῆναι δυνησομένην, ἀλλὰ κινδυνεύουσαν ἅρπαστον γενέσθαι τῶν πολεμίων ἀμαχητί, πρὸς μόνην τὴν ὄψιν αὐτῶν καταπεπληγμένην. Εἰ δ' ἀντίσταίη μέχρι τινὸς πολιορκουμένη, ἀλλ' οὐδεμία μηχανὴ παντάπασιν αὐτὸν ἀπαθῆ δυνηθῆναι διαγενέσθαι · ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα ταύτην ἐνδοῦναι. Μέμνησθε γὰρ, ὅτι τῶν αὐτῶν τούτων Βαρβάρων ποτὲ πολιορκούντων ἡμᾶς ἀπὸ γῆς, τοῦ δὲ πρὸς θαλάσσης τείχους, ὃ διπλάσιόν ἐστι τοῦ λοιποῦ, μένοντος ἀφυλάκτου, οὐδεὶς γὰρ ἐκεῖθεν ἠνώχλει, εἰς πόσον ἡμῖν φόβου καὶ ἀνάγκης ἦλθε τὰ πράγματα. Νῦν δὲ ἅπαν μὲν τὸ τεῖχος ἀνάγκη φυλάττειν · τὸ δὲ νῦν στρατιωτικὸν καὶ τὸ λοιπὸν ἅπαν τῆς πόλεως πλῆθος, οὐδ' ἡμισυ τῶν τότε ὄντων ἐστίν · οἱ τὴν τρίτην τοῦ τείχους μοῖραν φυλάττοντες καὶ προπολεμοῦντες, οὐκ ἐδόκουν πρὸς τοσοῦτον πλῆθος καὶ τοσαύτην παρασκευὴν τῶν πολεμίων ἀρκεῖν. Ὁ γὰρ τοσούτους ἔτεσιν ἡμᾶς πιέζων λοιμὸς δεινῶς πάντας ἀνάλωκεν. Ἥμισυ δ' εἶναί φημι, καὶ ἡμῶν ἐκεῖθι παρόντων καὶ συναριθμουμένων. Νῦν δὲ ἅπεστι μὲν βασιλεὺς, ὃς εἷς ὢν, ἐν πᾶσι πράγμασι τὰ μέγιστα δύναται · ἅπεστε δὲ τοσοῦτοι τὸν ἀριθμὸν καὶ οὕτω καλοὶ, ὥστ' ἀρκέσαι ἂν ὑμᾶς ἀντὶ συμμαχίας μεγίστης, αἰφνης προσγενομένους. Οἱ δὲ μισθοφόροι τοξόται πλὴν εἴκοσι καὶ πέντε πάντες ᾤχοντο φεύγοντες · τὰς δ' αἰτίας πρέπει σιγᾶν · ἴσως δὲ κἀκεῖνοι τοῖς ἄλλοις ὁμοίως ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν ἄχρι νῦν ἐβουλεύσαντο. Πῶς οὖν ἐλπὶς ἐστιν ἐρημίᾳ τοσαύτῃ σωμάτων οὕτω φρικώδη πόλεμον διακρούσασθαι ; Εἰ τοίνυν μέθ' ὑπὲρ τῆς ἑνώσεως ἐτύχομεν ἀφιγμένοι, μήτε τὴν ἕνωσιν ἕνεκα τοῦ τῶν κινδύνων ἀπηλλάχθαι καὶ φόβων μάλιστα ἐποιούμεν, ἀλλ' ἄλλο τι καὶ δι' ἄλλην αἰτίαν πράττοντες ἐκαθήμεθα, ἔδει μετὰ τὴν

Digitized by Google

πικρὰν ἀγγελίαν ἐκείνην, πάντα ῥίψαντας τὰ ἐν χερσὶ, καὶ πᾶσαν πραγματείαν εἰς χάριν ἀφίγμεθα, παριδόντας, ζητῆσαι μὲν, εἰ δυνάμεθα Λατίνους προσδέξασθαι, καὶ κοινωνῆσαι σφίσι καλῶς· τοῦτο δ' ἐστὶ, τῇ τε θείᾳ Γραφῇ καὶ τοῖς διδασκάλοις τῆς Ἐκκλησίας συμφώνως. Τοῦτο δ' εὑρόντας, αὐτίκα τὴν πρὸς αὐτοὺς φιλίαν ἀνανεώσασθαι· εἶτα ναῦς ἑτοιμάσαντας, τὰς μὲν διδόντων αὐτῶν, τὰς δὲ καὶ ἡμῶν ὠνουμένων, εἰ οἷόν τε καὶ σώματα αὐτὰ πιπρασκόντων, μήτε τροφὴν αἱρουμένους, μήθ' ὕπνον λαμβάνοντας, ἀλλ' ἐν τῷ πράττειν ὄντας νύκτωρ τε καὶ καθ' ἡμέραν, πρὸς τὴν βοήθειαν τῆς ἡμετέρας ἐπείγεσθαι πόλεως. Ἀρκοῦντι γὰρ παραγενόμενοι ναυτικῷ, καὶ φυλάξειν αὐτὴν, καὶ τοὺς πολεμίους ἀπράκτους ποιήσειν καὶ ἀποσοβήσειν, καὶ συμβαλεῖν αὐτοῖς, εἰ δεήσει, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἠδυνήθημεν ἄν. Πολλῷ δὲ μᾶλλον ταῦτα πράττειν ἀνάγκη, ὁπότε καὶ μηδὲν ἄλλο ζητήσοντες ἢ τὴν ἕνωσιν, οὐδ' ἑτέρου χάριν τινὸς ἀφῖχθαι, πάντες εἰποιμεν ἄν.

Τὴν δ' ἕνωσιν, οὕτω ῥᾴστην καὶ εὐπρεπῆ καὶ Θεῷ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀρέσκειν μέλλουσαν, ἤδη πράττειν δυνάμεθα. Οὐ δεῖ τοίνυν μέλλειν οὐδ' ἀναβάλλεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν ἕνωσιν πράττειν, καὶ ὅτι τάχιστα βοηθεῖν. Ἐνθυμηθῆναι γὰρ ἑκάστους ἡμᾶς δεῖ καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας ἑαυτῶν, καὶ ἁπλῶς συγγενεῖς καὶ πολίτας, οἰκτρῶς πολιορκουμένους καὶ ἀμηχανοῦντας καὶ θρηνοῦντας· καὶ φόνους καὶ δεσμὰ καὶ πληγὰς καὶ ὕβρεις καὶ λιμὸν καὶ δίψαν, καὶ οἰκτροτάτην περιαγωγὴν, καὶ δουλείαν ἀπαραμύθητον, καὶ νηπίων ἑλκυσμὸν, καὶ γερόντων σφαγὴν, καὶ χωρισμὸν ἀλλήλων ἐλεεινότατον, καὶ ἱερῶν ἀτιμίαν, καὶ βλασφημίαν εἰς ὕψος αἱρομένην κατὰ Θεοῦ· καὶ τοὺς μὲν ἑκόντας, τοὺς δὲ ἄκοντας τὸν μὲν Ἰησοῦν ἀποβαλλομένους· τὸν ἀληθῆ Θεὸν καὶ μόνον διδάσκαλόν τε καὶ νομοθέτην, τῇ δὲ Μωάμεθ φλυαρίᾳ καὶ ὀργίοις ἐκείνου προστιθεμένους, καὶ τὴν ἀσέβειαν ἐπιδιδοῦσαν, τὴν δὲ πίστιν διωκομένην· καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα φαντα-ζομένους, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἡμᾶς ἀνακαλουμένους, καὶ τὴν ἡμῶν ἀμέλειαν ὀνειδίζοντας· ὑφ' ὧν οὐδέποτε προσεδόκησαν οὕτως καταφρονηθήσεσθαι· οὓς ἐν τάξει δεσποτῶν καὶ πατέρων καὶ διδασκάλων εἶχόν τε καὶ ἐτίμων· καὶ οὓς ἐπίστευον τῆς αὑτῶν ἀσφαλείας καὶ σωτηρίας πάντα θήσεσθαι δεύτερα· ὑπὲρ ὧν ἀποδημεῖν αὐτοί τε ἐνόμιζον, καὶ ὑμεῖς ἐλέγετε φανερῶς. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν τὰ ἑαυτῶν μόνον δεινὰ φανταζόμενοι θρηνήσουσι, καὶ ἡμᾶς ἀνακαλέσονται γοερῶς· καὶ ταῖς ἐλπίσι τοῦ σήμερον, αὔριον, ἡμᾶς ἥξειν μόναις ψυχαγωγήσουσιν ἑαυτούς· ἃ πρὶν ἐκείνους παθεῖν, ἡμᾶς γένοιτο πάντας ἀποθανεῖν. Οὐδὲν γὰρ ἐλεεινότερον, οὐδὲν ὅλως αἴσχιον, οὐδὲν βδελυκτότερον καὶ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις ἡμῶν ἔσται, ἂν ἐκείνους συμβαίη ταῦτα παθεῖν. Ἡμᾶς δὲ καὶ μέχρι τῶν ἄλλων Χριστιανῶν ὀφικέσθαι πρέπει τῷ λογισμῷ, καὶ ἅπερ ὑπὲρ ἑαυτῶν ἐκεῖνοι δεδίασι, ταῦθ' ἡμᾶς ὑπέρ τε ἐκείνων καὶ τῶν ἄλλων Χριστιανῶν καὶ ἡμῶν αὐτῶν λογίζεσθαι χρή. Τὰ

tas, neque hanc nos potissimum optaremus ad pericula timoresque depellendos, sed aliquid aliud et aliam ob causam agentes consideremus; oporteret tamen post acerbum illum nuntium, projectis omnibus quæ sunt præ manibus, omnique propter quod venimus postposito negotio, perquirere quidem, an possimus Latinos suscipere, et bene cum illis conjungi, hoc est juxta mentem sacræ Scripturæ et doctorum Ecclesiæ: hoc autem invento, statim cum eis renovare amicitiam: moxque naves parare, partim quidem ab illis acceptas, partim vero a nobis coemptas, vel ipsis, si fieri posset, corporibus divenditis; et neque cibum sumere, neque somnum capere, sed diu noctuque opus non intermittere ad ferendum urbi nostræ festine auxilium. Nam idonea classe profecti et servare illam, et hostes fracto eorum conatu repellere; et si opus esset, cum eis congredi, et ejusmodi omnia facere possemus. Multo igitur magis necesse est hæc fieri, quando nihil aliud quæsituri accessimus quam unitatem; nec enim alterius rei gratia itineri nos commisisse omnes fatebimur.

Quare unitas cum et summe facilis, et non indecora sit, Deoque et cunctis hominibus placitura, conficienda jam est; nec interponenda mora, nec differenda res, sed et unio paragenda, et ferendum quam citissime auxilium. Repetenda quippe est unicuique nostrum memoria et uxorum et filiorum nostrorum, et summatim consanguineorum et civium, misere obsessorum, animi pendentium ac lugentium: ponendæ ante oculos cædes et vincula, et verbera, et contumeliæ, et fames, et sitis, et luctuosissima circumvectio, et servitus inconsolabilis, et infantium abstractio, et senum jugulatio, et mutua divulsio, res omnium miserrima, et templorum profanatio, blasphemiaque in excelso contra Deum efferenda: cum hi quidem sponte, illi autem vi Jesum abjicient Deum verum, solumque magistrum ac legislatorem, et transibunt ad Mahomethi nugas ac cæremonias: et impietas quidem incrementa faciet, fides vero persecutionibus premetur: atque ejusmodi omnia statuant in conspectu animi, et illud in primis, quod nos invocent, exprobrentque nobis desidiam a quibus se nunquam ita contemptum iri sperabant: quos ut dominos, ut patres et magistros habebant et honorabant, et a quibus credebant omnia posthabitum iri saluti et incolumitati eorum, pro quibus susceptam hanc peregrinationem et ipsi putabant, et vos aperte dicebatis. Itaque illi suorum tantum imaginatione malorum lugebunt, nosque ejulando invocabunt, sperantesque nos hodie, cras, venturos, recreabunt animos suos. Utinam vero antequam illis hæc eveniant, moriamur nos omnes: miserabilius enim, aut omnino turpius, Deoque et hominibus detestabilius nihil erit nobis, si hæc illos pati contingat. Cæterum nos et pro aliis Christianis curam suscipere: et quæ illi sibi timent, nos et pro illis, et reliquis Christianis, et nobis ipsis cogitare oportet. Necesse enim plane est hæc eadem eveniant ubivis habitantibus Chri-

Digitized by Google

stianis, nec non subjectis dominio Barbarorum, et Christi cultus ubique terrarum aboleatur. Ego vero eluvionem illam intra paucos annos obruturam puto omnes Christianos, et impietatem omnia depopulaturam, et Barbaros in suam omnia potestatem redacturos. Oportet autem, si nihil aliud, at certe Latinis quoque hisce nos incusantibus, pudore affici: qui nos vel etiam post acerbos nuntios, timoremque nobis injectum, cum adhuc confidentes videant, tempusque frustra conterentes, et veluti ludentes ubi ludendum non est, deque malis propinquantibus nihil curantes, saxeos, et mente captos, rerumque nostrarum proditores vocant: et omnino asserunt nihil esse in nobis humani sensus, quod nos de nostris nihil sollicitos videant, nec ullum inesse nobis studium humanum. Quales vero putatis, se nobis isti præbebunt, cum nos hosce quidem sanctos nullo loco habeamus, illos vero rejiciamus: et has quidem sententias dicamus adulteratas, illas vero ita simpliciter non admittamus: semperque sophismata excogitemus, et inter nos dissentiamus: et ad dijudicanda dogmata existimemus satis esse ignorantiam, aut si dicamus, negatum hoc esse a multis, sive a viro tali: scientiam vero et intelligentiam et eruditionem excludamus, Latinis hæc tolerantibus? neque enim status illorum periclitabitur, si dum hæc a nobis geruntur, malus aliquis nuntius afferatur: quod tu, dominator Deus, averte, et ostende te nobis non justum potius judicem quam benignum patrem ac dominum. Nullus sermo poterit exprimere quanta nunc notabimur ignominia: imo vero ne præsentem quidem declarare potest: tunc vero nobis plus quid etiam concedentibus non præbebunt aures, sed propter hoc perpetuo in nos odio flagrabunt, nostrorumque turpiter proditores, et Christi hostes appellabunt.

Si quis vero dicat, nobis quidem hic ita esse considendum, sperandum vero hostes a Deo ulciscendos, qui nostram urbem nobis conservabit: ille et seipsum decipit, et omnino de Deo falsa affirmat. Nulli enim solet is opitulari segniter agenti, sed si pro viribus quidem parte laboret, ipsius vero etiam indigeat auxilio, sine quo nihil perficere possumus. Ego enim nec si omnes quidem vires nostras conferamus, dixerim hoc sufficere ad ulciscendos hostes; sed si et pecuniam omnem, et naves hinc omnes sumentes abeamus, nihil hoc nobis profuturum, nisi etiam adsit desuper auxilium; quod bene sperantibus et credentibus advenict necessario: in otio vero et socordia nobis, unde omnia illic pendent, contabescentibus, nullum quoque a Deo par est sperare subsidium. Palam igitur est, præter alia omnia, ob quæ nos oportet aliquid perficere, præsensque negotium ad qualemcunque finem perducere, satis esse impendentem nunc hostium terrorem; habet enim is evidentem et inevitabilem necessitatem. Quare de damnis et utilitatibus, quæ subsequentur, si conficiatur ne-

αὐτὰ γὰρ ταῦτα τοῖς ὁπουδήποτε γῆς οἰκοῦσι Χριστιανοῖς, καὶ ὑπὸ τὴν Βάρβαρον τελοῦσιν ὀρχήν, ἀνάγκη πᾶσα συμβῆναι, καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ σέβας πανταχόθεν ἐξαλειφθήσεσθαι. Ἐγὼ δὲ καὶ διὰ πάντων Χριστιανῶν ἐντὸς ὀλίγων ἐτῶν ἀφίξεσθαι τὸν κατακλυσμὸν ἐκεῖνον ἡγοῦμαι, καὶ πάντα νεμηθήσεσθαι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τοῖς Βαρβάροις πάντα δουλεύειν. Δεῖ δὲ εἰ μηδὲν ἄλλο, καὶ τὰς μέμψεις αἰδεσθῆναι τουτωνὶ τῶν Λατίνων, οἳ καὶ μετὰ τὰς πονηρὰς ἀγγελίας καὶ τὸν ἐπισεισθέντα φόβον ἡμῖν, ἔτι καθημένους ὁρῶντες, καὶ μάτην τρίβοντας τὸν καιρὸν, καὶ ὥσπερ παίζοντας ἐν οὐ παικτοῖς, καὶ τῶν δεινῶν ἐγγιζόντων οὐδ' ἐπιστρεφομένους, λιθώδεις καὶ ἀνοήτους, καὶ προδότας τῶν ἰδίων ἀποκαλοῦσι· καὶ ὅλως τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἔξω τὸ ἡμέτερον τίθενται, οὔτε πρόνοιαν τῶν οἰκείων, οὔτε σπουδὴν ἀνθρώποις προσήκουσαν ἡμῖν ἐνορῶντες. Πῶς δὲ νομίζετε τούτους ἡμῖν χρήσασθαι ἂν ἡμῶν τοὺς μὲν τῶν ἁγίων ἀτιμαζόντων τοὺς δὲ ἐκκριτόντων· καὶ τὰ μὲν τῶν ἀξιωμάτων νενοθεῦσθαι λεγόντων, τὰ δ' ἁπλῶς οὐτωσὶ μὴ προσιεμένων, καὶ ἀεὶ μελετώντων ὅ τί γε σοφιούμεθα· καὶ πρὸς ἀλλήλους στασιαζόντων, καὶ πρὸς τὴν τῶν δογμάτων κρίσιν ἡγουμένων ἀρκεῖν ἀμαθίαν τε καὶ τὸ τοὺς πολλοὺς φάναι, ἢ τὸν δεῖνα ἀρνήσασθαι, ἐπιστήμην δὲ καὶ νοῦν καὶ σοφίαν ἀποκλειόντων, καὶ Λατίνων ταῦτα ἀνεχομένων; οὐ γὰρ δήπου σφίσι κινδυνεύει τὰ πράγματα, ἂν ταῦτα ποιούντων ἡμῶν ἀγγελθῇ τι δεινόν· ὃ μὴ γένοιτο, θεὲ βασιλεῦ, μηδὲ φάνηθι μᾶλλον ἡμῖν δίκαιος δικαστὴς ἢ φιλάνθρωπος πατὴρ καὶ δεσπότης. Οὐδεὶς λόγος ἐξαρκέσαι τὴν τόθ' ἡμᾶς καταληψομένην αἰσχύνην δηλῶσαι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὴν νῦν οὖσαν οὐδεὶς ἀρκεῖ παραστῆσαι. Τότε δὲ καὶ πλέον τι συγχωροῦσιν ἡμῖν οὐ προσέξουσιν, οὐδὲ παύσονται διὰ τοῦτο μισοῦντές τε καὶ προδότας τῶν οἰκείων αἰσχρῶς καὶ τοῦ Χριστοῦ πολεμίους ἀποκαλοῦντες.

Εἰ δὲ λέγει τις, ἡμᾶς μὲν οὕτω δεῖν ἐνταῦθα καθῆσθαι, ἐλπίζειν δὲ τὸν θεὸν ἀμυνεῖσθαι τοὺς πολεμίους, καὶ τὴν ἡμετέραν διαφυλάξειν πόλιν ἡμῖν, οὗτος καὶ ἑαυτὸν ἀπατᾷ, καὶ τοῦ θεοῦ κατψεύδεται πάντως· οὐδενὶ γὰρ εἴωθε βοηθεῖν ἀμελοῦντι, ἀλλ' ὁπόταν τὰ κατὰ δύναμιν πράττων τις, ἔτι καὶ τῆς παρ' ἐκείνου δέηται βοηθείας, ἧς ἄνευ οὐδὲν ἀνύειν δυνάμεθα. Ἐγὼ γὰρ, οὐδ' ἂν πάντα πεποιηκότες ὦμεν τὰ δυνατὰ, εἴποιμ' ἂν πρὸς τὴν ἄμυναν τῶν πολεμίων τοῦτ' ἐξαρκεῖν· ἀλλ' ἂν πάντα μὲν χρήματα, ναῦς δὲ ἁπάσας ἐντεῦθεν εἰληφότες ἀπίωμεν, οὐδὲν ἔσεσθαι πλέον ἡμῖν, μὴ καὶ τῆς ἄνωθεν βοηθείας προσγινομένης· ἣν καλῶς ἐλπίσαντας καὶ πεπιστευκότας, ἀνάγκη πᾶσα λαβεῖν. Ἀμελούντων δ' ἡμῶν καὶ ἀφροντιστούντων, ὧν ἐξήρτηται πάντα τάχει, οὐδὲ παρὰ θεοῦ τινα συμμαχίαν ἐλπίζειν εὔλογόν ἐστι. Δῆλον τοίνυν ἐστὶν, ὅτι καὶ χωρὶς τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὧν ἕνεκα δεῖ τι περαίνειν ἡμᾶς, καὶ τέλος τοῖς παροῦσι πράγμασιν ὁτιοῦν ἐπιθεῖναι, ἀρκεῖ τὸ νῦν ἐφιστάμενον δέος τῶν πολεμίων· τοῦτο γὰρ πρόδηλον ἔχει καὶ ἀπαραίτητον τὴν ἀνάγκην. Διὰ τοῦτο βλάβας τε καὶ ὠφελείας τὰς ἔκ τε τοῦ

Digitized by Google

πράττειν ἢ μὴ συμβησομένας, καὶ αὖθις ἐκ τοῦ προ- A
ἡκασθαι Λατίνοις ἢ μὴ, οὐκ ἔδει λέγειν ἡμῖν, πρὸς
τὸ πεῖσαι τῆς ἀνάγκης ἀρκούσης.

Ὅπόσα δὲ λογίζεσθαι χρὴ πρὸς τὴν παροῦσαν
ἀνάγκην, αὐτὸς μὲν μετρίως τούτων ἥψαμην, ὑμῖν
δὲ ἱκανὰ πάντως λαβεῖν ἐπὶ νοῦν καὶ ἀναπολῆσαι·
μᾶλλον δὲ πάντα σαφῶς οὕτωσὶ καὶ σχεδὸν ὁρώμενα
πρόκειται, ταύτῃ μόνον οὐ φαινόμενα καθαρῶς, ὅτι
δύναταί τις ἐπισκοτούμενος ἰδίῳ πάθει τινὶ μηδὲ τὰ
φανερώτατα καλῶς συνορᾷν. Καὶ πρὸς τούτοις, ὅτι
μήτε νῷ μήτε λόγῳ περιλαβεῖν ἐστι δυνατὸν, ὁπόσα
πάρεστι μὲν ἑφ' ἑκάτερα καὶ φαῦλα καὶ ἀγαθὰ, μέλ-
λει δὲ θάτερα ἐξ ἀνάγκης συμβαίνειν. Συμβουλεύω
δὴ καὶ δέομαι πάντων ὑμῶν, πρῶτα μὲν τῆς χρείας,
ἔπειτα τοῦ πρέποντος, πρὸς δὲ τούτοις τῆς ἀνάγκης.
ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ τῆς ἡμετέρας προθέσεως γενομέ- B
νους, ἅμα ἀθροισθέντας, λόγων μὲν παύσασθαι,
ἄρασθαι δὲ ἔργων· ἓν διὰ πάντων σκοποῦντας, ὅπως
Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἐκ τοῦ παρήκοντος ἔλεγεν ἐκεῖνα τὰ πρῶτα, ἀλλὰ προὔργου, καὶ ὡς οὕτω φρονῶν, ἀρκείτω σοι ταῦτα. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀξίως τῆς παντοίας σοφίας αὐτοῦ καὶ μεγαλονοίας, καὶ τοῦ φωτίζοντος αὐτὸν Πνεύματος, οὕτως ἐφρόνει τε καὶ ἐδίδασκεν ὁ ἔνθεος τῆς οἰκουμένης φωστήρ. Ἤδει μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασι τὸν θεῖον πανσόφως καὶ πανταγάθως ἐνεργοῦντα προορισμόν, ὃς ἐστιν ἡ ἀΐδιος ἐν τῷ Θεῷ τάξις τῆς ἐπὶ τὴν μακαρίαν ζωὴν ὁδηγίας τοῦ ἀνθρώπου, καίτοι γινομένης ἐν χρόνῳ, τοῦ Θεοῦ πέμποντος αὐτὸν ἐπὶ τὸν ὅρον ἐκεῖνον, ὡς τοῦ τοξότου τὸ βέλος πρὸς τὸν σκοπὸν, καὶ πέμποντος, ὡς οἰκοθεν μόνον ἀδυνατοῦντα, εἰ καὶ πρὸς τοῦτο γεγένηται. Καὶ διὰ τοῦτο τὰς ἀσθενείας καὶ τὰς ἐλλείψεις ταῖς περὶ τὴν ζωὴν ποικίλαις οἰκονομίαις αὐτοῦ, καὶ τὴν τελευτὴν ἰωμένου καὶ θεραπεύοντος δι' ἐλέους ὑπερβολήν. « Οὐ γὰρ ἐξ ἔργων δικαιοσύνης, ὧν ἡμεῖς ἐποιήσαμεν, ὁ θεὸς ἔφησιν Ἀπόστολος, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον ἔσωσεν ἡμᾶς. » Ἕκτοτε καὶ νῦν, καὶ ἕως ἂν ἡ τῶν ἀνθρώπων γένεσις ᾖ, ὡς ἅπαξ οἴκτῳ μόνῳ οἰκείῳ, τὴν τῆς ζωῆς ὁδὸν ἀνοίξας ἡμῖν. Ὁ γὰρ πάντων τῶν ποιημάτων αὐτοῦ προνοούμενος εὐλόγως Θεὸς, κατὰ τὴν ἑκάστων ἀξίαν καὶ τάξιν ἐν τῷ παντὶ ἰδιαιτάτην τῇ λογικῇ φύσει χαριζόμενος πρόνοιαν, τοῖς δώροις, οἷς αὐτὴν ἐκόσμησε πρέπουσαν, καὶ τέλος αὐτῇ τοῦ γεγονέναι καὶ εἶναι, τὴν μακαρίαν τάξας ζωὴν, ἐν τῇ εἰλικρινεῖ καὶ ἀμέσῳ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν θείων γνώσει συνισταμένην. « Αὕτη γάρ ἐστι, φησὶν, ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσι σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστὸν, » τουτέστι, τὰ τῆς θεολογίας καὶ οἰκονομίας ἀπόῤῥητα, ἃ νῦν ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγματι βλέπουσιν οἱ πιστεύοντες· αὐτὸς αὐτῇ τὸν ὅρον ἐκεῖνον τίθησι, καὶ τὸ τέλος, καὶ τὸν σκοπὸν, οὐδενὸς τῶν ὄντων, οὐδὲ πάντων ὁμοῦ τοῦτό γε δυναμένων, αὐτὸς καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὁρίζει. Εἰ γὰρ καὶ ὅρος αὐτῆς ἐστιν, οὕτω τῷ Θεῷ δόξαν, ἀλλ' ὑπερφυῆς, καὶ ὁρίζει συγκινῶν, καὶ οἰκοθεν κινουμένην. Τὴν γὰρ προαιρετικὴν αὐτῇ δύναμιν δέδωκεν, ὡς δύνασθαι καὶ οἰκοθεν πρὸς ἐκεῖνον κινεῖσθαι μετὰ τῆς ἄνωθεν ὁδηγίας, ὁδηγῶν ἐπὶ τοῦτο, συνεπωθῶν, λύων τὰς δυσχερείας, ἐπιφέρων ἄλλας, κἂν δέῃ πρὸς γυμνασίαν, παραχωρῶν ὑπονοστεῖν ἐπὶ τῷ συμφέροντι, ὑποστρέφοντας εὐθὺς ἐπανάγων, παρακαλῶν, θλίβων αὖ, ὁπόταν καὶ τοῦτο συμφέρῃ, τὰ μὲν ἀφανῶς, τὰ δὲ καὶ προδήλως τοῖς περὶ ταῦτα προσέχουσι· καὶ τὰ μὲν ἀμέσως δι' ἑαυτοῦ

Hæc duntaxat tibi sufficiant, quibus liquido constat Basilium superius illud propositum non abs re B animive tantum causa, sed consulto et ex usu protulisse, quodque ita plane sentiret. Præterea vero pro dignitate etiam omnis generis doctrinæ, ac magnitudinis animi ratione qua præditus fuit vir tantus, et pro majestate Spiritus quo illustrabatur, ita et sensit et docuit, Numine afflatum hoc orbis terrarum lumen. Enimvero in humanis rebus divinam prædestinationem sapientissime optimeque operantem noverat; quæ sempiternus est ordo in Deo ad deducendum hominem ad beatam vitam : tametsi ea deductio fiat in tempore, cum Deus mittit hominem ad eum limitem, ut sagittarius telum ad metam. Ideoque mittit, quod viribus tantum suis eo pervenire nequeat, etiamsi ad id natus sit. Idem propterea infirmitates et defectus variis circa vitam et obitum dispensationibus sanat et curat misericordiæ suæ immensitate. « Non enim ex operibus C justitiæ, quæ nos fecimus, (inquit divinus Apostolus), sed secundum misericordiam suam salvos nos fecit. » Ab omni ævo, etiam nunc, et quandiu hominum generatio constiterit : ut qui semel commiseratione sola propriaque vitæ viam nobis aperuit. Etenim qui omnibus suis operibus rationi congruenter providet, pro singulorum dignitate et ordine, in omni utique peculiarem maxime rationali naturæ providentiam largiendo muneribus quibus eam decoravit insignem, ipsique constituto fine nascendi et exsistendi in beata vita, quæ sincera, pura immediataque Dei et rerum divinarum cognitione consistit. « Hæc enim est, inquit, æterna vita, ut co- D gnoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum. » Hæc sunt theologiæ et dispensationis arcana, quæ nunc in speculo et ænigmate credentes vident; ille, inquam, ipse hunc statuit terminum et finem et scopum, cum nihil eorum quæ sunt, nec omnia simul hoc præstare queant; ipse etiam ad illum diffinit : nam quamvis terminus ejus sit, quando ita Deo visum est, immensus tamen exsuperansque, et determinat, commovendo etiam ab origine commotam : sed etiam electivam ipsi potentiam concessit, ut possit tanquam e domo ad illum cieri cum manuductione ab alto, viam ad hoc muniens, compellens, difficultates solvens, aliasque inducens; etiam si opus sit, ad exercitium decedendo reverti, emolumenti gratia; divertentes,

Digitized by Google

illico reducendo, hortando solandoque, itemque urgendo, cum id expedit, partim latenter obscureque, partim aperte iis qui ad hæc animum adhibent : ac partim immediate et absque adminiculo per seipsum efficiens, quoties gratiam immittens infundit, partim per angelos custodes, quorum singuli hominibus singulis assignati ac præscripti, incitant ad bonum, et a dæmonum insidiis liberant, quas occulte struunt in hoc itinere quo (ut ait David) proficiscimur, non animæ tantum, verum etiam vitæ nostræ quantum conniti possunt : et cogitationum humanarum imbecillitatem corroborant, ut sic in genere loquar. Neque enim fas est, nec oportet ea audacter aggredi, quæ nec investigari, nec numero comprehendi possunt : dum vitam omnem ita moderantur in iis ad id quod optimum est, ut nulla in re divina bonitas recedat a paterna providentia in liberos, quicunque illam adamant vitam ; parum admodum, et ex lege tantum, de præsenti solliciti. Porro vitæ finem ipsis immittit, aut sinit præparari, secundum tempus et modum, qui aliis ipsius providentiæ generibus consonet, et cæteris eorum qui determinantur, obsequiis et studiis, decore convenienterque saluti propriæ. Propterea Deus et providere omnibus quæ ab ipso facta sunt, dicitur : et divinæ providentiæ bonum ad omnia pertinet, quæ quomodocunque exsistendi capacia sunt : sed prædestinare rationalem tantum naturam, hominem nimirum, existimatur. Adeo ut idem sit in homine duntaxat, providentia Dei et prædestinatio : utroque enim declaratur ratio ordinis ad proprium finem accedendi ; omnino autem et absolute non idem est, sed pars providentiæ exempta. Cætera quippe omnia ad finem ordinantur naturæ suæ congruentem, ac ducuntur solum ut statutum ipsis est duci, non ducunt se ; homo vero cum ad finem excellentem determinetur a Deo, et e domo ducatur simul et adjuvetur ab angelo custode. Itaque sicut ipse solus novit prædestinandos, ita postquam a semetipsis quoque intulerint omne quod ab eximia divinaque in ipsos beneficentia manaverit, cumque sciat ut determinandi sint, etiam ante quam destinentur ; nec prius tantum quam prædestinati, et finem assecuti fuerunt, verum etiam priusquam ipsi nati sunt existuntque, prædestinare dicitur. Ac prædestinati rursus hi vocantur. Et prædestinavit quidem eos qui servantur servandos esse, quemadmodum etiam servat : porro salvos facit, ut et servandos prædestinavit. Proinde, ut qui se exorbitant, deflectunt a via ad terminum ducente, aut obliquando sponte hinc inde, ac Dei erga ipsos studium irritum reddendo, quod, ut destinari possent ac prædestinandi essent, modis omnibus ostendunt. Itaque a limite merito excidentes, reprobantur utique propter seipsos, cum occasio ipsis se obtulerit experientia finis repulsam cognoscendi. Jam vero a Deo reprobati, etiam priusquam fuerint, exsistunt ; non quod in sempiternum reprobare velit, sed quod præscientia præsciat in

A ποιῶν, ὅτε χάριν ἐπιπέμπων ἐνίησι, τὰ δὲ διὰ τῶν φυλαττόντων ἀγγέλων, ὧν ἕκαστος ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων ἀφωρισμένος, κινεῖ μὲν πρὸς τἀγαθὸν, ἀπαλλάττει δὲ τῆς τῶν δαιμόνων ἐνέδρας, ἣν ὑποκρύπτουσιν ἐν τῇ ὁδῷ ταύτῃ, κατὰ τὸν Δαβὶδ, ᾗ πορευόμεθα, οὐ ταῖς ψυχικαῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς ζωαῖς ἡμῶν ὅσον δύνανται· καὶ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν ἐνισχύει, ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐ γὰρ οἷόν τέ ἐστιν, οὔτε δεῖ τῶν ἀνεξιχνιάστων καὶ ἀναριθμήτων κατατολμᾶν· τὴν μὲν ζωὴν πᾶσαν οὕτως οἰκονομῶν αὐτοῖς πρὸς τὸ βέλτιστον, ὡς μηδὲν τὴν θείαν ἀγαθότητα τῆς πατρικῆς προνοίας ἐκλελοιπέναι τοῖς τέκνοις, ὁπόσοι τῆς ζωῆς ἐκείνης ἐρῶσι, τῆς παρούσης ὀλίγα καὶ κατὰ νόμον φροντίζοντες. Τὸ δὲ τῆς ζωῆς τέλος αὐτοῖς ἐπιπέμπων, ἢ B παρασκευάζεσθαι συγχωρῶν κατά τε χρόνον καὶ τρόπον, οἷον ἂν γένοιτο ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ προνοίαις συνᾴδον, πρὸς τὸ καθάπαξ ὁρισθῆναι καλῶς καὶ ταῖς τῶν ὁριζομένων παρακολουθήσεσι καὶ σπουδαῖς, ὑπὲρ τῆς οἰκείας σωτηρίας πρεπόντως. Διὰ ταῦτα καὶ προνοεῖν μὲν ἁπάντων ὁ Θεὸς λέγεται τῶν ὑπ' αὐτῶν γεγονότων, καὶ τὸ τῆς θείας προνοίας ἀγαθὸν εἰς πάντα διήκει τὰ ὁπωσοῦν τοῦ εἶναι μετέχοντα· προορίζειν δὲ τὴν λογικὴν φύσιν μόνον τὸν ἄνθρωπον. Ὡς εἶναι ταυτὸν μὲν ἐπ' ἀνθρώπου προνοιαν Θεοῦ καὶ προορισμὸν, ἑκατέρῳ γὰρ ὁ λόγος δηλοῦται τῆς εἰς τὸ οἰκεῖον τάξεως τέλος, ἁπλῶς δὲ, οὐ ταυτὸν, ἀλλὰ μέρος τῆς προνοίας ἐξῃρημένον. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τάττονται πρὸς τέλος τῇ αὐτῶν φύσει C στοιχον, καὶ ἄγονται μόνον ὡς ἐτάχθησαν ἄγεσθαι, οὐκ ἄγουσιν ἑαυτά· ἄνθρωπος δὲ πρὸς τέλος ὑπερφυὲς, ὁριζόμενος μὲν ὑπὸ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν, καὶ οἰκοθεν δὲ ἀγόμενος ἅμα, καὶ ἀγγέλῳ φύλακι βοηθούμενος· ὡς οὖν αὐτὸς μόνος εἰδὼς τοὺς ὁρισθησομένους, οὕτως, ἐπειδὰν καὶ τὸ παρ' ἑαυτῶν εἰσενέγκωσιν ἅπαν, τῇ θείᾳ περὶ αὐτοὺς καὶ ὑπερφυεῖ δωρεᾷ· καὶ εἰδὼς, ὡς ὁρισθήσονται, καὶ πρὶν ὁρισθῆναι. Οὐδὲ πρὶν ὁρισθῆναι μόνον, καὶ τοῦ τέλους τυχεῖν· ἀλλὰ καὶ πρὶν αὐτοὺς γεγονέναι καὶ εἶναι, προορίζειν λέγεται. Καὶ προωρισμένοι πάλιν οὗτοι καλοῦνται. Καὶ προώρισε μὲν σωθῆναι τοὺς σωζομένους, ὥσπερ καὶ σώζει· σώζει δὲ, ὡς καὶ σωθῆναι προώρισεν· ὥσπερ αὖ οἱ καθάπαξ ἀφηνιάζοντες τῆς πρὸς τὸν ὅρον ὁδοῦ, ἢ πλαγιάζοντες ἔνθεν κἀ D κεῖθεν ἐκόντες, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτοὺς ἀκυροῦντες σπουδὴν, ἣν ὡς ἂν ὁρίζοιντό τε καὶ ὁρισθεῖεν, πᾶσι τρόποις ἐνδείκνυνται. Καὶ οὕτω τοῦ ὅρου δικαίως ἐκπίπτοντες, ἀποδοκιμάζονται μὲν δι' ἑαυτοὺς, ἐπειδὰν ὁ καιρὸς αὐτοῖς ἐπιστῇ τοῦ πείρᾳ γνῶναι τὴν τοῦ τέλους ἀπότευξιν. Τῷ δὲ Θεῷ προαποδεδοκιμασμένοι καὶ πρὶν γενέσθαι τυγχάνουσι, οὐχ ὡς αἰωνίως ἀποδοκιμάζειν ἐθέλοντι, ἀλλ' ὡς αἰωνίως ἀποδοκιμασθησομένους εἰδότι, καὶ πᾶσαν τὴν περὶ αὐτοὺς ἀκυρώσαντας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς πρόνοιαν, καὶ τὴν πρὸς τὸ τυχεῖν τοῦ τέλους σπουδήν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἰδίας καὶ μεγάλης δεῖται τῆς πραγματείας. Ἰτέον δὲ νῦν ἐπὶ τὸ προκείμενον. Οὐ γὰρ περὶ τοῦ θείου προορισμοῦ διαλαβεῖν, ἀλλὰ τὸ κινῆσαν τὸν μέγαν φωστῆρα δεῖξαι βουλόμεθα.

Digitized by Google

omne ævum reprobandos, omnemque erga ipsos Dei Patris et Servatoris providentiam irritam effecturos ac studium ad finem assequendum. Verum hæc peculiari magnoque indigent tractatu : nunc ad propositum accedendum est. Etenim non de divina prædestinatione disputationem instituere, sed quid magnum lumen incitarit ostendere volumus.

Ἐπὶ τούτοις ἤδη καλῶς, σκοπείσθω γὰρ ἅμα καὶ τοὐναντίον, εἰς μείζω τῆς ἀληθείας βεβαίωσιν, ὡς ἄρα τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς τε καὶ τελευτῆς, προαιρέσει τε αὐτῶν καὶ φύσει καὶ τύχῃ καταλειπομένων ἂν καθάπαξ, ἡ καὶ μόνῃ τῇ κοινῇ καὶ προσκαίρῳ περὶ τὰ ζῶντα πάντα προνοίᾳ, οἰχήσεται μὲν ἡ τοῦ τοῖς ἀνθρώποις κειμένου τέλους ἐπίτευξις. Οὐ καθάπαξ ὄντος ὑπερφυοῦς, οὐδεὶς αὐτῷ προσαχθῆναι δύναται, μὴ τοῦ θεμένου τε καὶ ὁρίσαντος τούτῳ προσάγοντος, τῷ λύειν τὰς πολλὰς ἐνταῦθα δυσχερείας, καὶ τοσαύταις ταῖς εἰρημέναις μεθόδοις. Καὶ μάτην μὲν Μωϋσῆς, καὶ ὁ δι' αὐτοῦ παιδαγωγικὸς νόμος, πρὸς μείζω τεταγμένος νόμον καὶ τελεώτερον· μάτην δὲ πᾶσα ἡ περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας σπουδὴ, συλλήδδην εἰπεῖν. Οὐ γὰρ δεῖ καθ' ἕκαστα λέγειν. Ὁ δὲ θεῖος προορισμὸς οὐκ ἔσται λοιπὸν, ὡς οὔτε αὐτοῖς προσάγοντος κατὰ καιρὸν αὐτοὺς τῷ ὅρῳ καὶ τῷ σκοπῷ· οὔθ' ἑαυτῷ πόρρωθεν, καὶ πρὶν γενέσθαι αὐτοὺς προσαγηοχότος. Ἡ δὲ θεία συναναιρεθήσεται πρόνοια οὐ τῶν ἀνθρωπίνων μόνον πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ πάντων σχεδόν. Τὴν γὰρ ποικιλωτάτην καὶ σοφωτάτην τῶν ἀνθρωπίνων διοίκησιν τέλος ἡ ἡμετέρα πίστις καὶ καρπὸν ποιεῖται τῆς ἁπλουστέρας τοῦ παντὸς διοικήσεως. Ἐπεὶ καὶ ὑποτεταχέναι ὁ Θεὸς λέγεται τῷ ἀνθρώπῳ πάντα ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ὡς ἐπὶ τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ καταστάντι, καὶ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένῳ. Διὸ καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων γενέσεως παυσομένης, καὶ ἡ τῶν οὐρανίων συναναπαύσεται κίνησις, τὰ θεῖά φασι Γόγια, ὡς ἐκείνῃ προὔργου τεταγμένη δουλεύειν. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα ἐῶμεν. Περὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων τίς ἔσται λοιπὸν ἡ τοῦ οὐρανίου Πατρὸς πρόνοια ; εἰ τέλος μὲν αὐτῶν τὸ τυχεῖν τῆς μακαρίας ζωῆς, ὁδὸς δὲ ἡ ἐνταῦθα ζωὴ, ἣν καλῶς ὁδεύοντες ἐφικνοῦνται τοῦ τέλους. Οὔτε δὲ καλῶς ὁδεύειν, οὔτε τοῦ τέλους τυγχάνειν ἔχουσιν ἄνευ Θεοῦ. Ὁ δὲ τῆς ὁδοιπορίας αὐτῶν, τουτέστι, τῆς ἐνταῦθα ζωῆς μὴ φροντίζει, ἀρχομένης τε καὶ προβαινούσης καὶ τελειουμένης, ὅπως ἂν δι' αὐτῆς εὐοδοῖντο πρὸς τὸ τέλος καλῶς ὑπερπηδῶντες πᾶσαν δυσχέρειαν ἐξ ἀπείρων συναντῶσαν τῶν τρόπων, μηδὲ πατρικῶς οἰκονομοίη τὰ τέκνα, ἀλλ' ἐφῆ μόνον αὐτὰ φύσεώς τε ἀσθενείᾳ καὶ προαιρέσεως ἀστασίᾳ, καὶ τύχης ἀλογίᾳ φέρεσθαι, δι' ὧν ἀδύνατόν ἐστιν τοῦ ὑπερφυοῦ; ἐκείνου τέλους τυχεῖν, καὶ τοσοῦτον προνοοῖτο τῶν τέκνων, ὅσον καὶ τῶν βοῶν, οὐκ εἰδικώτατόν τινα τρόπον. Ἀλλ' ὁ μακάριος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους οὐ μέλειν τῷ Θεῷ φησι περὶ τῶν βοῶν· οὐχ ὡς μηδ' ὅλως μέλον αὐτῷ βοῶν τε καὶ τῶν ἀλόγων, ἀλλ' ὡς τῆς περὶ τούτων προνοίας μηδεμίαν σχεδὸν πρὸς τὴν περὶ τῶν ἀνθρώπων πρόνοιαν ἐχούσης παράθεσιν. Ὡς ταύτην μόνον δύνασθαι καὶ χρῆναι καλεῖσθαι πρόνοιαν ἀληθῶς καὶ φροντίδα τοῦ θείου παντὸς ἕνεκεν δικαίου καὶ λόγου. Τοιῶν δὲ ἀναιρουμένων, ὡς εἴρηται, εἰκῇ μὲν Ἰὼβ ἐπαινεῖ-

A Jam super his pulchre se res habet. Simul utique spectetur etiam contrarium, ut veritas magis stabiliatur : tanquam si humana vita atque obitus consilio et naturæ et fortunæ semel derelinquerentur, vel soli communi et opportunæ providentiæ quæ omnibus viventibus consulit ; ita evanesceret propositi finis hominibus assecutio. Qui cum prorsus naturam superet, nullus ad ipsum potest adduci, nisi is qui statuit et definit, ad eum adducat, multis hic solvendo difficultates, et tot tamque variis viis et rationibus quæ dictæ sunt. At frustra sane Moses et per eum condita lex instituendi vim habens, ad graviorem et perfectiorem legem constituta : incassum etiam omnis de salute hominum cura et sollicitudo, ut simul omnia dicendo complecB tar : nec enim sigillatim quæque enuntianda sunt. Utique divinæ prædestinationi locus non relinquetur, cum nec exsistat qui homines commode opportuneque admoveat termino et metæ, neque vero qui sibi eminus priusquam nati sint adduxerit. Porro divina simul tollitur providentia, non humanarum modo rerum, sed et omnium propemodum. Etenim diversissimam ac prudentissimam humanarum rerum administrationem, fides nostra finem fructumque facit simplicioris universorum gubernationis. Quandoquidem Deus omnia homini subdidisse dicitur, et quasi pedibus substravisse, ut ei qui propositus est operibus manuum suarum, « et paululum distat ab angelis, » et mentibus cœlestibus prope C exæquatur. Idcirco cum hominis progenies desinet, una etiam cœlestium orbium motio consistet, ut divina aiunt oracula, tanquam ad hunc finem ut serviat illi constituta. Verum hæc et alia missa faciamus. Pro hominibus autem quænam erit deinceps Patris ætherei providentia? siquidem finis præmiumque ipsorum est vitam beatam assequi. Vita vero quæ hic degitur, via est, quam qui pulchre conficiunt, ad metam perveniunt. Sed neque ulli pulchre iter illud ingredi, neque finem obtinere unquam absque Deo possunt. Hic autem viæ ab illis cœptæ, procedentis et perfectæ, hoc est vitæ quam hic exigunt, curam ratunemque haberet nullam, ut per eam prospere accederent ad ultimum bonum, omnem difficultatem D ex innumeris modis occurrentem facile pulchreque superantes : neque liberos affectu paterno moderaretur, sed eos tantum et imbecillitati naturæ et voluntatis inconstantiæ permitteret, ac fortunæ temeritati agi ferri sineret : quibus certe modis nefas est finem illum qui naturam excedit consequi, eodemque pacto prospiceret liberis, quo bobus consulit, non peculiari maxime cura? Verumenim vero beatus Paulus, in Epistola ad Corinthios, Deo haudquaquam curæ boves esse affirmat : non quod boum ac similium curam prorsus abjecerit, sed quia pro-

Digitized by Google

videntia, qua prospicitur illis, nullam fere comparationem habeat cum providentia qua consulit hominibus : ut hanc tantum fas ac necesse sit vere providentiam et curam divinam optimo jure appellari. Illis autem sublatis, ut dictum est, temere Job laudaretur, dum ait, « Dominus dedit, Dominus abstulit : ut Domino visum est, ita factum est. » Frustra etiam David laudibus extolleretur quotidie in ecclesiis, qui in omnibus ferme psalmis suis divinam celebrat et prædicat prædestinationem, cum non unicuique tantum homini dicit, « Angelis suis mandavit de te, » et quæ deinceps : verum etiam nationibus totis familiisque et urbibus. Quæ concinunt Isaiæ et Amos vaticiniis : in quibus ille quidem dicit, «Qui pacem facit et creat mala ; » hic vero, « Non est malum in civitate, quod Deus non fecerit.» Ac rursus apud Isaiam scribitur, « Omnia opera nostra operatus es, Domine, nobis. » Inaniter quoque angelicorum ordinum præfecturæ essent, quorum ministerio divinis hæc suffragiis peraguntur. Et Jesu Domino nostro dicente, « Sine Dei voluntate ne capillus quidem e capite vestro perit, » et quæ sequuntur; ac de se ipso iterum loquente, « Ita scriptum est, et sic oportuit Christum pati, etc. » Itemque hoc, « Sed non ut ego volo ; verum ut tu. » Et istud, « Sine me non potestis facere quidquam, » et multa ejusmodi quæ divinam firmant prædestinationem de cujusque vita et nece : quandoquidem etiam ipse, ut de homine, de se hæc disserebat, et quasi secundum humanitatem pateretur hæc omnia, serio et congruenter Deo definita, ubinam statuemus? Sed ad apostolos accedamus. Petrus omnibus fratribus consilium dat ut impense studeant per opera bona firmam vocationem et electionem reddere, qua electi fuerant. De se vero, «scire dicit proxime instare depositionem tabernaculi sui, » idque Dominum Jesum Christum sibi declaravisse ; Paulus autem se prædestinatum nominans ad Evangelium Dei, quod pronuntiavit per prophetas in eloquiis sacris, et quæ deinceps ; idemque per Mosem stabiliens hoc profert : « Miserebor quem misereor, et commiserationc prosequar quem commiscreor ; » ita perorando, «Igitur non volentis, nec currentis, sed miserantis Dei ;» et, « Quos præscivit et prædestinavit, hos et vocavit.» Itemque illos quidem « vasa iræ apta in interitum » dicens, hos vero « vasa misericordiæ præparata et vocata ad gloriam.» Ac rursus, «Nemo (inquit) sibi ipsi vivit, et nemo sibi moritur. » Idem rursus ad Ephesios ait, « Elegit nos in se (Deus) ante mundi constitutionem, qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum, etc. » Eodemque modo de reprobatis ab æterna vita dicit in ea quam ad Romanos scripsit : « Quod si Deus volens ostendere iram » (hoc est, justitiæ ultionem dicamve) « et notam facere potentiam suam, sustinuit » (hoc est condemnavit) « in multa patientia vasa iræ aptata in interitum : ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit in gloriam. » Et ubique suarum Epistolarum, divinam ita prædestinationem confirmans

τα λέγων, « Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο, ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο· » εἰκῇ δὲ καὶ Δαβὶδ πάνυ τιμᾶται καθ' ἡμέραν ἐν ἐκκλησίαις, διὰ πάντων αὐτοῦ τῶν ψαλμῶν σχεδὸν τὸν θεῖον ἀνυμνῶν καὶ κηρύττων προορισμόν, οὐκ ἐφ' ἑκάστῳ μόνον ἀνθρώπῳ λέγων· «Τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ » καὶ τὰ ἑξῆς, ἀλλὰ καὶ ἔθνεσιν ὅλοις, καὶ συνοικίαις, καὶ πόλεσιν. Ἡσαΐᾳ συμφώνως καὶ τῷ Ἀμώς· τῷ μὲν λέγοντι, « Ὁ ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά· » τῷ δὲ, «Οὐκ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν Κύριος οὐκ ἐποίησε.» Καὶ αὖθις αὐτῷ τῷ Ἡσαΐᾳ, «Πάντα τὰ ἡμέτερα ἔργα εἰργάσω, Κύριε, ἐν ἡμῖν.» Εἰκῇ δὲ αἱ τῶν ἀγγελικῶν ταγμάτων ἐπιστασίαι, δι' ὧν ταῦτα ὑπηρετουμένων ταῖς θείαις ψήφοις ἀνύεται. Τοῦ δὲ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ λέγοντος, ὅτι « Ἄνευ τοῦ θείου θελήματος οὐδὲ θρὶξ ἐκ τῆς ἡμῶν ἀπόλλυται κεφαλῆς,» καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ περὶ ἑαυτοῦ λέγοντος αὖ, ὅτι « Οὕτω γέγραπται, καὶ οὕτως ἔδει παθεῖν τὸν Χριστὸν, » καὶ τὰ ἑξῆς · καὶ τὸ, «Πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ · » καὶ τὸ, «Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν, » καὶ πολλὰ τοιαῦτα, τὸν θεῖον ἐπικυροῦντα προορισμὸν περὶ τῆς ἑκάστου ζωῆς καὶ τελευτῆς. Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς, ὡς περὶ ἀνθρώπου ἑαυτοῦ ταυτὶ διελέγετο, καὶ ὡς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον πάσχοντος ταῦτα πάντα σπουδαίως καὶ θεοπρεπῶς ὡρισμένα, ποῦ τάξομεν ; Ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους ἐρχώμεθα. Ὁ Πέτρος συμβουλεύων πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς, ὅπως σπουδάζωσι δι' ἀγαθῶν ἔργων βεβαίαν τὴν κλῆσιν καὶ ἐκλογὴν ποιεῖσθαι, ἣν ἐξελέγησαν· περὶ δὲ ἑαυτοῦ λέγων εἰδέναι, ὡς ἄρα ταχινή ἐστιν ἡ ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματος αὐτοῦ, καὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς αὐτῷ τοῦτο ἐδήλωσεν· ὁ δὲ Παῦλος ἀφωρισμένον ἑαυτὸν καλῶν, εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν ἐν Γραφαῖς ἁγίαις, καὶ τὰ ἑξῆς· ἔτι τὸ διὰ τοῦ Μωσέως βεβαιῶν, « Ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω·» καὶ συμπεραίνων, « Ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ· » καὶ πάλιν· «Οὓς προέγνω, καὶ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε · » καὶ αὖθις, τοὺς μὲν « σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, » λέγων, τοὺς δὲ « σκεύη ἐλέους, προητοιμασμένα καὶ κεκλημένα εἰς δόξαν · » καὶ αὖθις λέγων, «Οὐδεὶς ἑαυτῷ ζῇ, καὶ οὐδεὶς ἑαυτῷ ἀποθνήσκει·» καὶ πρὸς Ἐφεσίους αὖθις λέγων· « Ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν ἑαυτῷ ὁ Θεὸς πρὸ καταβολῆς κόσμου, προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν, » καὶ τὰ ἑξῆς · ὁμοίως καὶ περὶ τῶν ἀποδεδοκιμασμένων ἀπὸ τῆς αἰωνίου ζωῆς λέγων ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους · « Εἰ δὲ θέλων ὁ Θεὸς δεῖξαι τὴν ὀργὴν, τουτέστι τὴν τῆς δικαιοσύνης ἀπότισιν, καὶ γνωρίσας τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ὑπέμεινε, τουτέστι, συνεχώρησεν, ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ, σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, ἵνα δείξῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ ἐπὶ σκεύη ἐλέους, ἃ προητοίμασεν εἰς δόξαν· » καὶ πανταχοῦ τῶν οἰκείων ἐπιστολῶν τὸν θεῖον οὕτω προορισμὸν βεβαιῶν, τὴν περὶ τοὺς ἀνθρώπους δηλαδὴ εἰδικὴν πρόνοιαν, καὶ ὅσα ταύτῃ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων συνέπεται· εἰκῇ ταῦτα λέγει, μᾶλλον δὲ λέγουσιν ; ἀπείη γε τοῦτο.

Digitized by Google

specialem nimirum circa homines providentiam, et quæcunque huic in hominum negotiis consentanea sunt : an incassum hæc dicit, vel potius dicunt? absit hoc plane.

Ὁρᾷς τῆς ἐναντίας δόξης τεθείσης ἐξ ὑποθέσεως, A δσα τῶν ἀληθῶν ἀναιρεῖται ; μᾶλλον δὲ οὐδὲν σχεδὸν ὑπολείπεται. Τὰ γὰρ ἐκ τῆς ἱερᾶς Γραφῆς παρηγμένα νῦν ἄλλο μὲν ἄλλου μυστηρίου πλήρες ἐστί· πάντα δὲ αὐτὰ σὺν ἐκείνοις, μιᾶς τῆς προκειμένης ἡμῖν ὕλης εὐρυτάτης οὔσης, ἔνδον ἐστίν. Ἧς σαλευομένης ἂν, οὐδὲν ἐκείνων μένει λοιπόν. Εἰ δὲ πάσαις ἀνάγκαις ὁ θεῖος κρατεῖ προορισμός, μέρος ὢν τῆς θείας Προνοίας, τὸ μέγιστον καὶ δόγμα τῆς πίστεως ἀναντίῤῥητον, καὶ καθάπερ σύνδεσμος τῆς πίστεως ὅλης. Καὶ οἱ μὲν τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὴν αἰώνιόν εἰσι προωρισμένοι ζωήν, οἷς καὶ οἱ ἐλεούμενοι συναριθμεῖσθωσαν νῦν· οἱ δὲ ἀπ' αὐτῆς ἀποδεδοκιμασμένοι εὐλόγως καὶ τὰ κατὰ τὴν ζωὴν ἑκάστου καὶ τελευτὴν τῇ ἐπιτεύξει τοῦ τέλους, ἢ ἀποτεύξει, οἰκείως συνδιατίθενται· ὡς ἐπίπαν μὲν, B καὶ τῆς ἑκάστου πονηρίας ἢ ἀρετῆς, καὶ εὐβουλίας ἢ ἀβουλίας, τῇ τοιαύτῃ συνεργούσης ἐφεξῆς διατάξει τοῦ θείου, ἔστι δὲ ὅτε καὶ παρὰ τὴν ἑκατέρων ἐν τῷ παραυτίκα μελέτην τε καὶ σπουδὴν, τὸ πρέπον ταῖς αὐτῶν ἕξεσι καὶ ἀξίαις, καὶ ζῶσι καὶ τελευτῶσιν οἰκονομοῦντος, ὡς ἂν ποικίλαις τε καὶ πολυτρόποις μεθόδοις, καὶ ἄλλαις ἐπ' ἄλλων κρινομέναις, κατὰ τὴν εὐρυτάτην καὶ πάνσοφον αὐτοῦ διοίκησιν, ὁ θεῖος περὶ αὐτοὺς προορισμὸς ἐξανύοιτο, ἡ τοῦ ὅρου δηλονότι καὶ τέλους ἐπίτευξις ἢ ἀπότευξις. Εἰλήφθω γὰρ νῦν κοινῶς προορισμὸς, ὡς προορισμοῦ γένος καὶ ἀποδοκιμασίας. Τῆς δὲ τῶν ἀνθρώπων ζωῆς, ἣν ἂν οἰκοθεν προαιροῦντο, ἢ συμπροσαγούσης τῷ τέλει μετὰ τῆς ἄνωθεν συνεργείας, ἢ ἀφιστώσης τοῦ τέ- C λους μετὰ τῆς ἐκεῖθεν ἐγκαταλείψεως· εὐλόγως καὶ ἡ μετάθεσις μὲν ἀπὸ τῆς τοιαύτης ζωῆς, τῇ τε πρὸς τὸ τέλος ὁδῷ, τοῦτ' ἔστι τῇ παρούσῃ ζωῇ, καὶ τῇ μετ' αὐτὴν οἰκείᾳ τοῦ τέλους ἐπιτεύξει ἢ ἀποτεύξει, σύμμορφός ἐστι καὶ συνᾴδουσα, ὥσπερ μεθόριον οὖσα τῶν ζωῶν ἀμφοτέρων, καὶ τῆς ὁδοῦ, καὶ τοῦ τέλους ὥσπερ συνάφεια· ἔστι μὲν ὅτε καὶ φανερᾶς οὔσης πᾶσι τῆς τελευτῆς, ὅπως ἔχει πρὸς τὴν εὐθὺς διαδεξομένην ζωὴν ἀθλίαν, ἢ μακαρίαν, ὡς ἐπὶ τῶν δικαιοσύνης ἕνεκα, ἢ εὐσεβείας, αἱρουμένων θνήσκειν προδήλως, οὐκ ἄνευ Θεοῦ καὶ τῆς ἄνωθεν ἐπιπνοίας, ὃ προσήκει τοῖς μάρτυσι, καὶ πᾶσι τοῖς μετ' ἀρετῆς καὶ δι' αὐτὴν τελευτῶσι, κἂν μὴ φανερῶς τῷ μαρτυρίῳ προσάγωνται, ἀλλ' ἐπιβου- D λευόμενοι βιαίως ἐξάγωνται τῆς ζωῆς καὶ συκοφαντούμενοι, ἢ ἐπὶ τῶν φυγόντων τὸν κόσμον, καὶ σταυρῷ πρέπουσαν ζησάντων ζωὴν, καὶ ὁμοίαν τῇ ζωῇ τελευτὴν ἀπαράκλητον, ἐνίων δὲ καὶ ἄδικον ὑφισταμένων, ἢ τοὐναντίον ἐπὶ τῶν ἐπ' ἀδίκοις καὶ πονηροῖς τολμήμασι, καὶ τῇ ὅλῃ συμμόρφοις αὐτῶν ζωῇ τὴν πρέπουσαν ὑφισταμένων βιαίως ἔξοδον.

Viden, ut opinione contraria constituta ex conditione, quot vera decreta de medio tollantur? quin imo nihil propemodum reliqui est. Etenim ex his quæ ex sacra Scriptura modo sunt abducta, aliud quidem alio mysterio plenum est. Sed hæc omnia cum illis intra unam e proposita nobis materia quæ latissime patet, continentur : qua nutante, illorum nihil in posterum remanet. Quod si sacra prædestinatio omnibus præpollet necessitatibus, cum divinæ Providentiæ pars sit maxima, et fidei decretum cui adversari non licet, ac veluti fidei totius convinctio: et homines partim ad æternam vitam sunt prædestinati, quorum numero etiam nunc ascribantur, quibus misericordia fit : partim ab ipsa reprobati sunt : jure merito etiam quæ ad vitam cujusque et obitum spectant, finis consecutione vel repulsa peculiariter una disponuntur : quasi omnino unius cujusque improbitate et virtute, et bono vel malo consilio huic Dei constitutioni deinceps cooperante. Interdum etiam juxta utrorumque curam et studium, repente vestigio, quod ipsorum habitibus et meritis decorum est, et viventibus et morientibus numen regit ac moderatur : sicut variis ac diversis admodum modis et rationibus quæ aliæ in aliis judicantur, secundum latissimam et sapientissimam ipsius administrationem, divina circa eos prædestinatio perficere posset, nimirum limitis ac termini consecutio vel repulsa. Sumatur enim nunc communiter prædestinatio; velut genus prædestinationis et reprobationis : quando hominum vita, quam apud se quisque domi elegerit, aut simul ad finem adducit cum adjumento cooperationis ab alto ; aut a fine abducit cum derelictione, quæ indidem fit ; consentanea etiam demutatio ab ejusmodi vita congruens viæ quæ ad finem perducit ; hoc est præsenti vitæ, et peculiari post eam finis adeptioni aut repulsæ conformis est atque consonans; perinde ac si in confinio esset utriusque vitæ, et tanquam viæ atque finis copula. Aliquando enim cum interitus omnibus sit conspicuus, ut habet se ad vitam ærumnosam aut beatam quæ statim exceptura est : quemadmodum in iis qui justitiæ causa aut pietatis palam mori voluere, non absque Deo, et inspiratione quæ desursum venit; quod martyribus convenit, atque omnibus qui cum virtute et propter ipsam moriuntur; tametsi manifeste martyrio non admoveantur; sed insidiis et calumniis appetiti, vita spolientur : aut iis qui fugere mundum, vel cruci congruentem agitarunt vitam, ac similem vitæ obitum consolationis expertem : cum nonnulli iniquam vitæ degendæ mortisque subeundæ rationem insistunt : aut contra, iis convenientem qui ob injusta et scelerata facinora toti ipsorum vitæ consentanea, congruentem interitum violenter sufferunt.

Οὐ μόνον δὲ τῇ κρίσει τῶν ἀνθρώπων σαφὴς ἐστιν ἡ τοιαύτη τελευτὴ ποῦ φέρει, ἀλλὰ τοῖς ὑπὲρ ἀρετῆς τε καὶ εὐσεβείας θνήσκειν προαιρουμένοις λαμπρὰ καὶ ποικίλη ἡ οὐράνιος ἐπιφαίνεται μαρτυρία, καὶ

Verum non judicio tantum hominum dilucidum est, quo tendat mors ejusmodi : sed pro virtute et pietate mori cupientibus, clarum et varium apparet cœleste testimonium, et familiarium oculos ac

Digitized by Google

mentes percellit. Interdum etiam multos fugit mortis terminus, præter eos qui sustinent : aliquando nec ipsis quidem hic conspicitur donec sunt in corpore, vel dum etiam expiat interitus divina benignitate, si violentus sit; quibus decretum fuerit sufficere usque adeo expiari, ut misericordiam obtinentes finem beatum nanciscantur : vel dum alios juvat, si exordium sit infelicitatis quæ illic est, et improbitatis, quæ hic exercetur, atque indicium animadversionis propter ipsam, vi inducatur; aut additamento miseriæ quæ ibi est, facto in improbis, si absque cruciatu mors fuerit : aut ad compensationem aliquam justitiæ hic actæ, quasi alia pravitas ipsorum illic quod par et proprium est acceperit; justitia hic exhibita viventibus et morientibus non prorsus mercede fraudata fuerit : interdum etiam nonnullorum precibus numen elargitur. Non enim omnibus neque omnium votis gratificatur; ac diversam in ipsis vitæ sortem decernit. Etenim quidam vitæ exitum dolore carentem et pacatum sibi apprecantur : alii generosum potius et qui materiam ipsis exhibeat sapientiæ studii, et bonæ spei. Nam sic e vita migrare, vel coronarum augmentum iis qui honeste, probe pieque admodum vixerunt, aut expiationem perfectam absolutionemque omnis reatus iis qui lapsi sunt, comparare certum est. Subministrat autem divino circa quemvis judicio, tum diversus vitæ status, ordo et propositum, in unoquoque, tum electionis voluntatisque rursus in pluribus, et ordinis communione, ad diversum in singulis, et eumdem in pluribus vitæ excessum definiendum. Ecquænam porro mens satis virium et acuminis haberet, ad infinitam Dei dispensationem investigandam in ejusmodi rebus e sacris eloquiis ac divinis actis colligendam? Quemadmodum igitur sapientissima et divina administratio circa mortis modum est, juxta Providentiæ ipsius constitutionem in unoquoque hominum : sic etiam circa commutationis tempus diversam et variam dispensationem divinam videre est. Nam iis qui in juventute vitam cum morte commutant, vita eripitur, eo quod temporis accessione virtus et intelligentia ipsorum incrementum acceptura non esset; sed in pejus mutatura. Aliis vita prorogatur, qui concessa vitæ usura, magnos in bono profectus facturi, atque aliis profuturi sunt exemplo suo : vel ex adverso, quia futurum esset ut parentum peccati fierent participes, ac flagitii, eorum pœnas hic luerent. Imbecillitate vero et corporis morbis vexati affliguntur, et mortem obeunt, plerique quibus mors ante diem conceditur, ut errata leviora interitu condonentur : at vivunt quidam utique diutius ut plurimum, ad usum et bonum publicum : alii contra ad perniciem reipubl. cum digni sint utrique : hi quidem qui subministrent, illi autem qui divina benignitate potiantur, aut aversa a Deo mente. Excedunt porro e vita ad utilitatem certe suam celerius, sed eorum damno quibus illorum vita emolumento erat, postquam indigni ipsa judicati fuerint. Ex iis autem

A τὰς τῶν συνόντων ὄψεις καὶ ψυχὰς καταπλήττουσα. Ἔστι δ' ὅτε καὶ λανθάνει μὲν τοὺς πολλοὺς τὸ πέρας τῆς τελευτῆς, πλὴν αὐτῶν τῶν ὑφισταμένων, ἐνίοτε μηδὲ αὐτοῖς ἐνταῦθα συνορώμενον, ἕως εἰσὶν ἐν τῷ σώματι, καὶ ἡ καθαιρούσης τῆς τελευτῆς ἐκ θείας φιλανθρωπίας ἂν βίαιος ᾖ, οἷς ἀρκεῖν ἂν κριθείη τοσοῦτον καθήρασθαι πρὸς τὸ τυχεῖν ἐλεουμένους τέλους εὐδαίμονος, ἢ τοὺς ἄλλους ὠφελούσης, ἂν προοίμιον τῆς ἐκεῖ κακοδαιμονίας, καὶ τῆς ἐνταῦθα πονηρίας, καὶ δι' αὐτὴν ἀποστροφῆς ἔνδειξις, βιαίως ἐπάγηται, καὶ ἡ προσθήκης τῇ ἐκεῖ κακοδαιμονίᾳ οὔσης ἐν τοῖς πονηροῖς, ἂν ἀνώδυνος ᾖ· ἢ πρὸς ἀμοιβήν τινα δικαιοσύνης ἐνταῦθά τινος, ὡς ἂν τῆς ἄλλης πονηρίας αὐτῶν ἐκεῖ τὸ δέον καὶ οἰκεῖον προσληψομένης, ἡ ἐνταῦθα δικαιωσύνη καὶ
B ζῶσι καὶ τελευτῶσι, μὴ καθάπαξ ἄμισθος ᾖ. Ἐνίοτε δὲ καὶ εὐχαῖς τινων χαριζόμενον τὸ θεῖον, οὐ γὰρ πάσαις οὐδὲ πάντων χαρίζεται, τὴν διάφορον ἐν αὐτοῖς τοῦ βίου ψηφίζεται λῆξιν. Οἱ μὲν γὰρ ἀνώδυνον καὶ εἰρηνικὸν αὐτοῖς εὔχονται τὸ τοῦ βίου τέλος ὑπάρξειν· οἱ δὲ γενναῖον μᾶλλον, καὶ ὕλην αὐτοῖς παρέχον φιλοσοφίας καὶ ἐλπί. Τὸ γὰρ οὕτω μεταστῆναι τοῦ βίου ἢ στεφάνων προσθήκην τισὶ ἀκριβῶς βεβιωκόσιν, ἢ κάθαρσιν τελείαν καὶ λύσιν ἐνοχῆς ἁπάσης τοῖς ἐπ.αικόσιν, οἶδασιν ὄν. Ὑπουργεῖ δὲ τῇ θείᾳ περὶ ἕκαστον κρίσει ἥ τε διάφορος τοῦ
C βίου τάξις τε καὶ προαίρεσις ἐν ἑκάστῳ, καὶ ἡ τῆς προαιρέσεως αὖ ἐν πλείοσι καὶ τῆς τάξεως κοινωνία, πρὸς τὸ διάφορον ἐν ἑκάστοις, ἢ τὸ αὐτὸ ἐν πολλοῖς τὸ τῆς ζωῆς ὁρίζεσθαι τέλος. Καὶ ποῖος ἂν ἐξαρκέσειε νοῦς τὴν ἄπειρον ἀνιχνεύειν τοῦ θείου οἰκονομίαν ἐν τοῖς τοιούτοις ἐκ τῶν θείων Γραφῶν, καὶ τῶν θείων ἔργων συλλεγομένην; Ὥσπερ οὖν περὶ τὸν τρόπον τῆς τελευτῆς ποικιλωτάτη καὶ πάνσοφος ἡ θεία οἰκονομία, κατὰ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων τῆς αὐτοῦ Προνοίας διάταξιν· οὕτω καὶ περὶ τὸν χρόνον τῆς μεταστάσεως διάφορον καὶ ποικίλην τὴν θείαν οἰκονομίαν ἔστιν ὁρᾶν. Οἱ μὲν γὰρ ἐν νεότητι μεθίστανται τῆς ζωῆς ταύτης ἁρπαζόμενοι, ὡς τῆς τῶν χρόνων προσθήκης οὐ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν καὶ τὴν σύνεσιν αὔξειν μελλούσης, ἀλλὰ μεταβάλλειν ἐπὶ τὸ χεῖρον· οἱ δὲ συγχωροῦνται ζῆν τῇ τῆς ζωῆς προσθήκῃ, προκόψοντες ἐπὶ τἀγαθὸν, καὶ ἄλλους ὠφελήσοντες τῷ καθ' ἑαυτοὺς ὑποδείγματι, ἢ τοὐ-
D ναντίον, ὥστε τῆς τῶν πατέρων ἁμαρτίας μέλλοντας γίνεσθαι κοινωνοὺς, καὶ τὴν τῆς ἁμαρτίας ἐκείνων δίκην ὑπέχειν ἐνταῦθα. Οἱ δὲ ἀσθενοῦντες καὶ ἀῤῥωστοῦντες κακοπαθοῦσι καὶ θνήσκουσιν ἱκανοὶ, οἷς ἡ τελευτὴ καὶ πρὸ ὥρας συγχωρεῖται· ὥστε τὰ ἁμαρτήματα τῶν κουφοτέρων ὄντα τῇ τελευτῇ διαλύσασθαι. Καὶ ζῶσι μέν τινες ἐπὶ πλέον κοινωφελῶς, ἄλλοι δὲ τοὐναντίον κοινοβλαβῶς, ἀξίων ὄντων ἑκατέρων τῶν μὲν ὑπουργεῖν, τῶν δὲ ἀπολαύειν τῆς θείας εὐμενείας, ἢ τῆς θείας ἀποστροφῆς. Μεθίστανται δέ τινες αὖθις ἐπ' ὠφελείᾳ μὲν ἑαυτῶν τάχιον, ζημίᾳ δὲ τῶν ἐκ τῆς ἐκείνων ὠφελουμένων ζωῆς, ἐπειδὰν αὐτῆς κριθῶσιν ἀνάξιοι. Τῶν δ' ἑαυτοῖς μόνοις καὶ θεῷ ζώντων ἄλλοις δι' ἄλλας αἰτίας, ὠφελίμους αὐτοῖς, ἡ ζωὴ μακρύνεται ἢ συντέμνε-

Digitized by Google

ται, καὶ προδηλοῦταί γε πολλοῖς αὐτῶν, καὶ ἄλλοις περὶ αὐτῶν προδηλοῦται. Καὶ οὕτω τῷ τρόπῳ τῆς τελευτῆς ὁ χρόνος αὐτῆς ἐν τῷ πανσόφῳ περὶ αὐτῶν συνῴδει θελήματι, ὡς ἐνίοτε μὲν καὶ τοῖς καλῶς ἐπισκεπτομένοις ὁρᾶσθαι δύνασθαι, καὶ μᾶλλον ἀποκαλύπτοντος τοῦ Θεοῦ, τὸ δὲ πλεῖστον τῷ Θεῷ μὲν ἐγνῶσθαι, πάντας δὲ λανθάνειν ἀνθρώπους.

qui sibiipsis tantum et Deo vivunt, nonnullis propter alias causas ipsis utiles vita producitur, vel corripitur : ac præsagitur sane plerisque ipsorum, atque aliis de ipsis præsignificatur. Itaque interitus generi, tempus ipsius in sapientissima de utroque voluntate concinit ; adeo ut aliquando etiam pulchre inspectantibus videri possit, sed multo magis revelante Deo : ut plurimum autem Deo quidem utrumque perspectum est, omnes vero homines latet.

Τούτων ἁπάντων αἱ ἱεραὶ ἱστορίαι πλήρεις εἰσίν. Αἱ τῶν Πατέρων διακρίσεις τῶν ἱερῶν, οὐ μάτην συγγεγραμμέναι, οὐ μάτην ἀναγινωσκόμεναι, τοῖς μετὰ τῆς ἀληθείας ; ὁμοῦ καὶ τῆς ἑαυτῶν φροντίζουσι σωτηρίας. Ἀλλ' ὃ μεῖζόν ἐστι, τούτων ἁπάντων ἡ θεία γέμει Γραφή, λέξεσιν αὐταῖς, ἃ νῦν γεγραπται, βεβαιοῦσα, εἰ καὶ συντομίας χάριν τὰς ἐφ' ἑκάστῳ τούτων ἐξ αὐτῆς παρήκαμεν μαρτυρίας. Οὐδ' αὐτὴ πάντας ἱστορεῖ τοὺς τρόπους, ἀμήχανον γάρ · ἀλλὰ βραχεῖ ; τινας τούτους, ὡς ἂν ἐξ αὐτῶν καὶ περὶ τῶν ἀγνοουμένων, ὡς σιωπωμένων, βεβαίαν ἡμεῖς τὴν περὶ τῆς Προνοίας ἔχωμεν πίστιν, ἣν οὐ γεννωμένων μόνον ἡμῶν καὶ ζώντων, ἀλλὰ καὶ μεθισταμένων ἐντεῦθεν ποιεῖται, ὡς τῇ θείᾳ πρέπον ἐστὶν ἀξίᾳ καὶ ἀγαθότητι καὶ σοφίᾳ. Μᾶλλον δὲ ταυτόν ἐστι τὸ ζώντων ἡμῶν προνοεῖν, καὶ τὸ τέλος τῆς ζωῆς ὁποῖον ἔσται καὶ ὅτε μὴ καθάπαξ ὑπερορᾶν. Ὁ τῆς ἐνταῦθα ζωῆς ὅρος, καὶ πέρας, καὶ κρίσις ἐστὶ καὶ σφραγίς, καὶ οὗ προὔργου πάντες οἱ ζῶντες φροντίζουσιν, οἵ τε ἀπευχόμενοι τὸν θάνατον ἐγγύθεν ἥκειν, οἵ τε εὐχόμενοι, διαφόρως ἑκάτεροι. Ἔστι δ' ὅτε καὶ τοῖς αὐτοῖς ἀγόμενοι λογισμοῖς, ἀκούουσι γὰρ τὸ, Ἐν ᾧ εὕρω σε, ἐκεῖ καὶ κρινῶ σε. Τίνα δὲ λόγον ἔχον ἐστὶ τῆς μὲν τῶν ἀνθρώπων ζωῆς οὕτω πατρικῶς τὸν Θεὸν προνοεῖν, τῆς δὲ τελευτῆς αὐτῶν μηδένα ποιεῖσθαι λόγον ; ἡ μὲν γὰρ ἐνταῦθα ζωὴ ὁδοιπορία τίς ἐστι πρὸς τὸ προκείμενον τέλος ; ὁ δὲ θάνατος τὴν ἐνταῦθα παύει ζωήν. Καὶ πᾶσα μὲν ἑκάστου σπουδὴ, πᾶσα δὲ θεόθεν χορηγία συναποπαύεται. Πολλὰ δὲ τὰ ποιοῦντα τὸν θάνατον· ὥστε καὶ τὰ τὴν ζωὴν παύοντα ταύτην, τὴν μόνην ὕλην τῶν περὶ ἡμᾶς προνοιῶν τοῦ Θεοῦ, δι' ὧν πρὸς αὐτὸν ὁριζόμεθα. Αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ τέλος ἡμῶν, οὐδ' εἰς ἄλλο τέλος ἡμᾶς ὁρίζει παρ' ἑαυτόν. Οὐκοῦν ἡ τοσαύτη περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ πρόνοια πάρεργον ἔσται τῶν ποικίλων καὶ πολυτρόπων αἰτιῶν τοῦ θανάτου, καὶ τύχης καὶ αὐτομάτου, καὶ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς λεγομένων καὶ πάντων τῶν ὁπωσοῦν ὄντων, κατὰ πρόνοιαν ὄντων, ἢ μᾶλλον, ὁ μὴ προντίζων ὁπότε καὶ ὅπως ὁ θάνατος τὴν ζωὴν παύσει, καὶ τὴν ταύτης καρποφορίαν τοῖς ζῶσι σπουδαίως, οὐδ' ὅπως ζήσονται, καὶ τί ζῶντες ἀνύσουσι, πάνυ τι φροντιεῖ. Εἰ δὲ τοῦτο ψεῦδός τε καὶ ἀδύνατον, καὶ δι' αὐτοῦ μόνου κατευοδοῦνται πρὸς τὸ τέλος ὁριζόμενοι, ὁπόσον ἂν καὶ οἱκοθεν σπεύδωσιν οἵ γε σπουδαῖοι · εὐλόγως καὶ τῷ τῆς ζωῆς μέτρῳ πρὸς τὸ συμφέρον κέχρηται τῶν ὁριζομένων, καὶ μετρεῖ τὴν ζωὴν ὁ μόνος μετρεῖν δυνάμενος ; καὶ τὰ ποιοῦντα τὴν τελευτὴν, αὐτοῦ κελεύοντος, ἢ συγχωροῦντος καὶ μὴ κωλύοντος, ταύτην ποιοῦσιν. « Ἅπτεται γὰρ

His omnibus plenæ sunt historiæ sacræ, et sanctorum Patrum dijudicationes non frustra litteris consignatæ, nec inaniter lectæ, iis quidem certe quibus, cum veritatis, tum salutis suæ cura præcipua est. Sed quod majus est, his omnibus divina eloquia referta sunt, quæ verbis disertis ea stabiliunt, quæ nunc scripta sunt : tametsi brevitatis gratia testimonia super unoquoque horum prætermisimus : neque ipsa Scriptura omnes commemorat modos (id enim ex eo genere est quod fieri non potest), verum paucos tantum quosdam, ut ex ejusmodi etiam de ignotis veluti silentio præteritis, nos firmam de Providentia fidem habeamus, quam non nobis solum qui nascimur et vivimus, verum etiam his qui excedunt hinc, adhibet, ut divinæ decorum est dignationi et bonitati ac sapientiæ : imo vero idem est viventibus nobis providere, et vitæ finem qualis sit futurus et quando venturus, non semel prospicere. At terminus vitæ quæ hic agitur limes, judicium, sigillumque est : et id operæ pretium cujus omnes qui vivunt curam habent : tam ii qui detestantur mortem prope accedere, quam qui optant propius adesse ; differenter utrique : nonnunquam etiam iisdem rationibus inducti : auscultant enim hoc : « In quo te statu invenero, etiam te judicabo. » Quam autem haberet rationem, vitæ quidem hominum ita paterne indulgenterque Deum consulere, mortem vero ipsorum nulla providentia prosequi? Nam quæ hic agitatur vita, via quædam progressusque est ad finem propositum ; mors autem vitam hanc metæ admovet : ac omne sane cujusque studium omnisque largitio Dei munere concessa una cessat. Multa porro sunt quæ mortem afferunt : ita ut quæ vitam hanc opprimunt, sola sit materia multiplicis Dei providentiæ circa nos, per quam ad ipsum destinamur. Enimvero ipse finis noster est, neque ad alium nos finem destinat, præter quam seipsum. Nunquid ergo tanta Dei in nos providentia, quasi corollarium erit variarum multipliciumque interitus causarum, et fortunæ et casus et eorum quæ per accidens dicuntur, et omnium quæ quomodocunque exsistunt juxta Providentiam? an potius (Deus) non curat, quando et quo pacto more expellet vitam, ejusque fructum, iis qui honeste et ex virtute vivunt : nec quomodo quique vivent, et quid vivendo perficient, omnino sollícitus erit? quod si hoc mendacium est, et fieri nequit : ac per Deum solum prospere ducuntur ad finem qui prædestinantur, quantumcunque sua indole industriaque festinarint, virtutes utique amantes : etiam rationi

Digitized by Google

congruenter, vitæ modulo ad eorum qui destinantur emolumentum utitur; et vitam metitur, qui solus metiri potest: et quæ mortem pariunt ipso jubente, aut concedente, saltem non vetante, interitum efficiunt. « Attingit enim a fine usque ad finem fortiter: » ut in Sapientia dicitur. « Et duo passerculi asse parvo væneunt; atque unus ex ipsis non cadet in terra absque Patre meo: » (et quæ deinceps sequuntur): Dominus ipse noster ait. Quod autem non omnes sunt studiosi, neque ad æternam vitam prædestinati, hoc nihil ad rem: Etenim sufficit etiam cum magno Patre Basilio, quod prædestinatis affixi sunt Dei concessu vitæ limites; et ad sempiternum bonum ipsis extenduntur aut contrahuntur, pariter cum aureis atque argenteis quæque in honorem sunt vasis, ex B. Paulo; qui quidem sunt innumeri: atque eapropter generatio est ad supplementum angelorum qui e cœlis exciderunt. Ili cum Deo soli cognoscantur, et ab eo manifestentur quidam ex ipsis, quos etiam hic manifestari voluerit, et quos latere nefas est. Deinde, quemadmodum providet quidem omnibus in vita hominibus, sed differenter, et pro merito ac dignitate cujusque: sic etiam de fine ipsorum, par est varium habere ordinem et respectum apud divinum judicium. Etenim omnibus quidem hominibus præficit angelum. Sed non eadem angeli sollicitudine potitur infidelis atque fidelis: neque improbus pariter ea fruitur ac probus, tametsi ambo sint fideles. Itaque hic quoque vitam nostram omnium, et exitum definitum esse, omnino necessum est. Porro differens circa hæc judicium juxta eorum qui vivunt discrimina, Deo soli perspectum est, cum pauca nobis sint revelata, tum ex divinis Litteris tum ex historiis sacris, ut antea luculenter exposuimus: neque æquum est nos aggredi ea quæ neque comprehendi queunt neque tradi: et ab iis quæ conceduntur et dantur nobis ad cognoscendum, dissidendo abscedere. Et tamen cum reprobatorum et misericordiam adeptorum vitam divino subjici jugo; tum ipsi placentem eductionem e vita, hos quoque sustinere divina docet Scriptura. Ostendunt etiam violentæ mortes populis inductæ et principibus, ardenti zelo justitiæ angelorum subministrantium ac prophetarum, non sine numine. Id quoque declarant ruinæ et depopulationes, quas vates urbibus et gentibus comminatim fuerant, cædemque vel pœnitentia eorum qui ad Deum confugerant, cessarunt; vel ob impœnitentia obduratos remanserunt. Incrementa vitæ in quibusdam qui resipuerant, postquam de vita despondissent, interitu a Deo declarato et signis ostentisque omnibus conspicuo facto. Ananias vero et Sapphira examinati sunt, non Petri, sed Dei virtute, quem invocarat; ac Petro non præsente et mendacium arguente, exspirassent, ita volente Deo. Et quot homines insane jus violantes, violenter e vivis excedunt? dum alius aliam suffert violentiam, ac latent homines, dum violentiæ effectum patentem considerant: verum cœleste ad id momentum subducere

A ἐκ τοῦ ἐσχάτου μέχρι καὶ τοῦ ἐσχάτου ἰσχυρῶς ὁ Θεὸς, » ἐν τῇ Σοφίᾳ λέγεται· καὶ « Δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται εἰς τὴν γῆν ἄνευ τοῦ Πατρός μου, » καὶ τὰ ἑξῆς, αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν φησι. Τὸ δὲ μὴ πάντας εἶναι σπουδαίους, μηδὲ πρὸς τὴν προαιώνιον προωρισμένους ζωὴν, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον. Ἀρκεῖ γὰρ καὶ ἡμῖν μετὰ τοῦ μεγάλου Πατρὸς Βασιλείου τὸ τοῖς προωρισμένοις πεπηγέναι θεόθεν τὰ τῆς ζωῆς μέτρα, καὶ πρὸς τὸ ἄϊδιον συμφέρον αὐτοῖς ἐκτείνεσθαι, ἢ συστέλλεσθαι τοῖς χρυσοῖς τε καὶ ἀργυροῖς καὶ εἰς τιμὴν σκεύεσι, κατὰ τὸν Παῦλον, οἵπερ ἀνεριθμητοί μέν εἰσι, καὶ τούτου χάρις ἡ γένεσις, εἰς ἀναπλήρωσιν τῶν πεσόντων οὐρανόθεν ἀγγέλων. Θεῷ δὲ γινωσκόμενοι μόνῳ, καὶ ὑπ' αὐτοῦ φανεροῦνταί τινες ἐξ B αὐτῶν, οὓς ἂν βούλοιντο φανεροῦσθαι κἀνταῦθα, καὶ οὓς λανθάνειν ἀδύνατον. Ἔπειτα, καθάπερ προνοεῖ μὲν πάντων ἐν τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ διαφόρως καὶ κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστων· οὕτω καὶ περὶ τοῦ τέλους αὐτῶν ποικίλην εἰκὸς ἔχειν παρὰ τῇ θείᾳ κρίσει τὴν τάξιν καὶ τὴν ἀπόβλεψιν. Καὶ πᾶσι μὲν γὰρ ἀνθρώποις ἐφίστησιν ἄγγελον, ἀλλ' οὐ τῆς αὐτῆς ἀπολαύει τοῦ ἀγγέλου κηδεμονίας ὁ πιστὸς τῷ ἀπίστῳ, οὐδ' ὁ φαῦλος τῷ ἀγαθῷ, κἂν ὦσιν ἄμφω πιστοί· οὕτω κἀνταῦθα τὴν μὲν ζωὴν ἡμῶν ἁπάντων καὶ τὸ τέλος ὡρίσθαι πᾶσα ἀνάγκη· ἡ δὲ διάφορος περὶ ταῦτα κρίσις κατὰ τὰς τῶν ζώντων διαφορὰς τῷ Θεῷ ἔγνωσται μόνῳ, ὀλίγων ἡμῖν ἀποκαλυφθέντων ἔκ τε τῶν θείων Γραφῶν, ἔκ τε τῶν ἱερῶν C ἱστοριῶν, ὡς φθάσαντες διεξήλθομεν. Καὶ οὐ δίκαιον ἡμᾶς, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τοῖς ἀκαταλήπτοις τε καὶ μὴ δεδομένοις ἐπιχειρεῖν, καὶ τῶν ὁμολογουμένων καὶ δεδομένων ἡμῖν εἰδέναι διαπιστοῦντας ἀφίστασθαι. Καίτοι τὸ καὶ τὰς τῶν ἀποδεδοκιμασμένων ἢ ἠλεημένων ζωὰς τῷ θείῳ ὑποκεῖσθαι ζυγῷ, καὶ τὴν αὐτῷ δοκοῦσαν ἐξαγωγὴν ἐκ τοῦ βίου καὶ τούτους ὑφίστασθαι, ἡ θεία διδάσκει Γραφή. Καὶ δηλοῦσι μὲν οἱ βίαιοι θάνατοι πλήθεσιν ἐπαχθέντες καὶ ἄρχουσι, ζήλῳ δικαιοσύνης ἀγγέλων ὑπηρετουμένων καὶ προφητῶν, οὐκ ἄνευ Θεοῦ· δηλοῦσι δὲ αἱ διὰ τῶν προφητῶν ἀπειληθεῖσαι πόλεσί τε καὶ ἔθνεσιν ἐξολοθρεύσεις· καὶ ἡ μετανοίᾳ καταφυγόντων ἐπὶ τὸν Θεὸν πεπαυμέναι, ἢ ἀμετανοήτων μεινάντων γενόμεναι· αἱ προσθῆκαι τῆς ζωῆς ἐνίοις μετανοήσασι, D μετὰ τὴν τῆς ζωῆς ἀπαγόρευσιν, ἐκ Θεοῦ μηνυθείσης τῆς τελευτῆς, καὶ σημείοις πᾶσι φανερᾶς γενομένης. Ἀνανίας δὲ καὶ Σάπφειρα ἀποψύξαντες, οὐ τῇ τοῦ Πέτρου, τῇ δὲ τοῦ Θεοῦ δυνάμει, ὃν ὁ Πέτρος ἐπεκαλεῖτο, καὶ τοῦ Πέτρου μὴ παρόντος, καὶ τὸ ψεῦδος ἐλέγχοντος, ἀπέψυξαν ἄν· οὕτω τοῦ Θεοῦ βουλομένου. Καὶ πόσοι τῶν ἀνθρώπων ἀνηκέστως παρανομοῦντες βιαίως ἐξάγονται, ἄλλος ἄλλην ὑφιστάμενοι βίαν, καὶ τοὺς ἀνθρώπους λανθάνουσι, σκοπουμένους μὲν τὸ τῆς βίας φαινόμενον, τὴν δι' οὐράνιον πρὸς τοῦτο ῥοπὴν λογίζεσθαι μηδ' ὅλως ἐφικνουμένους; Αἱ δὲ πρόδηλοι τῶν θανάτων καὶ παρὰ φύσιν ἀπαλλαγαὶ, τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως οὐδὲν διαφέρουσαι, παρεισθωσαν ἐν τούτῳ τῷ μέρει, ὡς τῇ τῶν προωρισμένων τάξει συμβαίνουσι, τότε

Digitized by Google

μὲν ἀπαλλάττοντος τοῦ Θεοῦ παραδόξως, ὡς οὕτω συμφέρον αὐτοῖς, καὶ τῷ αὐτοῦ συνᾷδον θελήματι, ἄλλοτε δὲ καὶ δι' ἀμφότερα συγχωροῦντος σφίσι μεθίστασθαι, ἢ τῆς φύσεως ὑπουργούσης, ἢ βίας τυραννικῆς ἐξαγούσης. Ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα τὸν ἡμέτερον ἐκφῆναι σκοπὸν ἐπὶ συστάσει τῆς ἀληθείας οὐχ ἧττον ἢ τῆς τοῦ διδασκάλου γνώμης. Εἰ δὲ ἐν τῇ Σοφίᾳ λέγεται, « Ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησε· » τοῦτο κατὰ τὴν αἰτίαν τοῦ θανάτου νοεῖται. Οὐ γὰρ θέλει τὸν θάνατον τῶν ἀνθρώπων προηγουμένως, οὔτε ποιεῖ, ὥσπερ οὐδὲ τὴν αἰτίαν τούτου τὴν ἁμαρτίαν· ἀλλὰ τὴν τῆς δικαιοσύνης τάξιν καὶ πάνυ βουλόμενος, ἧς ἐστι τὸ τοῖς ἁμαρτάνουσι δίκην ἐπάγεσθαι ἑπομένῃ θελήσει, θέλει αὐτὸν καὶ ποιεῖ· εἰ καὶ ἐλέους ὑπερβολῇ, καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τοῦτον τοῖς τέκνοις μυρίοις τρόποις οἰκονομεῖ πρὸς τὸ βέλτιον, καὶ πρὸς εὐεργεσίαν τῇ κοινῇ τοῦ γένους ποινῇ, πρὸς οὓς ἂν βούλοιτο, καὶ πρέπον εἴη, πατρικῶς ἀποχρῆται. Καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῇ α'· τῶν Βασιλειῶν λέγεται· « Κύριος θανατοῖ καὶ ζωογονεῖ· » οὐχ ὡς ἰδίᾳ πράττοντος μόνον ἑκάτερον, ὃ ταυτόν ἐστι τῷ θέλοντος ἑκάτερον γίνεσθαι, ὡς αὐτοῦ ζωῆς καὶ θανάτου τὴν ἐξουσίαν ἔχοντος, ἀλλ' ὡς καὶ ἐν τῷ θανατοῦν πολλάκις ζωογονοῦντος καὶ τὸν τοῦ θανάτου χρόνον καὶ τρόπον πρὸς τὸ συμφέρον, καὶ τὴν προωρισμένην ζωήν, πολλοῖς οἰκονομοῦντος καὶ τάττοντος. Καὶ αὖθις εἰ ἐν τῷ Ἐκκλησιαστῇ λέγεται, « Ἀφῆκεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἐν τῇ βουλῇ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, » εἰ καὶ μάλιστα περὶ τῶν ἀποδεδοκιμασμένων τοῦτο νοοῖτο ἄν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τὴν τῆς αὐτεξουσιότητος ἐλευθερίαν προσμαρτυρεῖ. Οὐ γὰρ ἄκοντας ἕλκει πρὸς τἀγαθόν· ᾧ δ' ἂν αὐτοὶ προκυρούμενοι πράττωσιν, ἐπόπτης ἐστὶν αὐτὸς, καὶ διανομεὺς τῶν ἁρμοττόντων ἑκάστῳ, καὶ διὰ τὴν αὐτεξουσιότητα τῆς θείας οὐκ ἐξαιροῦνται Προνοίας οὔτ' ἐπὶ τὸ χεῖρον, οὔτ' ἐπὶ τὸ βέλτιον αὐτοῖς, ἁπλῶς δὲ ἀγαθόν τε καὶ δίκαιον.

A neutiquam aggrediuntur : sed manifestæ a morte et quæ præter naturam sunt liberationes, nihil a resurrectione differentes, prætermittantur hac in parte, utpote quæ ordini prædestinatorum contingant : tunc quidem incredibili modo liberante Deo, quod sic ipsis expediat, et eorum voluntati concinat : alias vero etiam propter utrumque Deo concedente ipsis ut migrent e vita, aut natura subministrante, aut vi tyrannica exigente. Sufficient igitur hæc ad scopum nostrum elucidandum, non minus ad veritatis commendationem, quam ad Doctoris sententiam tuendam. Quod si in Sapientia dicitur, « Deus mortem non fecit, » hoc juxta causam mortis intelligitur. Nam non vult hominum mortem præcipue, neque facit : sicut neque B causam ipsius, peccatum : sed quod justitiæ ordinem omnino velit : cujus munus est, peccantibus pœnas irrogare, consequenti voluntate, vult ipsam et facit ; etsi misericordiæ excessu, et benignitate erga homines, etiam liberis obitum innumeris modis dispensat ad melius et ad beneficentiam, communi generis supplicio ; erga eos quos voluerit, et decens fuerit, paterno affectu indulgendo. Et propterea in primo Regum dicitur, « Dominus mortificat et vivificat. » Non tanquam proprie agens solum alterutrum : quod idem est ac si diceret volens utrumque fieri, eo quod ipse vitæ et mortis potestatem habeat : sed quasi etiam in mortificando sæpe vivificet, ac mortis tempus et modum ad id quod expedit, et vitam prædestinatam multis moderetur et C ordinet. Ac rursus si in Ecclesiaste dicitur, « Reliquit Deus hominem in manus suæ consilio. » Etiamsi de reprobatis potissimum hoc intelligi possit, omnibus tamen absolute attestatur libertatem arbitrii : non enim invitos ad bonum trahit. At eorum quæ volentes agerent Dominus est ins; ector et distributor eorum quæ quadrant unicuique. Hæc propter liberum arbitrium non eximuntur a divina Providentia, neque in melius neque in pejus ipsis, sed omnino in bonum et justum.

Τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις ὁ μέγας ἦχθη Βασίλειος, ἐκεῖνα περὶ τῶν τῆς ζωῆς ὅρων διδάσκειν τὰ τέκνα, καὶ τῷ θείῳ προσάγειν αὐτοὺς ἐντεῦθεν θελήματι, προὔργου μὲν θεολογῶν, ἑπομένως δὲ καὶ πρὸς τὰ ἤθη λυσιτελῶς, ὃ τοῖς διδασκάλοις πᾶσιν ἐσπούδασται. Καὶ εἰ μηδαμόθεν ἄλλοθεν τὰ τοιαῦτα εἶχεν εἰδέναι, τοῦ γοῦν προφήτου Δαβὶδ καθ' ἡμέραν ἤκουε λέγοντος, καὶ οὐκ ἂν εἶχε τὸν τοῦ θείου κάτοχον παρακρούεσθαι. Ἤκουε δὲ αὐτοῦ λέγοντος· « Γνώρισόν μοι, Κύριε, ὁδὸν ἐν ᾗ πορεύσομαι· καὶ γνώρισόν μοι τὸ πέρας μου καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν μου τίς ἐστιν. » Οὐκοῦν παρ' εἰδότος ἐζήτει μαθεῖν, ὡς καὶ ὡρισμένον εἰδότος, καὶ μαθεῖν ὡρισμένον. Καὶ ἵνα μηδεὶς ἔχῃ λέγειν, ὡς ᾔδει μὲν ὁ Θεὸς, καὶ διὰ τοῦτο ἀποκαλύπτειν εἶπεν, εἴπερ ἠβούλετο, οὐκ εἶχε δὲ πράττειν ἐν τοῖς τοιούτοις τῇ φύσει καὶ τοῖς ἄλλοις αἰτίοις ὅπως ποτὲ ταῦτ' ἐπιτρέψας, ἀλλαχοῦ πάλιν φησίν· « Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὴν ψυχήν μου. » Καὶ οὐκ ἐζήτει θανεῖν ἁπλῶς, εἴτουν ἀπαλλαγῆναι, τοῦτο γὰρ καὶ μὴ ζητοῦντος ἐμελλέ ποτε

His ac talibus magnus Basilius adductus est ut illa de vitæ finibus doceret filios, atque eos ad divinam voluntatem inde adduceret ; consulto quidem theologum agens de Deo disserendo, consequenter autem utiliter sermones ad mores referendo ; in quo doD ctores omnes studium atque operam collocant. Quod si haudquaquam aliunde talia perspecta habere posset, saltem prophetam Davidem quotidie dicentem auscultabat : nec utique potuisset afflatum numine explodere : audiebat, inquam, vatem regium dicentem, « Notam fac mihi viam in qua ambulem, et notum fac mihi finem ; et numerum dierum meorum quis est. » Quocirca ab eo qui sciebat discere quærebat, ut ab eo etiam qui determinatum sciret, et discere avebat quod destinatum erat. Atque ut nemo dicere queat quod sciret quidem Deus, et idcirco revelare posset, si quidem vellet : verumtamen non haberet agere in talibus natura aliisque causis : quomodo his permissis, alibi rursus ait, « Educ e custodia animam meam. » Ubi

Digitized by Google

non quærebat emori omnino, hoc est, discedere e vita (hoc enim etiam non quærenti eventurum erat aliquando), verum petebat divina eduei voluntate, etiam priusquam ad senectutem perveniret.' Ideoque alio loco dicit, « Ne revoces me in dimidio dierum meorum. »Atqui non quærebat quod insolens erat divinæ providentiæ, talis cum esset, et a Spiritu sancto edoctus, quænam petere oporteret. Quamobrem educit Deus hominis animum ex hac vita, cum ita constituerit, vel in dimidio cursu, aut prorsus in parte quadam mensuræ communioris, omnibus qui in vita persistunt, et addit et conscindit, sicut dictum est prius, dum aut sic ipse judicat, aut precantibus gratificatur, illi soli prægognitum, tanquam in termino et limite esset, quod in operibus ultimum usuvenit.

A γίνεσθαι, ἀλλὰ θεῖρ ἐξαχθῆναι θελήματι, καὶ πρὶν εἰς γῆρας ἐλθεῖν. Καὶ διὰ τοῦτό φησιν ὁ ἄλλαχοῦ· « Μὴ ἀναγάγῃς με ἐν ἡμίσει ἡμερῶν μου. » Οὐκ ἐζήτει δὲ τὸ ἄηθες τῇ θείᾳ προνοίᾳ τοιοῦτος ὤν, καὶ εἰδὼς ἐκ τοῦ Πνεύματος ἃ δεῖ αἰτεῖσθαι. Οὐκοῦν ἐξάγει ὁ Θεὸς τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν τῆς ἐνταῦθα ζωῆς, ἐπειδὰν βουληθῇ ἐν τῷ ἡμίσει, ἢ ὅλως μέρει τινὶ, τοῦ πᾶσι κοινοτέρου μέτρου τοῖς ἐν τῇ ζωῇ διαρκοῦσι, καὶ προστίθησι καὶ συντέμνει, καθάπερ εἴρηται πρότερον, ἢ οὕτω κρίνων αὐτὸς, ἢ καὶ τοῖς εὐχομένοις χαριζόμενος, ἐκείνῳ μόνῳ προεγνωσμένον, καθάπερ ὅρου καὶ πέρατος, ὃ τοῖς ἔργοις τελευταῖον ἐκβαίνει.

Quandoquidem vero nonnulli, ut ais, Basilium Magnum accusantes, ac propterea non admittentes, rursus expostulant; tu nunc, vir sanctissime, percepisti præclare tum accusationem, tum expostulationem, quantum prudentiæ ac veritatis habeat. Animadvertisti porro eum non perfunctorie sermonem hunc theologicum instituisse, sed in rem et ex professo: hæc et capita et metas pietatis nominando: a quibus par non esse quemquam deflectere audivisti a nobis, quippe cum in iis omnes doctores inter se consentiant; imo etiam divina opera legumque statuta concinant: tu æqui boniqne consules, quæ ex multis pauca tibi nunc exposuimus, quantum enodare licuit doctoris eximii cum divinis canonibus ipsis cohærentiam. Quando autem argumenta in contrarium miseris nobis, quæ te a multis audisse dicis: mittemus etiam ad te illorum solutiones. Quoniam vero hæc Basilii Magni assertio ad divinam prædestinationem tendit, habes amplum et luculentum sermonem nostrum de providentia Dei et prædestinatione (1), ad rem et usum tunc et sedulo admodum a nobis conscriptum. (O commune infortunium! o mœstissimam vitam meam!) illic etiam omnem ferme solutam invenies quæstionem, non eos solum, in quibus nonnulli fluctuant. Etenim dubitantes an fas esset, jam humanam eligendi optionem efficacem esse autumant in iis quæ sub electionem cadunt, aut coronari, aut puniri præpollente divina prædestinatione. An etiam fieri possit ut preces ad Deum fusæ utiles adhuc sint: et de iis quæ casu ac fortuito fieri dicuntur. Hæc et ejusmodi dubia habentes, quæ solvere minime possent, divinam destruunt prædestinationem, ut quæstionum dubitationumque causam. Illic hæc omnia videbis medicata veritatis pharmaco: ibidemque etiam Damascenum Joannem invenies pulcherrime consentientem antistiti, atque ut ipse Joannes voluisset: idemque gratiam habet iis qui ad consensum inducunt. Ibidem divinam Providen

B Ἐπεὶ δέ τινες, ὡς φῄς, αὐτὸν τὸν μέγαν Βασίλειον αἰτιώμενοι, καὶ διὰ τοῦτο μὴ προσιέμενοι, αὖθις ἐξαιτιῶνται· σὺ νῦν, ὁσιώτατε, συνῆκας μὲν τὴν αἰτίασιν καὶ τὴν ἐξαιτίασιν καλῶς, ὑπόσον ἔχει φρονήσεώς τε καὶ ἀληθείας· ἔμαθες δὲ αὐτὸν οὐκ ἐκ τοῦ παρήκοντος θεολογοῦντα ταῦτα, ἀλλὰ προὔργου, καὶ ὅρους εὐσεβείας ταῦτα, καὶ κεφάλαια ὀνομάζοντα, ὧν μὴ χρῆναι μηδένα παρεξιέναι ἠκούσας παρ' ἡμῶν, καὶ πᾶσι τοῖς διδασκάλοις τοῖς ὁμοίοις συμφωνοῦντα, μᾶλλον δὲ τοῖς θείοις ἔργοις καὶ νόμοις συνᾴδοντα, [Ισ. ταῦτα δέχου ἢ ἄλλο τι] ἅπερ ἐκ πολλῶν ὀλίγα σοι νῦν ἐξεθέμεθα, ὅσον αἰνίξασθαι τὴν τοῦ διδασκάλου πρὸς τοὺς θείους κανόνας ἐφαρμογήν. Ὑπόταν δὲ καὶ τὰς εἰς τοὐναντίον C ἐπιχειρήσεις πέμψῃς ἡμῖν, ἃς ἀκηκοέναι λέγεις πολλῶν· πέμψομέν σοι κἀκείνων τὰς λύσεις. Ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ Μεγάλου Βασιλείου ἀπόφασις αὕτη πρὸς τὸν θεῖον ἀνήκει προορισμὸν, ἔχεις τὸν πολὺν περὶ θείας προνοίας καὶ προορισμοῦ λόγον ἡμῶν, προὔργου τότε καὶ πάνυ σπουδαίως συγγεγραμμένον ἡμῖν. Ὦ τῆς κοινῆς δυστυχίας! Ὦ τῆς ἐμῆς λυγροτάτης ζωῆς! Ἐκεῖ καὶ πᾶσαν σχεδὸν λυομένην ἀπορίαν εὑρήσεις, οὐ μόνον αὐτὰς, ὑφ' ὧν τινες σαλεύονται. Ἀποροῦντες γὰρ, εἰ δυνατόν ἐστι, λοιπὸν τὴν ἀνθρωπίνην προαίρεσιν ἐνεργεῖν ἐν τοῖς προαιρετοῖς, καὶ ἢ στεφανοῦσθαι ἢ κολάζεσθαι, τοῦ θείου κρατοῦντος προορισμοῦ, καὶ εἰ δυνατόν ἐστι χρησιμεύειν ἡμῖν ἵνα τὰς εἰς τὸ θεῖον εὐχὰς, καὶ περὶ τῶν ἐκ τύχης καὶ αὐτομάτου λεγομένων γίνεσθαι, καί τινα τοιαῦτα D ἀποροῦντες, καὶ μὴ δυνάμενοι λύειν, τὸν θεῖον ἀποσκευάζονται προορισμὸν, ὡς τῶν ἀπορίων αὐτοῖς αἴτιον. Ἐκεῖ ταῦτα πάντα ὄψει ἰατρευόμενα τῷ φαρμάκῳ τῆς ἀληθείας. Ἐκεῖ καὶ τὸν Δαμασκηνὸν Ἰωάννην συμβιβαζόμενον εὑρήσεις τῷ καθηγεμόνι πάνυ καλῶς, καὶ ὡς ἂν αὐτὸς ὁ θεῖος Ἰωάννης βουληθείη, καὶ χάριν ἔχει τοῖς συμβιβάζουσιν. Ἐκεῖ τὴν θείαν Πρόνοιαν οὐ χωλεύων, καὶ πρὶν ὁμολογεῖν, ἀναιρῶν, ὡς οἱ πολλοὶ δι' ἄγνοιαν πάσχουσιν· ἀλλ' ὡς αὐτὸς βούλεται καὶ τίς ἐκβεβιάσεις, καὶ ὡς ἀπο-

(1) Hunc tractatum et alios tres quos de eodem argumento Gennadius elucubravit, huc usque inedilos, ex cod. Græc. Paris., Gennadii autographis, describendos curavimus cum aliis ejusdem opusculis anecdotis; at, ut jam monuimus, moras trahentibus descriptoribus nostris, omnia ad calcem voluminis amandare cogimur. Edit.

Digitized by Google

καλυφθῆναι τοῖς τέκνοις ἠθέλησεν, οἷς εὐδόκησε, τὴν ἀρμόττουσαν αὐτοῖς ἐκ φιλοσοφίας δοῦσα πρῶτον παρασκευήν. Ὡς οὖν ἐκείνου σοι τοῦ λόγου πρὸς πάντα ἀρκέσαντος, οὐδὲν νῦν περὶ τούτου πραγματευόμεθα. Σοὶ δὲ, φίλτατε, περὶ μὲν τῶν ὅρων τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ἀρκείτω πρὸς τοὺς ἐναντίους τὸ τοῦ Βασιλείου μόνον ἀξίωμα, εἰ μὴ δύνασαι ἀντεπιχειρεῖν αὐτοῖς καὶ λύειν τὰς ἀπορίας· τοῦτο γὰρ ποιεῖν ἐν τοῖς τοιούτοις φρονίμων ἐστίν· ἅμα δὲ καὶ ὑπὸ τῶν καθηγεμόνων τῆς Ἐκκλησίας οὕτω ποιεῖν κεκανονισμένον ἐστὶ καὶ προωρισμένον. Περὶ δὲ τοῦ θείου προορισμοῦ ἀρκείτω σοι τὸ τοῦ Παύλου ἀξίωμα, ἵνα μὴ λέγω τῆς ἱερᾶς ἁπάσης Γραφῆς. Ἐκ περιουσίας δέ σε τῇ δόξῃ τῆς ἀληθείας ἐνιδρύων ταύτῃ καλῶς, τὸν μέγαν προτίθημι Μάξιμον, ὥσπερ ἐπισφράγισμα τῇ τῶν ἁγίων καὶ σοφῶν καὶ θεολόγων σφραγῖδι, ὃν ταυτόν ἐστι διὰ τοῦτο καὶ πάντας προσθεῖναι τοὺς πρὸ αὐτοῦ. Ἐκεῖνος γὰρ πλείους Ἑκατοντάδας κεφαλαίων ἐξέθετο, ἃ *Γνωστικὰ* καὶ *Θεολογικὰ* ἐπιγράφει, ἄλλου κεφαλαίου παντάπασιν ἄλλην ὑπόθεσιν διοριζομένου· καὶ ὥσπερ ἀποφάσεις καὶ ὅρους ταῦτα συνέθετο, ὡς Ἱπποκράτης μέν ποτε τοὺς λεγομένους *Ἀφορισμούς*, τοὺς δὲ *Καρποὺς* Πτολεμαῖος. Τὸ τοίνυν κ' κεφάλαιον αὐτοῦ τῆς δ' Ἑκατοντάδος οὕτως διορίζεται· Ὃ τρόπῳ βούλεται ὁ τὴν ἑκάστου πρὸ τῶν αἰώνων διορίσας ζωὴν ὁ Θεὸς, ἕκαστον πρὸς τὸ οἰκεῖον τῆς ζωῆς ἄγει τέλος, εἴτε δίκαιον, εἴτε ἄδικον. Καὶ τοῦτο ὅλον καὶ μόνον αὐτοῦ τὸ κ' ἐστὶ κεφάλαιον. Ὡς οὖν προωμολογημένου πᾶσι τοῦ καὶ τὴν ζωὴν ἑκάστου διωρισμένην εἶναι, κατὰ τὸν χρόνον, καὶ τὸ πέρας αὐτῆς, ἀκολούθως καὶ τὸν τῆς τελευτῆς τρόπον, τῷ θείῳ θελήματι παραδίδωσι· ὡς ἂν καὶ ὁ τρόπος τῆς τελευτῆς τῷ μέτρῳ τῆς ζωῆς συμπροωρισμένος ᾖ πρὸ αἰώνων, καὶ ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸ τῆς ζωῆς ἄγοιτο τέλος, καθὼς ἂν τῷ Θεῷ δόξειεν οἰκεῖον εἶναι τῇ ἐνταῦθα τούτου ζωῇ, καὶ τῇ μετ' αὐτὴν διαδεξομένῃ καταστάσει, καὶ τὸ δικαίως ἀποθνήσκειν, εἴτε ἀδίκως, καὶ εἴτε τοὺς δικαίως βιοῦντας, εἴτε ἀδίκως, τῷ ποικίλῃ τε καὶ πανσόφῳ τοῦ Θεοῦ περὶ ἑκατέρους κρίσει μόνῃ προσήκει. Ταῦτα δὲ ἡμεῖς εὐρύτερον διειλόμεθα οὐκ οἰκοθεν, ἀλλὰ ταῖς ἱεραῖς ἀκολουθοῦντες Γραφαῖς. Ὁ δὲ φερωνύμως μέγιστος οὗτος τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλος τὸ συμπέρασμα προστίθησι μόνον· ὥσπερ νομοθετῶν ἔχεις, ὦ φίλτατε, καὶ τοῦτον ἡμῶν ἐκ τῆς ἡσυχίας τὸν λόγον. Μᾶλλον δὲ ὁ μέγας ἔχει Βασίλειος, καὶ ὁ τὴν ψυχὴν ἐκείνην φωτίσας, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A tiam, non claudicans, et priusquam confessus sit, tollens, ut multis præ ignorantia usuvenit, verum ut ipse vult, ut ipsemet, inquam, afflatus numine, utique voluit revelari liberis, in quibus sibi complacuit, cum ipsis congruentem ex philosophia primum dederit apparatum. Quamobrem tanquam tractatus ille tibi ad omnia suffecerit, nihil jam ea de re commentamur. Tibi autem, charissime, de vitæ humanæ limitibus, satis sit contra adversarios Basilii sola auctoritas: nisi possis argumentis aliis vincere, et quæstiones solvere: nam id præstare hac in re prudentium est: ad hæc etiam ab institutoribus Ecclesiæ sic facere regula constitutum ac præscriptum est. Porro de prædestinatione sufficiet tibi B. Pauli auctoritas, ne dicam totius sacræ doctrinæ. Sed addens cumulo, teque in hac agnitione veritatis præclare stabiliens, propono magnum Maximum, tanquam corollarium sigillo sanctorum et eruditorum theologorum, quem hic idem prope est atque omnes adjungere, qui eum præcesserunt. Etenim plures ille Centurias capitum exposuit, quæ Gnostica et Theologica inscribit, alio capite aliud omnino argumentum definiente; siquidem veluti enuntiationes ac terminos hæc composuit, ut olim Hippocrates celebres Aphorismos, et Ptolemæus Carpos. Igitur vicesimum caput Centuriæ IV Maximi sic determinat: Quo pacto vult Deus, qui ante omne ævum cujusque vitam definit, unumquemque ad proprium vitæ finem ducit sive justum, sive injustum. Et hoc solum per totum caput XX tractatur. Itaque, posito quod in confesso est et ab omnibus ante concessum, vitam nimirum cujusque determinatam præscriptamque esse secundum tempus et finem ejus; consequenter etiam interitus modum divinæ voluntati tradit; ut modus interitus simul cum vitæ modulo prædestinatus sit ante sæcula, et quisque hominum ad vitæ exitum duci possit; quemadmodum Deo videretur proprium esse ejus vitæ quæ hic degitur, et statui qui post illam succedet: et juste mori sive injuste: item seu juste viventes, seu inique, multiplici et sapientissimo Dei judicio soli congruit. Hæc autem nos latius enarravimus, non ex ingenio, sed convenienter Litteris sacris. Verum maximus hic Ecclesiæ D doctor tanto nomine dignus, conclusionem tantum adjungit, quasi legem sanciens. Tu, charissime, etiam hunc a nobis ex otio sermonem habes; quin potius magnus habet Basilius, et qui mentem illam illustravit, cui gloria in omne ævum. Amen.

Digitized by Google

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΣΧΟΛΑΡΙΟΥ

ΗΤΟΙ

ΓΕΝΝΑΔΙΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝΟΣ ΕΝ ΤΡΙΑΔΙ ΘΕΟΥ ΗΜΩΝ

ΚΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΟΝΤΩΝ

ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΑΘΕΩΝ ΗΤΟΙ ΑΥΤΟΜΑΤΙΣΤΩΝ, ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΠΟΛΥΘΕΩΝ (1).

—

GEORGII SCHOLARII

SIVE

GENNADII PATRIARCHÆ

DE DEO IN TRINITATE UNO

NOSTRI OMNIUMQUE RERUM CONDITORE

TUM ADVERSUS ATHEOS QUI AD CASUM CUNCTA REFERUNT, TUM CONTRA POLYTHEISTAS.

—

Opinari non esse Deum summæ est insaniæ, quemadmodum divus ait David : *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus;* imo si qua hominibus inest nequitia, id insaniæ opus ; adeo ut idem ferme sit bonum esse ac mente sanum, et summæ nequitiæ sic opinari. Quidam enim sensibus atque his insitæ voluptati semel affixi hanc in semetipsis pariunt malam insaniam, rursusque ex hujusmodi sententia, abjectis hominum moribus, in brutorum vitam toto pondere ruunt. Sunt autem admodum pauci qui suæ audeant pravitatis defensionem suscipere ; eo quod omnes homines tum boni tum improbi, rudiores simul atque docti Deum exsistere omnino persuasum habentes, eum sibi ipsis bonorum esse causam sentiunt ac tenent, pravitatis vero suæ calamitatumque inde decurrentium sese sibimet auctores ; sive jam ipsa hac de causa ad probatiorem mentem sint aliquando reversuri, sive etiam præ irrevocabili nequitia voluntariam stultitiam non abnegent. Paucissimi igitur, ut errorem suum iis commendent quos forte noverint suum

Οἴεσθαι μὲν μὴ εἶναι Θεὸν ἐσχάτης ἐστὶν ἀφροσύνης, ᾗ φησιν ὁ θεῖος Δαβὶδ, *Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, Οὐκ ἔστι Θεός* · εἰ δὲ καὶ πονηρία ἐν ἀνθρώποις ἀφροσύνης ἔργον ἐστί · διὸ καὶ ταυτὸν ἐστί πως ἀγαθὸν εἶναι καὶ ἔμφρονα, καὶ πονηρίας ἐστὶ τῆς ἐσχάτης τὸ οὕτως οἴεσθαι. Αἰσθήσει γάρ τινες καὶ τῇ κατ' αὐτὴν ἡδονῇ καθάπαξ [προσηλωμένοι τὴν πονηρὰν ταύτην ἐν σφίσιν αὐτοῖς ὠδίνουσιν ἀφροσύνην καὶ ἐκ τοῦ τοιαῦτα δοξάζειν αὖ ἀντὶ τοῦ κατ' ἀνθρώπους ζῆν ἐθέλειν, πρὸς τὸν βοσκηματώδη βίον ὅλῃ ῥοπῇ φέρονται · ὀλίγοι δὲ πάνυ τὴν τῆς πονηρίας ἀπολογίαν θαῤῥεῖν ἔχουσι, διὰ τὸ πάντας ἀνθρώπους ἀγαθούς τε ὁμοίως καὶ ψαύλους, ἰδιώτας τε καὶ σοφοὺς, Θεὸν εἶναι βεβαίως πάνυ φρονοῦντας, τῶν μὲν ἀγαθῶν σφίσιν αὐτοῖς ἐκεῖνον αἴτιον ἡγεῖσθαι καὶ ἔχειν, τῆς δὲ πονηρίας σφᾶς αὐτοὺς εἶναι νομίζειν αἰτίους καὶ τῶν ἑπομένων ταύτῃ δεινῶν, εἴτε καὶ ἐπιστρέφοντάς ποτε δι' αὐτὸ τοῦτο λογισμῷ ὀρθοτέρῳ, εἴτε καὶ ἐν ἀνεπιστρόφῳ τῇ πονηρίᾳ τὴν ἑκούσιον ἀφροσύνην οὐκ ἀρνουμένους. Ὀλίγοις τοίνυν πάνυ τὴν ἑαυτῶν καταπι-

(1) Ex cod. Gr. Paris. 1294, addita interpretatione nostra. Titulus apud Fabricium Bibl. Gr. XI, 878, et apud Alexandrum in Append. ad Plethonem *De legibus*, p. 441, sic effertur : Κατὰ Αὐτοματιστῶν καὶ Ἑλληνιστῶν ἤτοι πολυθέων, καὶ ὅτι Θεὸς εἷς ἐστι καὶ δημιουργὸς τοῦ παντὸς ἐν τριάδι ὑποστάσεων.

Digitized by Google

στεύοντας πλάνην, οὓς ἂν αἴσθοιντο πρὸς τὸν αὐτὸν αὐτοῖς κρημνὸν φέρεσθαι, πρὸς ἅπαντας εὐσεβεῖν προσποιοῦνται, καὶ γλώττῃ μὲν ὁμολογοῦσι τοῖς ἄλλοις πᾶσι Θεὸν εἶναι, τῇ δὲ καρδίᾳ τὸν ἰὸν τῆς ἀφροσύνης ἐγκρύπτουσι, διὸ καὶ μένουσιν ἀνιάτρευτοι· οὐδ' ἐν τῇ διανοίᾳ τὸν τοιοῦτον τῆς ἀσεβείας ἀθροίζουσι λογισμὸν, πόρρω γὰρ διανοίας οὕτως ὁ τόκος, ἀλλ' ἐν τῇ καρδίᾳ τὴν ἀθεΐαν ὠδίνουσι, τῆς πρὸς τὴν αἴσθησιν καὶ τὴν ὕλην ἀλογωτάτης ῥοπῆς αὐτὴν ἐνσπειρούσης. Εἰ γὰρ διανοίᾳ καὶ λόγῳ χρῆσθαι ἠδύναντο, δυνηθέντες ἂν εὐθὺς, εἴγε καὶ βουλομένοις ἦν ἁπάσῃ σπουδῇ τὸ Θεὸν εἶναι, καὶ φωτὸς ἦν ἂν αὐτοῖς ἐναργέστερον, καὶ ὅσα τῆς εὐσεβείας ἐντεῦθεν ἀνίσχει δόγματα· καὶ ἃ μὲν τὰς τῶν σοφῶν διανοίας καταλάμπουσι τοῦ Θεοῦ ἔργα, τοῖς πολλοῖς ἀνέφικτα καθορᾶσθαι, παρείσθω νῦν, ἐγκείμενα δὲ τοῖς αὐτῶν βιβλίοις, ἔξεστι τῷ δυναμένῳ τε καὶ βουλομένῳ ζητεῖν, ἐξ ὧν ὅτι τε ἀνάγκη πᾶσα τὸν Θεὸν εἶναι, καὶ ὡς ἀδύνατον ἂν μὴ εἶναι καὶ πέρα παντὸς ἀδυνάτου, δείκνυται. Παρίεμεν δὲ καὶ τὴν κοινὴν ἁπάντων ἀνθρώπων δόξαν, μέγα τι πρὸς τὴν ἀλήθειαν δυναμένην, εἴπερ οὐδέν ἐστιν ἀληθέστερον τῶν φύσει πᾶσιν ἐγνωσμένων ἀρχῶν· πλὴν γὰρ ἐλαχίστων πάνυ τῶν λίαν ἀφρονεστάτων, ὡς εἴρηται, Θεὸν πάντες ἐνίθεντό τε καὶ τίθενται, ὥστε καὶ τὸ τί ἦν εἶναι καὶ πῶς εἶναι τοῦτον ἐπιζητῆσαι θελήσαντες διὰ τὴν ἐν τούτοις δυσχέρειαν, ὡς εἰκὸς ἐστι περὶ Θεοῦ σκοπουμένοις, εἰς διαφόρους κατεμερίσθησαν ἄνθρωποι δόξας καὶ τῆς προτέρας ὅμως καὶ κοινοτέρας οὐκ ἀφίστανται θέσεως. Θαύματι μὲν οὖν ἀσμενίζουσι καὶ κατέχουσι· τὸ γὰρ μὴ δύνασθαι τῷ ἐμφύτῳ λόγῳ κατανοεῖν ταῦτα περὶ Θεοῦ, μηδὲ τοῖς φύσει γινωσκομένοις καὶ ταῦτα σύστοιχα εἶναι, τοῦ Θεὸν εἶναι ποιοῦνται μέγα τεκμήριον, εἴπερ τῇ τοῦ Θεὸν εἶναι ἐννοίᾳ τὸ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ νῷ τε ἄληπτον εἶναι καὶ γλώττῃ ἄρρητον, σοφῶς πάνυ καὶ οἰκείως ἀκολουθεῖ· οὐδὲ τὰς θεόθεν ἀποκαλύψεις τῆς περὶ αὐτὸν ἀληθείας τίθεμεν νῦν, πρὸς γε τὴν χρείαν τοῦ τῶν ἀφρονευομένων ἐλέγχου, λίαν οἰκείως προϊόντος τοῦ λόγου, πρὸς ἑτέραν χρείαν παραληψόμενοι. Ἀλλ' ἐπεὶ Θεὸν οὐ νομίζοντες εἶναι τήν τε τῶν ὄντων ἀναιροῦσι δημιουργίαν καὶ τὴν εἰς πάντα ταῦτα διατρέχουσαν τοῦ Δημιουργοῦ πρόνοιαν, ἀκολούθως τῇ ἐνταθείσῃ αὐτοῖς ἐν τῷ παντὶ τῷδε τάξει καὶ αὐτομάτως τά τε ὄντα εἶναι τά τε γινόμενα γίνεσθαι οἴονται, καὶ ἅπας ἄλλος ἐσμὸς τοῦ ψεύδους ἐντεῦθεν ἀκολουθεῖ, ἀρκεῖ πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν πυθέσθαι τινὸς αὐτῶν ἁπλᾶ τινα καὶ πάνυ βραχέα περὶ αὐτοῦ μόνου καὶ μόνον αὐτὸν ἔλεγχον τῆς οἰκείας ἀφροσύνης προστήσασθαι ἐξ ὀλίγων τε καὶ φανερωτάτων τῶν περὶ αὐτὸν φαινομένων.

Ἄνθρωπε, σὺ τῶν ἄλλων ἐν γῇ πραγμάτων προέχεις τῇ φύσει προδήλως καὶ τῆς γῆς αὐτῆς· γῆς μὲν ὑπέρκεισαι καὶ λίθου τοῖς ἐν σοὶ πᾶσι καλοῖς τῆς φύσεως, σωματότητι μόνῃ τούτοις ἑνούμενος· καὶ σὺ γὰρ σῶμα περίκεισαι, εἰ δὲ βούλει, καὶ τῷ εἶναι ὃ κοινόν ἐστι τοῖς οὖσι πᾶσιν ἁπλῶς. Φυτῷ δὲ

A in idem ferri præcipitium, apud omnes pietatem simulant et lingua quidem una cum cæteris omnibus Deum esse confitentur, in corde vero insaniæ venenum abstrusum retinent; atque ideo manent insanabiles. At neque mente tenus illud impietatis cogitatum sibi conferunt, quippe qui alienus a mente fœtus iste; sed in corde atheismum generant, conceptum scilicet ex amentissimo illo ad sensibiles terrenasque res impetu. Nam si mente possint ac ratione uti, quod certe facile possent dum omni studio Deum esse velint, ipsa luce clarius et divina veritas et quotcunque ad pietatem inde prodeunt dogmata illis effulgerent. Porro ea quidem Dei opera quæ doctiorum mentes illuminant, vulgi vero oculis sunt inaccessa, quod nunc B est, prætereamus; atenim quæ in eorum libris memorantur cuivis idoneo ac volenti licet inquirere, unde demonstratur et necesse omnino esse Deum exsistere et supra quam dici potest impossibile eum non esse. Sed et illam prætermitto communem omnibus hominibus sententiam, quæ non modicum pro veritate valet; siquidem principiis naturaliter apud omnes acceptis nihil quidquam certius. Nam, ut diximus, præter quam paucissimos admodum insanientes, Deum omnes agnoverunt et agnoscunt; ita nempe ut cum ejus essentiam et modos explorare tentaverint, rerum difficultate pressi, ut par est de Deo speculantibus, in varias varii divisi sunt opiniones; nec tamen a priori communioriique sensu hucusque deficiunt. Atqui admirationi indulgent et C inhærent: cum enim hæc de Deo præfata nec indita ratione possint intelligi neque rebus naturaliter notis sint congeneræ, hinc Deum esse argumentum non leve sibi comparant: siquidem posito prius illum exsistere, tum ejus essentiam neque intellectu comprehendi nec sermone declarari posse, perquam apposite ac genuine consequens est. Neque divinas de ejusdem Dei veritate revelationes in præsentiarum adducam; cum ad eos confutandos, qui ita dementiunt aptissime ratio per se proficiat, cæterum illas alium ad finem allaturus. Sed quoniam semel abjecto Deo entium creatorem simul auferunt et Creatoris per hæc omnia per- D meantem Providentiam, consentaneum est, ex ipsorum de his universis inducto systemate, ut casu esse quæ sunt et fieri quæ fiunt arbitrentur, ac indidem omnigenum aliud erroris agmen exsequitur. Idcirco sat erit ad præsentem scopum cuipiam eorum brevissimas quasdam et apertas interrogationes circa ipsum solum proponere unumque ipsum sibi in amentiæ suæ argumentum proferre, scilicet ex paucissimis evidentissimisque quæ ad ipsum attinent phænomenis.

Mi homo, tu manifeste cæteris terrenis rebus ipsique terræ natura præstas: terram nempe et lapidem internis omnibus naturæ dotibus superas, corpore tantum cum illis adunatus (nam et tu corpore circumvestiris); aut etiam, si placet, ipsomet esse quod universis omnino entibus convenit.

Digitized by Google

Cum planta autem magis ac perfectius vitam participas, qua et planta etiam a terra et lapide ac quovis inanimato distat. Jam vero cum zoophytis ambulatorium motum communem habes quo et illa plantas exsuperant. Hoc iterum tibi cum animalibus congruit quod præter omnia præfata sensu polles, unde et animalia cæteris cunctis præeminent. Uni tandem tibi indita ratio est qua summe cætera præcellis universa. Undenam igitur concinna hæc inter te primum et reliqua, horum deinde inter se invicem distinctio, quæ per omnem cujusque generis atomorum infinitatem pervadit? Nunquid ab ipsis? At si lapis quidem potuisset esse planta, humilioremne gradum teneret? Haud certe magis quam tu regiæ malis esse janitor quam, optione tibi data, ad cubile regium assistere. Num et planta sponte fuisset animali inferior? Aut equus nonne, si penes ipsum fuerit, humanam sibi naturam vindicasset? At neutiquam, inquit, a semetipsis illa distinctio, sed fortuito et casu facta est. Verum enim si quid ejusmodi raro in iis adsit quæ statuto et definito fiunt ordine, id, ut natura vult et ratio, his quatenus sunt ex diametro est. Unde si hæc non exsisterent, neque illud unquam fieret, sicut morbus non supervenit nisi præcedenti sanitati. Sed esto nunc causa hæc sit cur ita res forte contingat, non ideo cæteris omnibus similiter se habet. Porro nulla movente causa, nihil unquam futurum esset, at certe portentosum aliquid semel accidens per multas temporum periodos corruptio est naturalis ordinis ex quodam naturæ morbo exorta. Præterea nonne tu cuncta moliris, quippe qui ratione polles, ut quænam sint agenda eligas? Ut quid ergo volatum jamdiu non usurpasti cum sæpius fortasse dixeris: Utinam modo volare queam? Ex eo evidenter quod, ad volandum cum natus non sis, fieri non potest ut homo simul exsistas et volatile. Quidni vero per imum mare perambulas; ut jam tot tantosque labores ac discursus fugias quibus desursum piscanti opus est? Quia videlicet a natura non habes ut in aquis degere valeas, sicut nec in terra piscis, Unde quamvis tuopte cæterorum vivendi genus affectes, id natura tibi circa pleraque præfinitum est, et natus non sis oportet ad omnia pro libito peragenda, imo quoad pleraque sis omnino impos.

Illæ igitur inter unumquodque rerum genus differentiæ, quæ ad ipsos usque generis atomos ita perveniunt ut nec plus neque minus habere possint boni quam cuique natura præstituit, qui jam casu essent aut fortuito, si quidem quod fortuitum aut casuale est cum ordinatis definitisque rebus ex adverso dissidet et ea quæ in contrarium discrepant nunquam coalere possunt? Illa autem quæ sunt per ordinem disposita, sive id natura fiat sive hominis arbitrio, quomodo sic evaderent, disponente nemine? Aut nec a semetipsis ordinata undenam tandem ordinarentur? Si vero mihi dederis ex superioribus quidem et communioribus causis hoc quodam ex ordine fieri, primum a te jamjam effluit casuale

καὶ ἔτι πλείονος κοινωνεῖς καὶ μείζονος τοῦ ἐμψύχου, ᾧ καὶ τὸ φυτὸν γῆς τε καὶ λίθου καὶ παντὸς ἀψύχου διίστατα· πρὸς δέ γε τὰ ζωόφυτα τὸ κινεῖσθαι μεταβατικῶς κοινὸν ἔχεις, ᾧ κἀκεῖνα τῶν φυομένων πλεονεκτοῦσι. Τοῖς δὲ ζώοις ἔτι περαιτέρω συμπέπλεξαι, τῷ πρὸς τοῖς εἰρημένοις πᾶσι καὶ αἰσθάνεσθαι, ᾧ καὶ τὰ ζῶα τῶν ἄλλων πάντων προέχουσιν· σοὶ δὲ μόνῳ τὸ λογίζεσθαι μόνον ἔστιν, ᾧ τῶν ἄλλων πάντων ἐξόχως ὑπέρκεισαι. Πόθεν οὖν ἡ εὔτακτος αὕτη διάκρισίς ἐστί σοι πρός γε τὰ ἄλλα κἀκείνοις πρὸς ἑαυτὰ πᾶσαν διατρέχουσα τῶν ὑφ' ἑκάστῳ γένει τὴν ἄπειρίαν ἀτόμων; πότερον ἀφ' αὐτῶν; καὶ εἴπερ ὁ λίθος ἠδύνατο φυτὸν εἶναι, εἵλετο ἂν τὸν χείρω βαθμόν; Οὐ μᾶλλον, ἢ σὺ θυρωρὸς ἂν εἵλου τῶν βασιλείων εἶναι ἀντὶ τοῦ τῷ βασιλικῷ κοιτῶνι παρίστασθαι, ἐπὶ σοὶ κειμένης τῆς ἐκλογῆς. Καὶ φυτὸν ἦν ἂν ἑκὼν χεῖρον τοῦ ζώου; καὶ ἵππος δυνάμενος ἂν ἀνθρώπου φύσιν ἔχειν οὐκ ἂν ἐβουλήθη; Ἀφ' αὐτῶν μὲν οὖν οὐδαμῇ, ἀλλ' αὐτομάτως καὶ τυχαίως ὧδί διακέκριται. Ἀλλ' εἴ τι τοιοῦτο ἐν τοῖς γινομένοις σπανίως ἐστὶ τοῖς τεταγμένοις τε καὶ ὡρισμένοις, καὶ κατὰ φύσιν καὶ λόγον οὖσιν ἀντιδιῄρηται, ὅθεν εἰ μὴ ταῦτ' ἦν, οὐδ' ἂν ἐκεῖνό ποτε γίνεσθαι ὥσπερ νόσος ἐπισυμβαίνει, διὰ τὸ πολλῷ πρότερον ὑγείαν εἶναι· καίτοι καὶ τοῦτο προσεχῆ μὲν αἰτίαν τοῦ ὧδί πως ἀποβαίνειν οὐκ ἔχει τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ὁμοίως· αἰτίας δ' ἄνευ τῆς ποιούσης οὐκ ἂν ποτε γένοιτο, καὶ τερατῶδες δέ τι γινόμενον ἅπαξ ἐν περιόδοις χρόνων πολλαῖς φθορὰ τῆς φυσικῆς ἐστι τάξεως; διά τι πάθος τῆς ὕλης οὕτω συμβαίνουσα. Ἐπὶ τούτοις οὐ σύ γε πάντα ποιεῖς προαιρούμενος ἅττ' ἂν ποιοίης, τῷ γε λογικὸς εἶναι; διὰ τί μὴ καὶ ἵπτασθαί ποτε προαιρῇ καίτοι πολλάκις ἴσως εἰπών, Εἴθε νῦν ἠδυνάμην πτῆναι; ἢ δῆλον, ὅτι μὴ πέφυκας ἵπτασθαι, οὐδ' οἷόν τέ ἐστιν ἄνθρωπόν σε ἅμα καὶ πτηνὸν εἶναι. Διὰ τί δὲ μὴ καὶ τὸν τῆς θαλάττης διατρέχεις; βυθόν, ἵνα μὴ τοσούτοις πόνοις καὶ μεθόδοις τρέφῃ τοιαύταις, τοὺς ἰχθῦς ἄνωθεν ἁλιεύων; ἢ δῆλον, ὅτι μὴ πέφυκας ἐν ὕδασι δύνασθαι ζῆν, ὥσπερ οὐδ' ἰχθὺς τοῦτο δύναιτ' ἂν ἐν τῇ γῇ· ὅθεν εἰ καὶ τῷ προαιρέσει ζῆν τῶν ἄλλων πλεονεκτεῖς, ἀλλὰ φύσει καὶ τοῦτό σοι πρὸς πλεῖστά γε ὥρισται, καὶ δεῖ σε μὴ πάντα πεφυκέναι πράττειν προηρημένον, πρὸς τὰ πλεῖστα δὲ ἀποπεφυκέναι.

Αὗται τοίνυν αἱ διαφοραὶ κατὰ γένος μὲν ἕκαστον οὖσαι, ἐπὶ δὲ τὰ τοῦ γένους ἄτομα διατρέχουσαι, ὡς μήτε δύνασθαι πλέον ἔχειν μήτ' ἔλαττον τοῦ φύσει ἑκάστοις ὡρισμένου καλοῦ, πῶς ἂν τυχαίως εἶεν ἢ αὐτομάτως, εἴπερ τὸ τυχαῖόν τε καὶ αὐτόματον τῷ τεταγμένῳ τε καὶ ὡρισμένῳ ἀντιδιῄρηται, καὶ ἀντιφατικῶς διακεκριμένα· οὐκ ἂν δύναιτο συνελθεῖν, τεταγμένα δὲ ὄντα τὰ φύσει τε οὕτω γινόμενα καὶ προαιρέσει ἀνθρωπίνῃ, πῶς ἂν ἄνευ εἶεν τοῦ τάττοντος, καὶ ὑφ' αὐτῶν οὐ ταττόμενα τάττοιντ' ἂν ἑτέρωθεν δήπου; Εἰ τοίνυν δοίης, αἰτίοις ὑψηλοτέροις τε καὶ κοινοτέροις ταῦθ' οὕτω γίνεσθαι μετά τινος τάξεως, πρῶτον μὲν οἴχεταί σοι λοιπὸν τὸ τυχαῖόν τε καὶ αὐτόματον· εἶτα καὶ περὶ ἐκείνων ἡ

Digitized by Google

αὐτὴ ἂν ζήτησις εἴη, τοῖς ὑποκάτω τούτοις ὁμοίως φύσει τε καὶ τάξει πρὸς ἄλληλα διαφερόντων. Οὐδ' ἐκεῖνα γὰρ παρ' ἑαυτῶν τὴν τοῦ ποιεῖν οὕτω καὶ τάττειν ἐν τοῖς ὑποδεεστέροις ἔχουσι δύναμιν, οὔτε τὴν πρὸς ἄλληλα ὑπεροχήν τε καὶ ὕφεσιν· σελήνη γὰρ, εἴπερ ἐξῆν αὐτῇ, εἶλετ' ἂν μᾶλλον ἥλιος εἶναι καὶ ἅπερ ἥλιος ἐν τοῖς ὑποκάτω τούτοις ποιεῖ, ταῦτα ποιεῖν μᾶλλον αὐτὴ, πλεῖω τε καὶ βελτίω ὄντα, ὧν αὐτὴ ποιεῖν δύναται· καὶ ἥλιος πρός γε τὰ ὑπὲρ αὐτὸν σώματα τοιοῦτος ἂν ἦν, καὶ μάχη τις ἂν ἦν ἀντὶ τάξεως. Οὐκοῦν καὶ τοῖς ὑψηλοτέροις ἐκείνοις ἠναγκασμένη τίς ἐστιν ἡ τοιαύτη τάξις· ὅθεν αὐτῇ καὶ τὸ ἀμετάβλητον διηνεκῶς ἕνεστι, καὶ φυσικῆς οὔσης τῆς τοιαύτης ἐν αὐτοῖς τάξεως καὶ τὴν φύσιν ἐν αὐτοῖς ἐχούσης ἀρχὴν, τὴν αὐτὴν ἂν ἔχοιεν αἰτίαν δήπου, τοῦ τε ὧδε πεφυκέναι τοῦ τε οὕτως τετάχθαι καὶ τοιάδε δρᾶν ἐν τοῖς ὑποκάτω τούτοις. Ἀλλὰ καὶ αὖθις συνθάνομαί σου· οἰκοδόμος εἶ σύ γε τυχὸν, καὶ πῶς οὐχ ἅμα καὶ ναυπηγὸς εἶ; εἰ δὲ καὶ τοῦτο, διὰ τί μὴ καὶ τρίτην τὴν σκυτοτομικὴν ἔχεις; καὶ ὡς ἂν συνελὼν φαίην, διὰ τί μὴ καθάπερ μιᾶς, οὕτω καὶ πάσης τέχνης προέστηκας; ἢ δῆλον, ὅτι τῷ μὴ δύνασθαι πάσας ὁμοῦ μετιέναι. Δεῖ γὰρ πρὸς ἑκάστην τέχνην πολλὰ μὲν μαθεῖν, πλείω δὲ ἐνηργηκέναι καὶ οὕτω τὴν ἕξιν πείρᾳ λαβεῖν· ταῦτα δὲ πλείονος ἂν δέοιτο χρόνου, οὐδ' ἂν ὁ ἑκάστου βίος ἀρκέσειε πρὸς τὸ πλείους οὕτω κτήσασθαι μόνον, καὶ πρίν τινα μαθεῖν ἁπάσας καλῶς τοῦ θανάτου φθάσαντος οὐκ ἂν οὐδεμιᾷ χρήσαιτο. Τοῦ δὲ δύνασθαι χρῆσθαι χάριν ταύτας κτᾶσθαι σπουδάζουσιν ἄνθρωποι· ἀλλὰ καὶ τὸ δύνασθαι τέχνην μίαν ἢ δύο μαθεῖν πόθεν ἔχεις; παρὰ σαυτοῦ; καὶ μὴν ἥρκει γ' ἂν τὸ θελῆσαι πρὸς τὸ μαθεῖν, καὶ οὕτως ἂν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πάσας ἂν εἶχες εἰδέναι· ἀλλὰ τῆς εἰρημένης προχωρήσεως; δέῃ καὶ χρόνου πρὸς ἑκάστην πλείονος. Οὐκοῦν ἄλλοθέν σοι τὸ δύνασθαι μαθεῖν ἐστιν ἑτοῦν τῇ φύσει σπινθῆρος δίκην ἐγκείμενον· καὶ ὥσπερ οὐκ ἐγένου τῷ θελῆσαι γίνεσθαι, οὐ γὰρ ἦσθα πρὶν γίνεσθαι, οὕτως οὐδὲ τὸν σπινθῆρα τοῦτον ἔσχες τῷ βουληθῆναι, καὶ τὸ μὴ πάσας ἀλλ' ἐνίας δύνασθαι, καὶ τὸ μὴ πρὸς πάσας ὁμοίως ἀδυνατεῖν. Οὔτε μὴν αὐτομάτως ἔσχες· εἶχες γὰρ ἂν μόνος ἢ μετ' ὀλίγων αὐτὸς, τῶν ἄλλων πρὸς τὸ μαθεῖν ἀποκεφυκότων, ὥσπερ πρὸς τὰ φύσει γινόμενα οὐδέν ἐστι σχεδὸν τά γε αὐτομάτως λεγόμενα γίνεσθαι. Νῦν δὲ πάντες ἄνθρωποι τὴν τοῦ μανθάνειν ἔχουσι δύναμιν, ἀορίστως μὲν τὴν ἀρχὴν πρὸς ἁπάσας ἔχουσαν τέχνας πρὶν ἄρξασθαι μανθάνειν, μετὰ δὲ τοῦτο πρὸς μίαν τέχνην ὁριζομένην, ἣν ἄν τις καὶ μανθάνειν ἄρξαιτο, εἰ δ' εὐφυέστερός τις εἴη. πρὸς δύο καὶ τρεῖς, ἀλλ' οὗτοι γε πρὸς τὰς πλείστας, σχολῇ γε πρὸς πάσας ὁμοῦ· καὶ τὴν τοιαύτην δὲ τῆς φύσεως ἐπιτηδειότητα πρὸς τὸ πλείους μαθεῖν ἑτέρωθεν ἔχεις, ὅθεν δὴ καὶ τὸ μαθεῖν ἁπλῶς δύνασθαι· ὥστε καὶ σημεῖα τῆς τοιαύτης δεινότητος, ὥσπερ αὖ τοὐναντίον τοῦ μὴ πεφυκέναι πρὸς πλείους, ἐν τῇ τοῦ σώματος ὁρῶνται κατασκευῇ τὴν ἔνδον δηλοῦντα διάθεσιν, ἃ τοῖς περὶ ταῦτα δεινοῖς καλῶς ἐξητάσθη.

A istud et fortuitum, deinde et illa ipsa, eadem si disquisitio fieret, naturaque et ordine, sicut res inferiores ab invicem dissita comperias. Neque illis enim a seipsis facultas inest ita peragendi disponendive circa res inferius positas, nec etiam inter se præstandive aut subjacendi. Etenim luna, si per se liceat, sol esse potius haberet et eadem quæ sol apud inferiora ipsamet agere, ut pote plura et præstantiora quam quæ ipsa potest. Ita et sol eodem modo se haberet erga sublimiora sibi corpora, indeque pugna quædam pro ordine prodiret. Quamobrem illis etiam sublimioribus rebus statuta quædam hæc est ordinatio, unde et ipsa quidem in perpetuum staret indefecta, et in illis ejusmodi ordinatione insita quæ ipsam habet auctorem naturam, eadem omnibus causa esset cur ita sint nata definitaque ad similia sibi subjectis impertienda. Atenim a te rursum quæro: Tu forte artis es cameritiæ, quidni vero simul et naupegiæ? Porro si res ita se habeat, cur non et sutorium tenes? Denique ut summatim loquar, quare ut artem unam sic omnes adeptus non es? Ex eo manifeste quod impossibile sit cunctas simul assequi. Nam ad quamlibet artem multa quidem ediscenda; plura sunt exercenda ut quispiam usu peritus evadat. Ad hæc autem multo tempore opus esset nec singulis vita sufficeret ad plures tantum acquirendas, et priusquam scite omnes aliquis attingeret, morte præoccupatus ne unam quidem exerceret. Sed esto: homines illas ut exercere valeant acquirere contendant; atqui ipsa hæc artem unam aut duo callendi facultas undenam tibi? Num a temetipso? Tum igitur velle satis fuisset ediscendi gratia, sicque omnes brevi potuisses edoceri. Sed præfato sane progressu et multo tempore tibi ad singulas opus est. Ergo aliunde habes ut discere valeas quidquid instar scintillæ est in natura depositum. At quemadmodum non ex eo factus es quod fieri volueris (nec enim prior fuisti quam fieres), ita neque scintillam istam haberes eo ipso quod animo proposueris sive non dicam omnes sed aliquot percallere, sive non esse omnium simul expertem. Cæterum neque istud casu nactus esses, haberes enim unus ipse aut tecum pauci, peritiæ cæteris exsortibus; quemadmodum quæ fortuita dicuntur, pro naturaliter contingentibus nihil fere sunt. Jam vero omnibus inest hominibus ediscendi facultas, indefinita quidem initio circa artes omnes, priusquam discere incipiant; postea vero uni tantum addicta quam quivis susceperit assequendam. Quod si quis aptioris fuerit ingenii, ad duo vel tres nec ad plures pertinget, multo minus ad universas. Verum hæc etiam naturalis ad plures artes aptitudo aliunde tibi fit, unde nimirum ipsa discendi facultas. Adeo ut signa etiam ejusmodi habilitatis sicut et inertiæ, in corporis constitutione appareant ex quibus innotescit animi captus, prout accurate de his perite compertum haben:.

Digitized by Google

Qua vero de causa non eædem omnibus artibus materiæ subjaceant, sed alii alia quæritur? Nec enim profecto eadem ex materia tibi calceamentum et domum erues, et si non modo cæmentitiam sed et sutoriam coleres artem; neque ultro laborares si ex eadem posses utrumque conficere. Undenam igitur apud artifices illa circa materias discretio? Non enim sua sponte id operis exhibent; tuque ipse licet omnibus similiter ad structuram tuam uti liceret, at non ideo posses. Viden, quod ejusmodi ordinatio, tametsi in artibus et opificiis per se videatur arti subjecta, ipsa revera præsit omnibus quæ naturaliter constant, tibi vero potestas indita sit inveniendi quænam cuilibet arti materia congruat; ipsa denique ratio est etiam sibi famulantis exercitii. Præterea quare cum ædificas a fundamento incipis, muros deinde coagmentas, posthæc tabulamenta supersternis ac parietes rursum erigis, tum deinceps tectum imponis, ac tandem distributam exornas interiorem domum; atenim nunquam retroversus ista peragis? Annon evidens quod etiamsi aliter velis, non ideo præstare queas? Vel etiam profecto pedibus utut capiti innixis incederes, si modo valeas, quod et lusores quidam prodigiose patrant; hi vero ne una quidem vice capiti pro pedibus insistunt, impossibile enim est; manibus autem evecto capite humi ludunt, vice pedum manibus utentes. Utquid insuper in mari non ædificas, aut nauta non solet terra navigare, nisi quod neque per agros navigatio, nec in mari unquam ædificatio fungi queat suo munere? Uno verbo, ex arte quidem ædificare didicisti, natura autem naturalibusque rebus uteris. Aut si esses medicus, herbas utique ac lapides in hanc artem adhiberes. Atqui alia quidem ad aliud herba nata est, neque ad morbos tantum sanandos, sed et inducendo tum scilicet ipsis utentibus, tum iis qui recte uti nesciunt; alia vero etiam plane perimunt, nedum sanitatem servent aut revocent. Ita et lapides operantur, nec eorum natura ulla unquam posset industria mutari. Hoc tantum prohibentur ne, proprium assequendo finem, alias sibi contrarias vires aut efficaciores præpediant necnon et reliquas artis methodos.

Ἆλλα δὲ πῶς οὐχ αἱ αὐταὶ πάσαις ὑπόκεινται τέχναις; πρὸς δ' ἄλλην τέχνην ἄλλη ζητεῖται· οὐ γὰρ τῇ αὐτῇ γε ὕλῃ ὑπόδημα ἂν τεχνάσαιο καὶ οἰκίαν, εἴπερ καὶ σκυτοτομεῖν εἰδείης, οὐ μόνον οἰκοδομεῖν· οὐκ ἂν δ' εἶχες πράγματα ἐκών. εἴπερ ἠδύνασο, τῇ αὐτῇ οἰκόν τε καὶ ὑπόδημα ποιεῖν ὕλῃ. Πόθεν δ' ἡ κατὰ τὴν ὕλην αὕτη διαφορὰ πρός γε τὰς τέχνας τοῖς μετιοῦσιν; οὐ γὰρ βουλόμενοι τοῦτο πάσχουσιν, καὶ σὺ βουληθεὶς κεχρῆσθαι πάσαις ὁμοίως πρὸς τὴν σὴν οἰκοδομικὴν οὐκ ἂν δύναιο, καθάπερ ἔφθην εἰπών. Ὁρᾷς τὴν τοιαύτην τάξιν καὶ ταῖς τέχναις τε καὶ τοῖς τεχνητοῖς φαινομένην τῷ τὴν μὲν φύσιν ὑποκεῖσθαι τῇ τέχνῃ, τετάχθαι δὲ προδήλως αὐτὴν ἐν τοῖς φύσει συνεστῶσιν ἅπασι, σοὶ δὲ δύναμιν ἐντεθεῖσθαι τοῦ, ποίᾳ ἂν ὕλῃ ποίᾳ τέχνῃ ἁρμόσειεν, εὑρετικήν· ταύτην δ' εἶναι τὸν λόγον καὶ πείρας ὑπουργούσης αὐτῷ. Ἀλλὰ μὴν καὶ διὰ τί ἐκ θεμελίου οἰκοδομῶν ἄρχῃ, εἶτα τοίχους συνείρεις, εἶτ' ἐφαπλοῖς καταστρώματα καὶ τοίχους αὖ ἐπεγείρεις, εἶτα τελευταῖον ἐπιτιθεῖς ὀροφὴν, εἶτα μερίζων ἔνδον κατακοσμεῖς, ἀλλ' οὐδέποτε καὶ ἀντεστραμμένως ταῦτα ποιεῖς; ἢ δῆλον, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως δύναιο ποιεῖν οὐδὲ βουληθείς; Ἢ γὰρ ἂν καὶ περιεπάτεις ποτὲ τῇ κεφαλῇ τοὺς πόδας ἐπερείδων, εἴπερ ἠδύνασο, ὅπερ ἔνιοι παίζοντες παραδοξοποιοῦσιν· κάθηνται δὲ οὐδ' οὗτοι τῇ κεφαλῇ καθάπαξ ἀντὶ ποδῶν, ἀμήχανον γὰρ, ταῖς δὲ χερσὶ τὴν κεφαλὴν μετεωρίζοντες ἐπὶ γῆς παίζουσι ταῖς χερσὶν ἀντὶ ποδῶν χρώμενοι. Διὰ τί δὲ καὶ μὴ οἰκοδομεῖς ἐν θαλάσσῃ, οὐδ' ὁ πλευστικὸς ἐπὶ γῆς εἴωθε πλεῖν, ἢ ὅτι πλευστικὴ μὲν ἐπὶ γῆς, οἰκοδομικὴ δὲ ἐπὶ θαλάττης οὐκ ἂν δύναιντό ποτε τὰ αὐτῶν πράττειν; καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τέχνῃ μὲν δήπου τὸ οἰκοδομεῖν ἔχειν εἴληφας, κέχρησαι δὲ φύσει τε καὶ τοῖς τῆς φύσεως ἔργοις. Καὶ ἰατρὸς εἴπερ ἦσθα, βοτάναις ἂν καὶ λίθοις πρὸς τὴν τέχνην ταύτην ἐκέχρησο· βοτάνη δὲ ἄλλη δρᾷν ἄλλο τι πέφυκεν, οὐδὲ νοσημάτων ἀπαλλάττειν μόνον, ἀλλὰ καὶ νόσους ποιεῖν τοῖς ὅλως χρωμένοις ἢ τοῖς οὐκ εἰδόσι χρῆσθαι καλῶς, καὶ κτείνουσι δὲ ἄλλαι τελείως ἀντὶ τοῦ τρέφειν ἢ τὴν ὑγείαν ἐπανασώζειν· καὶ λίθοι δὲ ὡσαύτως ταῦτα ποιοῦσι, καὶ τὴν αὐτῶν φύσιν οὐδεὶς ἂν οὐδεμιᾷ μεταποιήσειε τέχνῃ· εἰργονται μόνον τὰ αὐτῶν, ἐξανύειν ἄλλοις τἀναντία τε πεφυκόσι καὶ δραστικωτέροις ἀντιπραττόμενα καὶ μεθόδοις τέχνης ἑτέραις.

Itaque ex sublimioribus Dei operibus atque rerum et virium his insitarum tam concinna distinctione, ex manifestissima et stupenda mundi hujus universi administratione cui tantus ordo præest, ex multis aliis denique id generis unde omnes ad Dei notitiam necessario compulsi sunt, posses et tu comperire, si libeat, nihil esse vel fieri quod præter ordinem fiat aut sit, universaque entia quadam quasi permirabili catena connecti simul ac secerni, cujus non fuissent ipsi sibimet auctores. Neque tot tamque dissimiles naturæ in unius mundi constitutionem inter se essent ab initio consertæ, nemine jam tum conserente illisque sic perpetuo coalendi vim suppeditante quam ipse posset ad nutum solvere. Porro ordinatim ista conserere idem est ac

Ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων τοίνυν τοῦ Θεοῦ ἔργων καὶ τῆς εὐτάκτου διαφορᾶς τῶν ἐν αὐτοῖς φύσεων καὶ δυνάμεων, καὶ τῆς φανερωτάτης καὶ ξενιζούσης τοῦδε τοῦ παντὸς διοικήσεως οὕτω λίαν οὔσης εὐτάκτου καὶ πολλῶν ἄλλων τοιούτων, δι' ὧν ἀναγκαίως πρὸς τὴν περὶ τοῦ θείου πάντες ἤχθησαν ἔννοιαν, εἶχες ἄν, εἴπερ ἐβούλου καταμαθεῖν καὶ αὐτός, ὡς οὐδὲν ἔστιν ἐν τοῖς οὖσι καὶ γινομένοις ἄνευ τάξεως ὂν καὶ γιγόμενον, καὶ ὅτι καθάπερ ὑπερθαυμασάτῳ τινὶ σειρᾷ τὰ ὄντα πάντα συνδέδεταί τε καὶ διακέκριται, ἧτις οὐκ ἂν ἀπ' αὐτῶν ἐν αὐτοῖς εἴη· οὐδ' ἂν συνεπλάκησαν τὴν ἀρχὴν τοσαῦται τῷ πλήθει φύσεις καὶ οὕτω διάφοροι πρὸς ἑνὸς κόσμου σύστασιν ἄνευ τοῦ συμπλέξαντός τε τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν τοῦ διὰ παντὸς οὕτω συμπεπλέχθαι δύναμιν αὐτοῖς ἐν-

Digitized by Google

θεμένου, ἦν αὐτὸς μόνος ἂν ἠδύνατο καὶ λύειν, εἴγε ἐβούλετο. Τὸ δὲ συμπλέκειν ταῦτα αὐτάκτως ταυτόν ἐστι τῷ ποιεῖν, καὶ τῷ φθείρειν τὸ διαλύειν· εἰ δὲ συμπλέκεις καὶ οὐ διαφόρους φύσεις οἰκοδομῶν, ἀλλ' οὐχ ὡς ἂν βουληθείης, ὡς ἂν δὲ συμπλέκοιντο, καὶ ἡ τῆς σῆς τέχνης ἐφαρμογὴ τῇ συμπλοκῇ τῶν φύσεων ἕπεται· ὅθεν συμπλέκεις μόνον καὶ οὐ ποιεῖς αὐτάς. Ὁ δὲ τὰς φυσικὰς συμπλέκων ἰδιότητας ἐν τοῖς οὖσι καὶ ποιητὴς αὐτῶν ἐστι δήπου· ποιεῖ γὰρ καὶ ὑφίστησιν οὕτως, ὡς ἂν καὶ συμπλέκεσθαι δυνηθείεν πρὸς ἑνὸς τοῦ παντὸς τοῦδε σύστασιν, ἧτις ἦν αὐτῷ προὔργου· καὶ τούτου χάριν τὰ τοῦ παντὸς ἐποίει τε καὶ συνέπλεκε μέρη.

A lacere, idem et dissolvere atque delere. Tu vero cum ædificas, etsi varias etiam compingis naturas, id non pro nutu quidem, sed ut forte contigerit et artis tuæ dispositio naturis subditur. Unde coagmentas modo, non vero creas. Qui autem entibus naturales aptat proprietates, ille procul dubio est et eorum factor. Ita namque ipsam substantiam efficit ut possint ad hujusce totius mundi compositionem adaptari, prout illi profuerit; quem ad finem omnes universi partes confecit et conciliavit.

Εἰ δ' ἐκ μηδενὸς τῶν τοιούτων, ἀπὸ σαυτοῦ γοῦν μόνου καὶ τῆς σῆς φύσεως καὶ τῶν σῶν ἔργων ἔδει σε τὸν ἐπιγνῶναι δημιουργόν, ὅς σοι μετὰ τοῦ εἶναι καὶ τὴν πρὸς τἄλλα δέδωκε τάξιν· καὶ ταύτην σοι τὴν ὁδὸν νῦν ἡμεῖς ἐκ περιουσίας ἀντὶ πολλῶν τε ἄλλων καὶ σοφωτέρων ὁδῶν προὐθήκαμεν, οὐκ ἐπ' ἐλέγχῳ μόνον τῆς σῆς ἀφροσύνης, ἀλλὰ καὶ συνεργοῦντες, εἴποτε βουληθείης ἐντεῦθεν γοῦν ἡργμένος τοῦ σε καὶ πάντα ποιήσαντος συναισθέσθαι Θεοῦ. Σὺ δὲ τῆς μὲν οἰκίας δημιουργὸν σαυτὸν εἶναι φῂς, καὶ πάνυ καλῶς, καὶ τῆς ἐν σοὶ τοῦ δημιουργεῖν οὕτω τέχνης αἴτιον τὸν διδάξαντά σε ταύτην ὁμολογεῖς· ἅπερ οὐδ' εὐθὺς γεννηθέντι, μετὰ δὲ τὴν δευτέραν ἡλικίαν παρῆν, πάσαις παρασκευαῖς ἐκ τῆς φύσεως ἐξηρτυμένῳ καλῶς πρὸς τὸ δύνασθαι μανθάνειν τε καὶ ἐργάζεσθαι. Καὶ οὔτε λέγεις τὴν οἰκίαν αὐτόματον ὑποστῆναι, ἢ γὰρ ἂν αὐτῆς οὐκ ἀπῄτεις μισθόν, οὔτ' αὐτομάτως σοι τὴν τέχνην ἐλθεῖν· οὐ γὰρ ἂν ἔδει σε προσεδρεύειν φοιτῶντα οὐδὲ μισθοὺς ὑπισχνεῖσθαί τε καὶ παρέχειν τῷ δεικνύναι σοι δυναμένῳ· τοῦ δ' ἐκ ψυχῆς σε συνεστάναι καὶ σώματος καὶ τὴν μὲν ψυχὴν τοσαύτας συνεῖναι καὶ τοιαύτας δυνάμεσι, τὸ δὲ σῶμα τοσούτοις συντεθεῖσθαι στοιχείοις, ἃ τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις ὑκείωται πως τοῦδε τοῦ πρὸς ἡμῖν, εἶτα τοσούτοις αὐτὸ μέρεσι καὶ μορίοις διακεκρίσθαι τε ὁμοῦ καὶ ἡνῶσθαι, ὁμοιομερές τε καὶ ἀνομοιομερὲς, καὶ ἐνδοτέροις καὶ φανεροῖς, καὶ τάξιν αἰτίου τε καὶ αἰτιατοῦ πρὸς ἄλληλα ἔχουσι, καὶ τοῦ τὴν ψυχὴν τελειοῦσθαι μὲν εἰς ἀρετὴν δύνασθαι καὶ σοφίαν χρωμένην ὀρθῶς τῷ σώματι, φαύλως δὲ κεχρημένην ἀμφοτέρων διαμαρτάνειν καὶ πρὸς τὴν ἐναντίαν ἥκειν διάθεσιν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν τοῦ ἐν σοὶ ποικιλωτάτου καὶ παραδοξοτάτου χρήματος, οὐδ' ἐν σοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀναριθμήτοις ὁμοίως τοῖς τῆς αὐτῆς μετεσχηκόσι σοι φύσεως, οὐ θέλεις εἶναι δημιουργὸν καὶ χείρω εἶναι τοσοῦτον θέλεις τῶν σῶν ποιημάτων! Καὶ σὺ μὲν ἂν οἰκοδόμος ἦς καὶ δεσπότης ὁμοῦ τῆς οἰκίας, οὐχ ὅπως μόνον γένοιτο τὴν ἀρχήν, ἀλλὰ καὶ ὅπως ἂν συνίσταιτο προνοεῖς, τῶν πρὸς τοῦτο φερόντων πάντων ἐπιμελόμενος· σοῦ δὲ καὶ τῆς σῆς ζωῆς οὐδένα βούλει φροντιστὴν εἶναι καὶ κηδεμόνα· καὶ ἀνθρώπου μὲν δεῖ πρὸς ταῦτά ποτε, ὃς οὐδὲ αὐτῷ ξύναται βοηθεῖν· τοῦ δὲ μόνου βοηθεῖν ἔχοντος καὶ βοηθοῦντος οὐκ ἐπαΐεις καὶ βοηθοῦντι προσέχειν οὐ βούλει μηδὲ χάριν ὁμολογεῖν! Καὶ οἰκίαν μὲν ἐπαινεῖς ὡς εὖ εἰργασμένην συντόνως ἐπαινῶν τὸν δεδη-

Sin vero nihildum movearis hujusmodi exemplis, ex temetipso certe quidem tuaque natura et operibus tibi creator erat agnoscendus, a quo tum esse tum B ad reliqua ordinari nactus es. Hanc igitur ego, neglectis aliis pluribus iisque optimis, alteram ex abundanti viam propono, non ut tuam modo confutem insaniam, sed etiam adjuvem, si qua tandem hinc coepisse velis tui omniumque conditorem intelligere Deum. Tu ergo domus ædificatorem teipsum ais, et plane merito; atque hujus artis eum tibi causam esse fateris a quo didicisti; quippe qui nec dudum natus, nonnisi firmata jam ætate, ad hoc par evaseris, instructus scilicet omnibus naturæ dotibus ut discere posses et exerceri. Attamen neque domum asseris casu exsistere, nam mercedem profecto ex ea non expeteres; neque fortuito tibi innatam artem, tum enim non oportebat magistrum adeo frequentare, C nummosque spondere et solvere. Nunc autem quod anima constes et corpore, atque tot tantisque anima sit instructa viribus, corpus autem tot elementis constitutum, quæ cum hujusce circa nos mundi principiis fere coalescunt, quod tam multis istud partibus et particulis sit distinctum simul et adunatum, similibus ac dissimilibus, internisque et apparentibus compositum, quæ inter se invicem ratione causæ et effectus ordinantur, quod insuper anima virtute possit et sapientia perfici, modo recte corpore utatur, sin minus ab utroque decidet jam in contrarium decessura; et ne plura, quod in te sit perquam varius ille ac stupendissimus thesaurus neque in te uno, sed et apud innumeros pariter ejusdem naturæ tibi comparticipes, tune vis auctorem esse nullum, atque opus tantum tuis factis deterius! Et tu quidem si domus structor simul exsistas et dominus, non solum quomodo sit exsequenda provides ab initio, sed etiam quemodo disponenda, et quidquid operi conferat nonnihil curas. De te vero ac vita tua neminem esse ducis qui curet aut cogitet! imo hoc aliquando hominem rogabis qui ne sesequidem valet adjuvare, atque solum vere juvantem juvandique capacem non laudas, neque etiam juvanti vis attendere aut gratias referre! Ac domum quidem laudas ut affabre factam structoremque incessanter prædicas; quæ autem in te est stupendam hanc et eximiam architecturam dehonestas cujus tam proterve structorem abnegas! cumque asserentem quamlibet casu constare domum tuam

Digitized by Google

irrideas, eorum tamen elementorum tanto magis illa pretiosorum quo operis tui pulchritudinem ratione materiæ superant, quorum eximia concinnitas et per quæ subjecta materia præstanter efformatur, horum inficiaris quemquam esse causam et factorem, et, quod summæ est amentiæ, neque tui neque tuorum in te bonorum opificem! Quid igitur mirum si et reliqua cuncta ignores, quomodo et undenam sint, qui in temetipso prior tantas instituis tenebras? Sed, ut jam promisimus, quoniam prave et turpiter vivere proposueris, in hancce devenisti vesaniam, atque iterum sic insaniendo malis mala securus congeris, humanamque vitam semel aversatus retro peragis.

μιουργηκότα· τὴν δ' ἐν σοὶ ξενίζουσαν καὶ σοφωτάτην οἰκοδομίαν ἀτιμάζεις οὕτω δεινῶς τὸν δημιουργὸν αὐτῆς ἐξαρνούμενος! Καὶ λέγοντος μέν τινος τὴν οἰκίαν αὐτομάτως συστῆναι καταγελᾷς· τῶν δὲ πολὺ ταύτης τιμιωτέρων ὑλῶν, αἳ πρὸς μὲν τὸ παρὰ τῆς σῆς τέχνης εἶδος τὸν τῆς ὕλης ἔχουσι λόγον, εἶδη δ' εἰσὶν αὐταὶ διαφέροντα καὶ διαφόρως τὴν ὑποκειμένην ὕλην μορφοῦντα, τούτων οὐ θέλεις αἴτιον εἶναι καὶ δημιουργὸν, καὶ ὃ μεῖζον εἰς ἀπόνοιαν, οὐδὲ σοῦ καὶ τῶν ἐν σοὶ καλῶν αἴτιον! Τί τοίνυν θαυμαστὸν, εἰ τὰ ἄλλα πάντα ὅπως τε καὶ ὅθεν ἐστὶν ἀγνοεῖς, ἐν σαυτῷ πρώτῳ τὸν τοιοῦτον ὑφιστάμενος σκότον, ἀλλ' ὅπερ ἔφθην εἰπὼν ἐκ πονηρίας τε καὶ τοῦ φαύλως προῃρῆσθαι βιοῦν ἐπὶ ταύτην ἥκεις τὴν ἀφροσύνην, καὶ οὕτως ἀφρονευόμενος αὖ ἀδεῶς κακῷ προστίθεις κακὸν καὶ τὸν ἀνθρωπικὸν βίον καθάπαξ ἠρνημένος; περινοστεῖς!

Hoc itaque contra eos qui pro multa stultitia nullum esse Deum in corde delirant, perpaucis et expedite diximus; et minus forte insaniunt qui plures aiunt esse deos quam qui divinam plane naturam denegant. Attamen eo quod illam multiplicem faciunt, graviter et ipsi unicum in Deum delinquunt. Adeo namque illos fugit hujusmodi phænomenorum concinnitas et diligentia, ut divinam naturam in totidem partes dividere præsumpserint, cum exhinc potius, ratione duce, ad omnium accedendum fuisset principium. Latuit enim eos quod illis in rebus quidquid causale videtur, instrumenti et juvaminis loco est, ac servis et creaturis congruum, non autem diis dominis; quodque tanta in adeo multis et variis naturis accuratio non ex ipsis inest, id enim fieri nequit; sed a quodam sublimiori et primo illarum conditore ac præpotente Domino istud boni est illis insitum. Quibus ii qui præ cæteris fuerunt curiosi incorporales substantias astruentes, illasque, addito Dei nomine, ab invicem separantes non dignitate solum et ordine, sed et genere ac propensione tum ad bona tum ad turpia, nihil et ipsi melius invenere quam cæteri qui a vero erraverunt. Nam dii si essent, non ita distribuerentur, neque ita distributi dii essent. Si vero homonyme sic appellantur, vana jam hæc appellatio et exinde multa impossibilia et absurda turmatim insequuntur. Etenim sive homines in deos mutarent alios quidem ob virtutem aut artium utiles inventus, alios autem ob contraria et pejora merita, sive in deos mutarentur alii plerumque adhuc vita compotes, alii vero sibimet vivisque et mortuis istiusmodi vesaniam conciliantes, ultra omnes impietatis limites ventum erat, donec tanto errori quo totum pene genus humanum in ævum detinebatur, finem Deus posuerit qui solus poterat. Jam nunc autem orbis universus in unum Deum credit, haud magis de atheorum stupiditate sollicitus de qua nunquam ante curaverat; ac de polytheistarum impietate sub pietatis specie. Etenim si nuper quidam unus exstitit qui gentilem polytheismum voluerit instaurare, id iste pro mentis hebetudine deliravit. Illi vero hebetiores futuri, si qui

Πρὸς μὲν δὴ τοὺς διὰ πολλὴν ἀφροσύνην ἐν τῇ καρδίᾳ ληροῦντας μὴ εἶναι Θεὸν ἔν τι τοῦτο προχείρως εἴρηται· καὶ ἧττον μὲν εἶναι ἄφρονες οἱ πολλοὺς εἶναι θεοὺς λέγοντες τῶν πάντη τὴν θείαν φύσιν ἐξαρνουμένων· τῷ μέντοι ταύτην πληθύνειν εἰς τὸν ἕνα καὶ αὐτοὶ δεινῶς παρανομοῦσι Θεόν. Οὕτω γὰρ αὐτοὺς εἶδεν ἡ ἐν τοῖς φαινομένοις τούτοις εὐταξία καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς δραστικὸν, ὥστε τὴν θείαν φύσιν καὶ μέχρι τούτων καταμερίζειν ἠθέλησαν, ἀντὶ τοῦ μᾶλλον ἐντεῦθεν πρὸς τὴν μίαν καὶ μόνην ἀνατρέχειν τῷ λογισμῷ πάντων ἀρχὴν, οὐκ εἰδότες, ὡς τὸ ἐν τούτοις φαινόμενον αἰτιῶδες ὀργανικόν ἐστι καὶ ὑπουργικὸν καὶ δοῦλοι; πρέπον καὶ κτίσμασιν, οὐ θεοῖς δὲ δεσπόταις, οὐδ' ὅτι τῆς ἐν οὕτω πολλοῖς τε καὶ διαφέρουσιν εὐταξίας οὐκ αὐτά εἰσιν αἴτια, ἀμήχανον γὰρ, ἀλλ' ἔκ τινος ὑψηλοτέρου καὶ πρώτου πρὸς ταῦτα ποιητοῦ καὶ δεσπότου δύναμιν ἔχοντος τοῦτ' ἔνεστιν αὐτοῖς τἀγαθόν. Οὐσίας δὲ ἀσωμάτους ἐφιστῶντες αὐτοῖς ὡς ἔνδοθεν κινούσας οἵ γε τῶν ἄλλων περιεργότεροι καὶ θεοὺς εἶναι ταύτας λέγοντες καὶ διαιροῦντες οὐκ ἀξίᾳ μόνον καὶ τάξει, ἀλλὰ καὶ γένει καὶ προαιρέσεσιν ἀγαθαῖς τε καὶ φαύλαις, οὐδὲν ἧττον τῶν ἄλλων καὶ αὐτοὶ τῆς ἀληθείας διημαρτήκασι. Θεοὶ τε γὰρ ὄντες οὐκ ἂν ὧδε διακρίνοιντο, θεοί τ' οὐκ ἂν εἶεν ὧδε διακεκριμένοι· εἰ δ' ὁμωνύμως οὕτως ἐκάλουν, τοῦτο οὐδέν ἐστι λένειν, καὶ πολλῶν ἀδυνάτων τε καὶ ἀτόπων ἐσμὸς τῇ λέσει ταύτῃ συνέπεται. Ὅτι δὲ καὶ ἀνθρώπους ἐθεοποίουν, τοὺς μὲν ἐπ' ἀρετῇ καὶ σεμνοτέροις εὑρήμασι τῶν πρὸς τὰς ἀνθρωπίνας χρείας τεινόντων, τοὺς δ' ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις καὶ χείροσι, καὶ ὡς ἐθεοποιοῦντο μὲν οἱ πλείους ἐκείνων ζῶντες αὐτοὶ, ἄλλοι δὲ καὶ ζῶσι καὶ τελευτήσασιν αὐτοῖς ἐχαρίζοντο τὸ τὴν τοιαύτην ἀφροσύνην κυροῦν, τοῦτο καὶ πᾶσαν παρελήλυθει τότε δυσσέβειαν, τῆς τοιαύτης πλάνης τὸ τῶν ἀνθρώπων κατασχούσης γένος ἅπαν σχεδὸν ἐς πλεῖστον τὸν χρόνον, ὁ Θεὸς ἀπῆλιαξε μόνος τοῦτο δυνάμενος. Καὶ νῦν ἅπας ὁ κόσμος εἰς ἕνα πιστεύει Θεὸν οὕτω τῆς τῶν ἀθέων φροντίζων ἀναισθησίας, ἧς οὐδὲ τὸν πρόσθεν χρόνον ἐφρόντιζεν, οὔτε τῆς τῶν πολυθέων ἀνευλαβείας; ἐν εὐλαβείας προσχήματι. Εἰ γάρ πού τις γέγονε πρὸ μικροῦ τὴν Ἑλληνικὴν πολυθεΐαν αὖθις ἐθέλων ἀνα

Digitized by Google

νεῶν, δι' ἀμβλύτητα μὲν διανοίας τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐπεπόνθει· ἀμβλύτεροι δι' ἂν εἶεν, εἴ π ύ τινες ἐκείνῳ προστεθειμένοι τὴν ἐξόριστον πλάνην ἀντὶ τῆς ἀληθεστάτης καὶ κοινῆς τῶν ἀνθρώπων δόξης αἱροῖντο. Καὶ ἡμεῖς κατὰ τῆς ἀβουλίας ἐκείνου πλεῖστα συνεγραψάμεθα, οὐκ ἐκείνων δὲ ὧν ἡδολέσχει κατὰ τῆς ἱερᾶς ἀληθείας φροντίζοντες, ἀλλὰ τῆς τῶν πλείστων ἐν τῷ γένει νῦν ἀμαθίας τῷ πάλαι καὶ πρὸ μικροῦ σοφωτάτῳ, δι' ἣν καὶ κινδυνεύσειεν ἂν τις τῶν ἁπλουστέρων τῇ ψευδεῖ περὶ τῆς σοφίας ἐκείνου φήμῃ πειθόμενος. Μαθημάτων μὲν γὰρ τῆς ὀπτιότητος μόνης μετέσχεν, ἄλλο δ' οὐδὲν ἄξιον αὐτῷ τε ἀπώνατο καὶ τῆς ἐπικοσμούσης ταῦτα σοφίας. Εὐφραδείας δὲ ἐπεμελήθη μὲν καλῶς τῆς ἀρχαίας, ἀλλ' ἐν ἀσεβεστάτῳ καὶ ἀφρονεστάτῳ συγγράμματι, ἣν ἡ Λατίνων παροιμία διὰ τοῦτο προσηκόντως τιμᾷ ἐν τοῖς εἰλικρινῶς καὶ μόνης αὐτῆς ἐπιμεληθεῖσιν· ἐν τούτοις μὲν οὖν κἂν εἴχέ τις αὐτὸν ἐπαινεῖν. Οὕτω δ' ἁπλοῦς πάνυ καὶ τῶν χυδαίων οὐδὲν σχεδὸν διαφέρων ἦν περὶ τὸ δύνασθαι κρίνειν ἀληθείας πέρι καὶ ψεύδους, ὥστε καὶ παῖς αὐτὸν ἐξήλεγχεν ἂν καὶ παιδὶ ἀντιλέγειν οὐκ ἂν οἷός τε ἦν πειραστικῶς ψευδομένῳ· διὸ καὶ τὴν πλάνην ὑπέστη ταύτην, καὶ ἡμεῖς τῆς ἀρίστης ἐκείνου Νομοθεσίας (1), οὕτω γὰρ ἐπέγραφε τὸ βιβλίον, οἰκείαις χερσὶ γεγραμμένον, δημοσίαν τήν τε ἀντιλογίαν ἐποιησάμεθα, καὶ τὴν ποινὴν πυρὶ παραδόντες. Ἠνάγκαζε δὲ ἡμᾶς ὁ τοῦ δι' ἡμᾶς τὴν ἡμετέραν φύσιν προσειληφότος Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἀρίστης ἐκείνου νομοθεσίας πόθος καὶ φόβος, οἷς ἱκανοποιοῦντας οὐκ ἂν προσῆκεν ἄλλως ποιεῖν.

Οὐ τοίνυν βουλόμεθα, πειρωμένου σου καὶ αὖθις περὶ τούτων πείθειν ἡμᾶς (2), μαλακώτερον ἀντιβαίνειν, ὡς ἐνεσχημένοι τῇ ψήφῳ, ἣν ἄν σοι νῦν περὶ τὰ δόγματα δοίημεν. Εἰ δὲ μὴ τουτὶ τὸ δέος ὑπῆν, κἂν παρεδώκαμέν σοι τῶν ἡμετέρων ἡγεμόνων τοὺς πλείους πάντα πεισθησομένους, ἅπερ ἂν βούλοιο· μὴ δυνάμενοι γὰρ ἀντιλέγειν, ἅμα δὲ καὶ περί τινας ἀντὶ τῶν πραγμάτων ἐπτοημένοι σκιὰς, ἅπαντα συγχωρήσουσιν. Ὑφ' οὗ δὴ καὶ, ἐμοῦ ποτε συνόντος, ἐφιλοτιμήσω πολλάκις πεῖσαι μὲν τοὺς πένητας πρότερον ἅπερ οὐδὲ σαυτὸν ἐπεπείκεις, εἶτα πρὸς τοὐναντίον αὖθις μεταστῆσαι σφίσι τὰς γνώμας· ἐβούλου γὰρ οὐδ' αὐτὸς τὸ ψεῦδος τότε κρατεῖν, ἀλλὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἕξιν ἐξήλεγχες. Κἀγὼ μὲν τὴν ἀρχὴν ἐτεταράγμην δεινῶς καὶ ἀντέλεγον· ἐπεὶ δὲ διατριβὴν ἠθόμην εἶναι τὸ πρᾶγμα, ἀχθόμενος ἠκροώμην ἅμα καὶ χαίρων. Οὐ δὴ δέδια μή ποτε προαχθείης ἐκὼν ἐξαπατῆσαι τοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ μή ποτε μᾶλλον αὐτός τι παρενεχθῇς, εἰδὼς μὲν ὁπόσον ἐκεῖνα διαφέρει καλῶς, ἀνάγκην δέ τινα νομίσας ἰσχυροτέραν τῆς ἀληθείας, ὅπερ οἱ πολλοὶ πάσχουσι, καὶ κρίνας αἱρετώτερον εἶναι τὴν αὐτίκα ῥᾳστώνην τῶν ἀποκειμένων τοῖς ὀρθῶς δοξάζουσι καὶ πράττουσιν ἄθλων, καί τινα τῶν ἀνθρωπίνων φόβων ἐλπίσας ἀπαλλαγὴν ἡμῖν καταπράξασθαι, τοῦ Θεοῦ παροξυνομένου, καὶ διὰ τοῦτο πείθειν ἐθελήσῃς τοὺς ἄλλους, ἅπερ ἂν ὑπὲρ σαυτοῦ γε πρῶτον πείσθείης, δυοῖν ἀναγκῶν ἐνδεδωκὼς μὲν τῇ μείζονι, κακῶς ποιῶν, μὴ καλῶς δὲ κρίνας τὴν μείζω.

Ὁπόταν τοίνυν, ἐκεῖνα πάντα ἀφεὶς, τὴν τῶν πατρίων ἡμῖν ἐλευθερίαν συγκαταπράξῃ, Λατίνους δὲ ἐάσῃς ἀντιλέγειν ἡμῖν, καὶ πείθειν, εἰ δυνηθεῖεν, μετὰ τῆς ἀληθείας, ὅπερ οὐκ ἂν ποτε δύναιντο, ἕως ἂν περὶ τῶν οὐκ ὄντων μήτ' εἶναι δυναμένων βούλωνται πείθειν, τότε δὴ καὶ περὶ τούτων οἴσομέν σοι τὴν ἁρμόττουσαν ψῆφον, ὅσα δ' εἰς τὴν ἄλλην τῶν λόγων ἥκει δεινότητα, θαῤῥοῦντως καὶ πλείω τις τῶν εἰρημένων περὶ τούτων εἰπὼν, οὐκ ἂν τῆς ἀληθείας ἁμάρτοι.

Ἐρῶ δ' ἐφεξῆς καί τινα τοῖς ἀπὸ τῶν λόγων ἄνθεσι λαμπρότερο; ὤφθης. Ἐλευθεριότης τοίνυν ἐστὶν, ἣν ἐπίσημόν τις εἰπὼν ὑπὲρ πάντας τοὺς πώποτε τοιούτους φανέντας σὸν γεγονέναι, ἐκείνους μὲν οὐκ ἂν ὀδικοίη, σοὶ δὲ τὸ κάλλιστον ἀναφέροιτο τῶν ἐπισήμων καὶ ὅσον ἐστὶν ἀντικρυς, ὅτι τῶν μὲν ἀδομένων ἕκαστος; ἑνί τῳ τοὺς ἄλλους ὑπερβαλὼν ἔτυχεν ἐντεῦθεν ὀνόματος, σὺ δ', ἐν ἑκάστῳ παρενεγκὼν ἕκαστον τῶν τῆς ὁμοίας μετασχόντων σοι τύχης, οὐκ ἂν ἔχοις ὅτῳ τῶν ὑπαρχόντων μᾶλλον γνωρίζοιο· καὶ διὰ τοῦτο τὸ πᾶσι μεθ' ὑπερβολῆς κεκοσμῆσθαι, σὸν ἐκράτησεν ἐπίσημον εἶναι.

Φρόνησιν μὲν γὰρ πρότερον εἰρηκὼς, παρίημι νῦν· οὐ γὰρ οἷόν τ' ἂν ἦν ἐκεῖνα, μὴ μετὰ φρονήσεως ἄκρας καὶ διὰ ταύτην, εἰς τὴν σὴν ψυχὴν συνδραμεῖν. Οὔτε περὶ σωφροσύνης φημὶ, ἧς σε πάντες ἴσασι καὶ τῶν ταύτην ὑπεσχημένων τε καὶ τηρούντων πολὺ πλέον ἔχειν, ἔν τε ταῖς ἡδοναῖς καὶ ταῖς λύπαις ἀκριβῶς τῷ τοῦ λόγου κανόνι μάλιστα χρώμενον. Ἀλλὰ τὴν γενναιότητα, τὴν μεγαλοψυχίαν, τὴν δικαιοσύνην, τὴν πρόνοιαν, τὴν πρὸς τοὺς φίλους εὐαρμοστίαν, τὴν πρὸς τοὺς ξένους φιλανθρωπίαν, τὸν οἶκτον, ἐν σοί τις ταῦτα πάντα, βουληθεὶς ἐναργῶς ἰδεῖν, ὄψεται. Ἀρτιμελὴ γὰρ καὶ ἀπηκριβωμένην τὴν ἰδέαν ἅπαντα φέρει, ὥσπερ εἴ πρὸς ἕν τι μόνον αὐτῶν τὸν σὸν συνέτεινε; βίον· ὃ τοῖς πλείστοις, οἶμαι, συμβαίνει, οἷς ἕν τι μόλις τῶν καλῶν ἠσκηκόσιν ἀγαπητὸν ἐστιν, εἰ καὶ δευτέρου τινὸς ἀμυδρὸν ἐμφαίνοιεν εἴδωλον. Τὴν δ' ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἁπάντων σωτηρίας σπουδὴν, οὐκ ἄνευ κινδύνων σοι πολλῶν δεδειγμένην (τῶν γὰρ ἀναλωμάτων ἧττων σοι λόγος), οὔτε τῶν ἡμετέρων καιρῶν ἐστιν ἐνεγκεῖν, οὔτε τῶν παρόντων λόγων ὑμνῆσαι· ἀλλὰ ξένην τινὰ φορὰν ὁ καθ' ἡμᾶς ἤνεγκε χρόνος, ὁμοίως τοὺς ἔν τε τοῖς ἔργοις μιμεῖσθαι πειρασομένους, τοῖς τε λόγοις ἐξυμνῆσαι βουλησομένους, ἀμηχάνως ἐπιχειρεῖν ἐξελέγχουσαν.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρέργως ἀπηρίθμηται νῦν, καίτοι προὔργου καθ' ἡμέραν ἡμῖν καὶ πᾶσιν φθάνοντα· ὑπὲρ οὗ δὲ νῦν ἐνεστηκάμεθα γράφειν, ἡ τῶν ἐπιστολῶν ἐκείνων ἐστὶν ὑπόθεσις. Τροφῶν μὲν δὴ μηδετέρας ἡμῖν φρόντιζε πέμπειν· εἰ γὰρ, ὡς ἔφησθα, ταῖς ἐνεργείαις τοῦ νοῦ τὸ παρὰ τῶν τροφῶν προσίσταται βάρος, ἑκάτεραι τὴν ἴσην ἡμῖν ἐνεργάσονται βλάβην, αἱ μὲν ἐκ τῆς ποιότητος αὐτῶν ἐνοχλοῦσαι, αἱ δὲ τῇ προσότητι λυμαινόμεναι· οὐ γὰρ ῥᾴδιον ἐγκρατῶς αὐτῶν ἅπτεσθαι, τοῦ δοκεῖν εὐκατεργάστους εἶναι, πρὸς τῷ κατὰ τὴν γεῦσιν ἡδεῖ, ποιοῦντος; αὐτῶν καὶ ταῦτα δαψιλῶς πεμπομένων, μόλις κεκορεσμένους ἀπανίστασθαι τῆς τραπέζης. Μᾶλλον δὲ φροντίζεις μὲν οὐδαμῶς, ἀλλ' εὐπόριστά σοι θεόθεν γῆ τε καὶ θάλασσα πέμπουσιν, ἀνθ' ὧν ὑπὲρ αὐτῶν ἀγρυπνεῖς ἐλαχίστην ταύτην χάριν ἀποτινῦσαι. Ἡμεῖς δὲ τούτων ἡμῖν ἀνηκόντων ὀλιγωροῦμεν, ὅπως ἀπολαυσόμεθά σου τῶν δώρων φροντίζοντες· προσήκει δ' ἡμῖν ἀντὶ τούτων

(1) Forsan de Eugenio Papa hæc sunt intelligenda, cui sæculare nomen Gabrieli fuit. Atque respectus fit ad verba Pauli ad Gal. I, 8 : Ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν . . . . . .

(2) Est hic aliquid difficultatis. Qui nunc Papæ ambitionem apud Gennadium defendisse videtur, fuit tamen unioni ac Papæ omnino adversarius, si Ducæ fides est habenda, qui, Histor. pag. 148, Lucam Notaram tradit cum Gennadio operam consociasse, et dixisse quoque summa cum petulantia, conducere magis ἐν μέσῃ τῇ πόλει εἰδέναι φακιόλιον βασιλεῦον Τούρκων, ἢ καλύπτραν Λατινικήν. Quæ est humanæ mentis natura, potuit Notaras Papæ favisse primum, deinde adversatus esse Papæ. Ac sæpe homines politici aliud agunt, sentiunt aliud. Sequentia subindicant pristinis opinionibus Notaram valedixisse.

Digitized by Google

λιτὴ καὶ σχίδιος τράπεζα, καὶ τῶν ἐν ἀγροῖς ὀσημέραι διαιτωμένων οὐδέν τι πλουσιωτέρα. Καίτοι πυνοῦσι μὲν ἐκεῖνοι πολλὰ, δι' ἃ κἂν ἁβρῶς τρέφοιντο· ἡμῖν δὲ πάντα μεμαγμένη μάζα, φασὶ, καὶ τὸν ἀργὸν βίον ἀνύομεν, δι' ὃν οὐδὲ καθάπαξ ἐσθίειν ὁ τοῦ Παύλου νόμος ἐᾷ (1).

Τοιαῦτα μὲν οὖν μὴ θέλε πέμπειν ἡμῖν· ἀλλ' ἐπειδήν του δεηθῶμεν τῶν ἀναγκαίων, αὐτοὶ πρὸς τὴν σὴν οἰκίαν καταφευξόμεθα, ἣ καὶ ἡμῖν πολλάκις ἐν ταῖς χρείαις ἐπήρκεσεν, καθάπερ ὀσημέραι πλείστοις ἀνέφγεν ἐλέου βωμός. Εἰ δ' ὁπόσον ἡμᾶς φιλεῖς καὶ τιμᾷς ἐντεῦθεν βούλει σοι δείκνυσθαι τοῖς πολλοῖς, ἔχουσιν ἐκ πολλῶν, εἰ βούλοιντο, καὶ ταῦτα γνωρίζειν· τῶν γὰρ ἀτεχνῶς μειζόνων οὐδενὸς ἀμελεῖς. Καίτοι καὶ ταῦτα, τῆς σῆς ἀρετῆς ἀπόδειξιν ἔχοντα, γίνεσθαι συγχωροῦμεν· ἄλλως δὲ, τῶν ἀνθρωπίνων τιμῶν ἅπαξ ἀπερρωγότες, τούτων χωρὶς τὸν ἡμέτερον ἀνύειν θέλομεν βίον. Ἐπαίνοις τε οὓς ἡμᾶς ἐποινεῖς, ὅσον μὲν εἰς ἀκοῆς ἦκει χάριν, ἡδόμεθα, ἀχθόμεθα δὲ, τῶν λόγων τοῖς πράγμασιν ἐφαρμοζομένων· ἢ γὰρ ὑπ' εὐνοίας ἡμῖν τοσαῦτα χαρίζῃ, ἡμεῖς δὲ ἔρημοι παντὸς ἀγαθοῦ καὶ μάταιον ἄχθος τῇδε τῇ γῇ· καὶ τί ἂν τούτου λυπηρότερον εἴη; ἢ, τοιούτων ὄντων ὑπερορῶντες, ὑμᾶς αὐτοὺς ἀδικεῖτε· ὅθεν εὐλόγως ἂν ὑμῖν συναχθοίμεθα. Ἐφροντίσατε δ' ἂν οἰκείως ἡμῶν, οὐκ ἰχθῦς πέμποντες, οὐ ταρίχη, οὐδὲ δημοσίαις σιτήσεσι τρίφοντες, οὐδὲ ἀρχήν τινα νέμοντες, θορύβων οὐδὲν πλέον ἔχουσαν, ἀλλ' ἐφ' ἅπερ γεγενήμεθα καὶ ἐληλύθαμεν, φασὶ, κεχρημένοι· ταῦτα δ' ἐστὶν, ἐλέγξαι τοὺς ἁμαρτάνοντας, λῦσαι τὴν ἀπιστίαν ἣ ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς δεινῶς ἐνεδάκχευσεν, ἀπὸ τοῦ ζοφώδους καὶ σκοτεινοῦ πρὸς τὸν ὡς ἀληθῶς ἀνθρώπινον καὶ χριστιανικὸν βίον μεταστῆσαι λόγῳ τοὺς ἕπεσθαι δυναμένους, δεῖξαι τοῖς ἐπιτρόποις πᾶσιν, εἴτε τῶν πραγμάτων, εἴτε τῆς πίστεως, ἃ πράττοντες ἐπιτροπεύσουσιν ἄμεινον, καὶ ὅπως τὴν τε καλλίστην τοῦ μεγάλου βασιλέως ψυχὴν σώσουσιν ἀληθείας λόγοις, οὐκ αἰσχρᾷ κολακείᾳ διαφθεροῦσι, καὶ σοὶ, τῷ καλλίστῳ τῶν ὀργάνων αὐτοῦ, οὐ ζητοῦντες ἀκόλους καὶ στρεπτοὺς, προσδραμοῦνται (2), καθάπερ ἡμεῖς ποτε τοις γονεῦσιν, ἀλλὰ μετὰ πατρικῆς παῤῥησίας μᾶλλον ἐροῦσί τι πρὸς ὀργὴν, καὶ δήξουσιν ἐν τῷ βάθει (οὐ γὰρ πάντα γε ὑμεῖς ἀναμάρτητοι, τὸ δὲ μικρὸν ὑμῶν ἀῤῥώστημα τοῖς ὅλοις πράγμασιν ὄλεθρος γίνεται)· ἐξυπνίσαι τὴν πόλιν σύμπασαν δεινὸν ὑπνώττουσαν, καὶ τὸ δεινὸν ἐπιὸν (3) οὐκ αἰσθανομένην, οὗ τὴν ἀπαλλαγὴν καὶ σώμασι καὶ χρήμασι καὶ πᾶσι τρόποις ἐξωνησάμενοι ἂν, ὡς οἱ πανταχοῦ σωφρονοῦντες (4)· τοῖς μὲν ἐντρυφῶσιν, ὡς ἀπόνως σφίσι σωθησομένοις, σκιαῖς δέ τισι καὶ μύθοις ὑπερορίοις (5) τὴν σωτηρίαν πιστεύουσιν, ὧν τὸ μάλιστα προῦργου, ἢ μετὰ τὴν προδοσίαν τῆς ἀληθείας ἐκ τῶν Παπικῶν χρημάτων ἐλπὶς ἐστιν, ἢ τὸ δοκοῦντας ἔτι Λατίνοις συνῆφθαι ἀνεπιχειρήτους τοῖς ἐχθροῖς διαγίνεσθαι, καὶ τοιαῦταί τινες μικροψυχίαι καὶ δυσπιστίαι, τῆς οὐρανίου συμμαχίας ἐλαυνομένης ἀμφοτέραις χερσὶν, ἧς ἄνευ οὐδὲ μετὰ πλείστων τῶν ὑπαρχόντων ἂν δυναίμεθα σώζεσθαι, πρὸς ἦθος ἀληθοῦς πολιτείας πάντα μεταβαλεῖν συμβουλεύοντα, πείθοντα, καταναγκάζοντα· ὡς νῦν γε τῶν ἐν ταῖς σκηναῖς οὐδὲν διενηνόχαμεν πόλεων, εἰ μὴ καὶ χεῖρον ἐκείνων ἔχομεν, τῷ μηδὲ κίνδυνόν τινα προσεῖναι ταῖς πεπλασμέναις. Εἰ γάρ τις τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς ἐπὶ πάντα διατείνοι τὰ τῆς πόλεως πράγματα, οὐ μᾶλλον ἀσθενῆ δι' ὀλιγότητα (6), ἢ διὰ ῥᾳθυμίαν τε καὶ σύγχυσιν ἀδύνατα σώζεσθαι, καὶ πρὸς τούτοις, οὐδ' εἰ σώζοιτο μέχρι πολλοῦ, σεμνὸν οὐδὲν ἔχοντα, ἀλλ', ὥσπερ ἐν σκότει βαθεῖ, ὡς ἔτυχεν ἐπιόντα ἀλλήλοις καὶ εἰκῇ συμπλεκόμενα, καὶ τῆς ποτε ἄνθης οὐδὲ λείψανον ὄντα, οὐδὲ δυνάμενα τέρπειν ψυχὴν εἰδυῖαν, καὶ δυναμένην ἀρετῇ καὶ κάλλει ψυχῶν τέρπεσθαι καὶ πολιτείας, ἴχνος τι σωζούσης τῶν φθομένων ἢ ὅσαι νῦν εἰσιν ἐπαινούμεναι.

Ἐπὶ ταῦτ' ἐβουλόμην ὑμᾶς ἐμοὶ κεχρῆσθαι (τὰ γὰρ ἄλλα παρίημι), καὶ τὸ νοσοῦν συνορῶντι, καὶ λόγοις ὑφηγησομένῳ καὶ ἔργοις συμπραξομένῳ· ἴσως γάρ τι μετὰ τοιαύτην σπουδὴν ἐγένετ' ἂν τοῖς πράγματιν ἄμεινον. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν τῷ προτέρῳ σχήματι (7) χρόνος ἀργοτάτου εἶχεν ἡμᾶς, εἰ καί ποτέ τι λαθόντες ἢ βιασάμενοι τὸ κοινὸν ὠφελοῦμεν, οὔτε συνορῶντος σχεδόν τινος, οὔτε χαριζομένου· νῦν δὲ, καὶ τῷ σχήματι (8) κωλυθέντων, ἴσως οὐδὲ βουληθέντες χρῆσθαι δυνήσεσθε. Πρὸς ἄλλοις γὰρ ἡμᾶς εἶναι χρὴ, ἄλλοις πράγμασι καὶ ἄλλῳ δεσπότῃ δεδουλωμένους, ἐπεὶ καὶ τῆς μονῆς, ὡς οἶσθα, τὴν ἐπιμέλειαν ἑστέρξαμεν μὲν τὴν ἀρχὴν, λογισμοῖς θειοτέροις κεκινημένοι, ἀλλὰ νῦν, τῶν δεδωκότων ἐκείνην καὶ δεηθέντων πάνυ λαβεῖν οὐ πάνυ τοι (9) τοῖς ἡμετέροις συμφωνούντων σκοποῖς, οὐράνιον τοῦτ' δεξάμενοι σύνθημα περὶ τοῦ δεῖν μᾶλλον ἰδιοπραγμονεῖν, καὶ τὴν ψυχὴν καθαίρειν, καὶ ἀνάγειν πειρᾶσθαι τοῖς ἁπλανέσιν ἐκ Θεοῦ φωτισμοῖς καὶ ταῖς ὁδηγίαις τῶν ἀρχαιοτέρων ἐκείνων, καὶ τὴν μικρὰν ἐκείνην παῤῥησίαν ἀμέμπτως ἐφύγομεν.

Κἂν μὲν ὅτι τάχιστα τοῦ Θεοῦ τε καὶ τῆς πίστεως περιυβρισμένων λόγον ποιήσησθε, καὶ τὴν τῆς ἡμε-

(1) Paulus scilicet II ad Thessalon. III, 10 : Εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω. Hieronymus, Vita Hilarionis : « Fiscellas junco texens, æmulabatur Ægyptiorum monachorum disciplinam, et Apostoli sententiam dicentis : *Qui autem non operatur, non manducet.* »

(2) Codex, προσδραμοῦντας. Est ζητοῦντες ἀκόλους imitatio Homerici versus, Αἰτίζων ἀκόλους. . . . Et potuit στρεπτοὺς, quod est placentæ genus quoddam, a Demosthene sumere Decor. § 79.

(3) Turci urbem undique premebant.

(4) Sic codex.

(5) Sunt μῦθοι ὑπερόριοι Latinæ Ecclesiæ dogmata ; vel falsæ spes de Italorum auxiliis, quæ Papa Græcis, unione facta, pollicebatur.

(6) Hic aut vicino loco deesse videtur, εὕροι ἄν, aut simile aliquid.

(7) In priore vitæ statu, cum negotiis publicis interesset, munere fungens aulico κριτοῦ τῆς βασιλικῆς κρίσεως.

(8) Habitu scilicet monastico, quem nuper induerat.

(9) Gennadius, homo Græce doctissimus, scripsit, puto, πάνυ τι, cum id sit in usu, non π. τοι.

Digitized by Google

τέρας ἐκκλησίας λύσητε σύγχυσιν, εἴδωλον γοῦν τι A θείων ὀλιγωρίαν,' τί χαριζόμενοι, καὶ τῶν ἐκεῖθεν τῆς προτέρας εὐταξίας ἐκείνης καταγαγόντες ἡμῖν, σὺν ὑμῖν ἀπολαύσονται δήπου. Ταῦτα καὶ τῷ καλλίστῳ δὶς ἤδη προείρηκα βασιλεῖ. Ὁ δὲ Θεὸς ἡμῖν σπουδῇ τινι καὶ χρόνῳ κατὰ μικρὸν ἀκριβωθησόμενον ἴσως, γωνία τις καὶ ἡμᾶς συνέχουσα κρύψει, καὶ φυσητῆρα δοίη καὶ κάμινον, τοῦτ' ἔστιν, ἀντιλαβέσθαι τῶν αὐτοῦ τε τοῦ Θεοῦ καὶ πάντων τῶν πραγμάτων ποιήσειεν αὐτόν τε τὸν μέγιστον βασιλέα καὶ σὲ μετ' ἐκεῖνον, ἵνα μὴ μάτην ἡμεῖς ἀργυροκοπῶμεν (3), καὶ ἔτι παίνεσθαι δόξωμεν, ἢ, ὃ χεῖρον, συκοφαντώμεθα ἐπὶ βεβαίαις τῆς ἐξ οὐρανῶν φιλανθρωπίας ἐλπίσιν, τῶν μὴ δυναμένων ἀντιβλέπειν πρὸς τοὺς ἐλέγχους ἢ διορθοῦσθαι ἐπὶ τὸ συκοφαντεῖν τρεπομένων.

(1) Respectu forsan ad Prov. III, 13-15.
(2) Montis Atho proprium est epithetum ἱερὸς, adeo ut τὸ Ἅγιον ὄρος omnino vocetur. B

(3) Jerem. VI, 29 : ἐξέλιπε φυσητὴρ ἀπὸ πυρὸς, ἐξέλιπε μόλιβος· εἰς κενὸν ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ.

GENNADII SCHOLARII

PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

EXPOSITIO LITTERARUM QUÆ IN SEPULCRO CONSTANTINI MAGNI INSCRIPTÆ ERANT.

(Apud Anselmum Bandurium in *Imperio Orientali*, tom. I, p. 184.)

De reliquiis Constantini Magni.

Cum imperium regeret Constantius Constantini Magni filius, reliquias patris sui imperatorio cum

C *Περὶ τοῦ λειψάνου τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου* (1).

Ὅταν ἐβασίλευσεν ὁ υἱὸς τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου ὁ Κωνστάντιος, ἀνεκόμισε τὸ λείψανον τοῦ

(1) Hæc Matthæus Cigala, Cyprius, cujus *Nova variarum historiarum Synopsis* Græce tantum edita fuit Venetiis apud Antonium Julianum 1637, in 4°, et in fine ejusdem habetur Gennadii Scholarii, patriarchæ Constantinopolitani, Expositio vaticinii supradicti. Quod quidem vaticinium cum expositione Gennadiana habetur etiam editum in fine Chronici Dorothei Monembasiæ metropolitæ, Venetiis apud Joannem Petrum Pinellum eodem anno. Verum in utraque editione ubi legitur μετὰ τῶν προκτόρων, scribendum esse puto προκτητόρων, quo etiam modo in versione expressimus. Προκτήτωρ quippe Græcis recentioribus *primus possessor* dicitur. Leges Cypriorum mss. Ἐὰν ὁ προκτήτωρ οὐκ ἠδύνατο κωλύσαι τὴν τοῦ ὕδατος πρόοδον, οὐδὲ νῦν ἀγοραστὴν δύναται κωλύειν, etc. Nonnulli ex amicis loco προκτόρων scribendum putant πρακτόρων, hoc est *exactorum*. Quid vero intelligat Gennadius Scholarius per illa verba præcedentia τὸ δὲ ξανθὸν γένος, facile ex aliis scriptoribus docemur. Sic Leo imperator oraculo de restitutione Constantinopoleos, quod primum edidit Leunclavius in fine Constantini Manassis Annalium, et deinde Lambecius post Oracula ejusdem Leonis in calce Codini *De originibus C.P.*

Ἀλλά σε πυρίστατον καὶ ξανθὸν γένος
Πᾶσαν τεφρώσει καὶ τὸ σὸν λύσει κράτος.

Sed te perustam ab igne, te flavum genus,
Totam incinerabit, et regnum evertet tuum.

Ubi Lambecius hæc adnotat : « Antiquus, inquit ille, interpres oraculorum Leonis hæc ita vertit : *Sed te ignis summus, flavum genus.* Videtur ergo, subjungit idem Lambecius, in codice ejus pro πυρίστατον scriptum fuisse πῦρ ὕστατον. Illi vero, quos hic Leo ignem et flavum genus hominum appellat, videntur esse Latini, qui duce Balduino comite Flandrensium anno Christi 1203 [1204 scribendum], fugato Alexio Angelo Comneno, Constantinopolim ceperunt, et integros quinquaginta annos occuparunt. Idem similiter Ξανθοὶ vocantur in antiqua Græca Oraculorum Leonis Paraphrasi, φέρων τε τὸν πόλεμον καὶ τῶν Ξανθῶν τὰς μηχανάς. » Hucusque Lambecius prædicto loco. Et quidem non abs re ; Ξανθοὶ siquidem dicuntur Græcis *Franci* sive *Alemanni*. Sic Pachymeres lib. I, cap. 18, τὸ Ξανθὸν καὶ ἀριμάνιον γένος, *Flava et bellicosa gens*. Danielis Visiones ex cod. Reg. 1845, καὶ κρατήσει ἐπὶ τὴν Ἑπτάλοφον τὸ Ξανθὸν γένος, ἐξ ἀπέντε, etc. Leonis Sapientis Enigmata mss. cum explicatione lingua Græca vulgari in cod. Colbertino 5104 : Βασιλεὺς τῆς Ἀλαμανίας ἔρχεται εἰς τὴν Νέαν Ῥώμην, σκηνεῖ ἐν τῷ ἀμπέλι εἰς τὸν Ῥουφιάνας, τὸ λέγουν εἰς βοήθειαν τοῦ γένους τοῦ Ξανθοῦ γένους τῆς Ῥώμης. Et infra, ὅταν τὸ Ξανθὸν τὸ γένος λεηλάτησε τὸν κόσμον. Vide Mauricii *Strategic.* lib. III, cap. 5 ; lib. IV, cap. 1 ; lib. II, cap. 4. Ξανθοὶ vero dicuntur Græcis Franci, Alemanni ac alii septentrionales populi ob capillorum colorem. Priscus Rhetor in Legat. pag. 40 scribit se Romæ regis Francorum filium vidisse, legationem obeuntem, μήπω Ἰούλου ἀρχομένου, Ξανθὸν τὴν κόσ-

Digitized by Google

πατρὸς αὐτοῦ ἀπὸ τὴν Νικομήδειαν μετὰ πάσης βασιλικῆς τιμῆς εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ ἔθαψαν αὐτὸ μετὰ δόξης, καὶ παῤῥησίας, καὶ βασιλικῆς τιμῆς, ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων. Καὶ ἄνωθεν εἰς τὸ σκέπασμα τοῦ τάφου αὐτοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ πρώτου βασιλέως τῶν Χριστιανῶν, εὑρέθησάν τινες σοφώτατοι ἄνδρες ἡγιασμένοι, καὶ προορατικοὶ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, καὶ ἔγραψαν ταῦτα τὰ κάτωθεν γράμματα εἰς τὸ σκέπασμα τοῦ τάφου, τὸ ὁποῖον ἦτον πορφυρόν· καὶ ταῦτα τὰ γράμματα δὲν ἦτον κατὰ λεπτῶς ἡ ἐξήγησις ὅλη τὸ τί δηλοῦν, ἀμμὴ ἔγραψαν μόνον τὰ στοιχεῖα τῶν πρώτων γραμμάτων, τὰ ὁποῖα γράμματα ἐδιαλάμβανον περὶ τῆς βασιλείας τῶν Τουρκῶν, καὶ περὶ τοῦ τέλους αὐτῆς. Λέγονται δὲ χρησμοί. Τὰ ὁποῖα ἐξήγησεν ὁ σοφώτατος πατριάρχης κὺρ Γεννάδιος, ὁ ὁποῖος ἦτον εἰς τὸν καιρὸν τῆς βασιλείας τοῦ κὺρ Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου, ὁποῦ ἔκαμε τὴν ὀγδόην σύνοδον εἰς τὴν Φιορέντζαν, καὶ ὅταν τὰ ἐξήγησεν ἦτον κοσμικὸς, καὶ κριτὴς τῆς βασιλικῆς κρίσεως, τὰ ὁποῖα γράφομεν κάτωθεν ὡσὰν γραμμένα εἰς τὸν τάφον τὸ βασιλέως.

honore Nicomedia Constantinopolim transtulit, atque in templo Sanctorum Apostolorum summa cum magnificentia imperatorioque honore sepelivit; et in operculo tumuli Porphyretici ejusdem piissimi ac primi Christianorum imperatoris quidam viri sapientissimi ac sancti, qui tunc temporis vivebant et futura prospiciebant, litteras quæ infra habentur, exararunt. Quæ litteræ quid significarent non minutatim exprimebant: sed prima solum vocum singularum elementa exhibebant. Eæ vero enuntiabant Turcarum imperium et finem ejus, vocanturque Oracula. Illa sapientissimus patriarcha Dominus Gennadius sub imperio Domini Joannis Palæologi, qui octavam synodum Florentiæ celebravit, exposuit; sæcularis ipse tum temporis erat, et imperatoriæ aulæ judex. Litteræ eo modo infra repræsentantur, quo erant conscriptæ in imperatorio sepulcro.

μην τοῖς αὐτοῦ περικεχυμένην διὰ μέγεθος ὤμοις. Et iidem sane populi *Flavi* dicuntur scriptoribus Latinis. Claudianus in Rufinum lib. II. de Gallis:

Inde truces flavo comitantur vertice Galli.

Idem Claudianus *De bello Getico*, de Sicambris:

Agmina quinetiam flavis objecta Sicambris.

Flavos Britones appellat auctor libri *De Disciplina Scholarium* cap. 2. Sanctus quoque Hieronymus ep. 7, ad Lætam, *Getarum rutilum et flavum* dixit. Cæterum quod attinet ad hujus epitaphii seu vaticinii veritatem, nemo est eruditus qui illud ceu commentum recentiorum Græculorum non respiciat: quale-cunque tamen illud vaticinium sit, in variis nihilominus bibliothecis reperitur ms. una cum expositione Gennadii Scholarii patriarchæ Constantinopolitani, licet non semper sub eodem titulo; nam in bibliotheca Caes. lib. V habetur cum hoc titulo: Χρησμοὶ Σολομῶντος καὶ ἑτέρων σοφῶν. Ταῦτα τὰ γράμματα εὑρέθησαν ἐν λίθῳ μαρμαρενίῳ τοῦ τάφου τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου· ἐξηγήθη δὲ ταῦτα ὁ μέγας πατριάρχης Σχολάριος. Ipsum autem vaticinium cum Gennadiana interpretatione interlineari in nonnullis diversum apparet a nostro, ut ex hujusce initio, quod ibidem refert Lambecius, manifestum deprehenditur.

Τ ΠΙΤ Τ ΙΔ Η Β Λ Τ ΙΜΛ Ο ΚΛ ΜΑΜ ΜΛ
τῇ πρώτῃ τῆς Ἰνδίκτου ἡ βασιλεία τοῦ Ἰσμαὴλ, ὁ καλούμενος Μωάμεθ, μέλλῃ
ΔΑΝΤΠΣ ΓΝ Τ ΠΛΟΛΤ Τ ΠΤΛΦ ΚΤΣ
διανατροπήσειν γένος τῶν Παλαιολόγων τὴν Ἑπτάλοφον κρατήσει, etc.

Meminit quoque hujus vaticinii et expositionis Gennadianæ Leo Allatius in *Diatriba de Georgiis*, pag. 404, qui docet hoc idem vaticinium reperiri in bibliotheca Vaticana, Scoriali regia VII, ζ', 1; Bavarica cod. 193, et in bibliotheca Antonii Augustini cod. 140. In uno ex dictis codicibus cum hoc titulo legi illud vaticinium scribit idem Allatius citato loco: Χρησμὸς ὅσπερ εὑρέθη εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν εἰς μίαν κολώναν μαρμαριτικὴν διὰ ψηφίων γεγραμμένος, ὃν ἐξεκαθάρισεν. Ἄλλοι δὲ λέγουν ὅτι ταῦτα τὰ γράμματα εὑρέθησαν σημειωμένα ἐν μαρμάρῳ τοῦ τάφου τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ ἐξήγησε ταῦτα ὁ ἐν ἁγίοις πατριάρχης Σχολάριος. Hoc est: *Oraculum Byzantii repertum in columna marmorea musivo descriptum, quod explanavit. Alii dicunt prædictas litteras incisas fuisse in marmore sepulcrali Magni Constantini, easque exposuisse sanctum patriarcham Scholarium.* Deinde subjungit idem Allatius: « Vaticinium hoc ipse primo Variorum antiquorum tomo, in Antiquitatum Constantinopolitanarum auctario a me præcitato cum aliis ejusdem Leonis, Methodii Patarensis, Theophili Romani, Danielis monachi, et aliorum vaticiniis connexui. » Verum hoc Allatii opus cui titulus *Varia Antiqua* nondum editum fuit, imo nec in catalogo Allatiano librorum ineditorum reperitur; idcirco puto virum illum de re litteraria optime meritum, antequam hoc opus absolvisset, morte præventum.

Digitized by Google

ΤΑ ΓΡΑΜΜΑΤΑ ΟΠΟΥ ΗΣΑΝ ΓΡΑΜΜΕΝΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΑΦΟΝ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ, ΚΑΙ Η ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΑΥΤΩΝ.

—

LITTERÆ QUÆ DESCRIPTÆ ERANT IN SEPULCRO MAGNI CONSTANTINI, EARUMQUE EXPLICATIO.

—

Τ Π Τ Τ ΙΔΤ Η ΒΣΑ Τ ΙΜΑ Ο ΚΛΜΝ ΜΑΘ ΜΑ
τῇ πρώτῃ τῆς Ἰνδίκτου ἡ βασιλεία τοῦ Ἰσμαὴλ, ὁ καλούμενος Μωάμεθ μέλλῃ

Δ Ν ΤΡΠΩΣ ΓΝ Τ ΠΛΟΛΓ Τ ΕΠΤΑΦ ΚΡΤΣ ΕΣΘ
διὰ νὰ τροπώσῃ γένος τῶν Παλαιολόγων, τὴν Ἑπτάλοφον κρατήσει. ἔσωθεν

ΒΣΛΣ ΕΘΝ Π Λ ΚΤΞ Κ Τ ΝΣ ΕΡΜΣ ΜΧΡ Τ ΕΞΝ
βασιλεύσῃ· ἔθνη πάμπολλα κατάρξῃ, καὶ τὰς νήσους ἐρημώσῃ, μέχρι τοῦ Εὐξείνου

Π Τ ΙΣΤΓΤΝ ΠΘΣ Τ ΟΓΔ Τ ΙΔΚΤ ΠΛΠΝΣ ΚΤΞ Τ
Πόντου. ἱστρογείτωνας πορθήσῃ. τῇ ὀγδόῃ τῆς Ἰνδίκτου Πελοπόννησον κατάρξῃ. τῇ

ΕΝΤ Τ ΙΔΚΤ Ε Τ ΒΡ Τ ΜΡ ΜΔ Δ Ν ΣΤΣ Τ ΔΚΤ Τ
ἐννάτῃ τῆς Ἰνδίκτου εἰς τὰ βόρεια τὰ μέρη μέλλῃ διὰ νὰ στρατεύσῃ. τῇ δεκάτῃ τῆς

ΙΔΚΤ Τ ΔΜΤ ΤΠΣ ΠΛ ΕΠΣΤΨ ΕΤ ΧΝ Τ ΔΜΤ
Ἰνδίκτου, τοὺς Δαλμάτας τροπώσῃ· πάλιν ἐπιστρέψει ἔτι χρόνον τοῖς Δαλμάταις

ΠΑΜ ΕΓΡ ΜΓ ΜΡΚ Τ ΣΤΒΝ Κ Τ ΠΘ Κ Τ ΦΛ ΣΝΔ
πόλεμον ἐγείρῃ μέγα, μερικόντε συντριβῆναι. καὶ τὰ πλήθη, καὶ τὰ φύλλα συνοδῆ

Τ ΕΠΡ Δ ΘΛΣ Κ ΞΡ Τ ΠΑΜ ΣΝΨ Κ Τ ΙΜΑ
τῶν Ἑσπερίων διὰ θαλάσσης καὶ ξηρᾶς τὸν πόλεμον συνάψουν, καὶ τὸν Ἰσμαὴλ

ΤΠΣ Τ ΑΠΓΝ ΑΤ ΒΣΛΣ ΕΛΤ ΜΚΡ ΟΛΓ Τ Δ ΞΘ
τροπώσουν. τὸ ἀπόγονον αὐτοῦ βασιλεύσῃ, ἔλαττον μικρὸν ὀλίγον. τὸ δὲ ξανθὸν

ΓΝ ΑΜ ΜΤ Τ ΠΚΤΡ ΟΛ ΜΑ ΤΠΣ Τ ΕΠΤΑΦ
γένος ἅμα μετὰ τῶν προκτόρων ὅλον Ἰσμαὴλ τροπώσουν, τὴν Ἑπτάλοφον

ΕΠΡ ΜΤ Τ ΠΝΜ ΤΤ ΠΑΜ ΕΓΡ ΕΦΛ ΠΓΡΩΜΝ ΜΧ
ἐπάρουν μετὰ τῶν προνομίων. τότε πόλεμον ἐγείρουν ἔμφυλον ἠγριωμένον μέχρι

Τ ΠΠΤΑ ΩΡ Κ ΦΝ ΒΣ ΤΤ ΣΤ ΣΤ ΜΤ ΦΒ ΣΠΣΤ
τῆς πεμπταίας ὥρας, καὶ φωνὴ βοήσει τρίτον, στῆτε στῆτε μετὰ φόβου. σπεύσατε

ΠΑ ΣΠΔ Ε Τ ΔΞ Τ ΜΡ ΑΔ ΕΡΤ ΓΝ ΘΜΣΤ Κ
πολλὰ, σπουδαίως εἰς τὰ δεξιὰ τὰ μέρη ἄνδρα εὕρητε γενναῖον, θαυμασιὸν, καὶ

ΡΜΛΟ ΤΤ ΕΞΤ ΔΣΠΤ ΦΛ Γ ΕΜ ΥΠΧ Κ ΑΤ ΠΡΛ
ῥωμαλαῖον. τοῦτον ἔξητε δεσπότην· φίλος γὰρ ἐμὸς ὑπάρχει· καὶ αὐτὸν παραλα-

ΒΤ ΘΔΜ ΕΜ ΠΛΡΤ.
βόντες θέλημα ἐμὸν πληρεῖται.

Indictione prima regnum Ismaelis, qui vocabitur Moameth, Palæologorum genus subvertet. Urbem septem collium obtinebit ; in ea regnabit ; multis gentibus imperabit ; insulas devastabit usque ad Euxinum Pontum ; Danubii accolas depopulabitur. Octava Indictione P. Ioponnesum sibi subjiciet. Nona Indictione ad Septentrionales partes bellum inferet. Decima Indictione Dalmatas profligabit. Rursum alio tempore contra Dalmatas magnum bellum excitabit, eosque partim atteret. Tunc multitudo gentium Occidentalium congregata, mari terraque bellum Ismaeli inferet, ipsumque superabit. Posteri ejus modico et tantillo tempore regnabunt. Flavum vero genus una cum primis possessoribus totum Ismaelem expugnabunt ; urbem septem collium cum ditione capient. Tum civile bellum concitabunt, quod ad quintam usque horam grassabitur : vocque ter clamabit : State, state cum timore. Festinate diligenter ad dexteram partem, virum invenietis generosum, mirabilem, et fortitudine eximia. Hunc Dominum habebitis : amicus quippe meus est. Hunc accipientes voluntatem meam facietis.

Digitized by Google

Ἀπὸ τὸν καιρὸν τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, ὅπου ἐγράφησαν τὰ ἄνωθεν ψηφία εἰς τὸν τάφον του, ἕως τὸν καιρὸν τοῦ βασιλέως Κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου, ὅπου ἐξήγησε ταῦτα ὁ Σχολάριος Γεννάδιος, εἶναι χρόνοι ἀπὸ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ χίλιοι ἑκατὸν ἕνας, καὶ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ἕως οὗ ἀπέθανεν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος, χρόνοι τριακόσιοι εἴκοσι ἐννέα.

A tempore Constantini Magni quo inscriptæ fuerunt ejus sepulcro supra propositæ literæ, ad Imperium Domini Joannis Palæologi Imperatoris, quo eas Gennadius Scholarius exposuit, anni sunt mille centum et unus. A Christo ad Magni Constantini mortem, anni numerantur trecenti viginti novem.

GENNADII SCHOLARII

CPOLITANI PATRIARCHÆ

INSTRUMENTUM ABDICATIONIS.

Vide supra col. 264.

EJUSDEM MONODIA DE CPOLI CAPTA.

Vide ibidem.

GEORGIUS

COGNOMENTO

GEMISTUS SIVE PLETHO

NOTITIA.

(Ex Allatio *De Georgiis*. ap. Fabric. Harles., tom. XII.)

Georgius Gemistus cognomento, qui et Pletho, quod idem sonat (*a*), sive Platonis amore, ut Manuel Peloponnesius Magnæ Ecclesiæ rhetor, in tractatu contra eumdem, de processione Spiritus sancti, asserit : Ἀλλὰ σύ γε τούτου δήπου διδάσκαλος ὡς τῇ τοῦ Πλάτωνος λογικευθεὶς ἤδη ψυχῇ, καὶ ἀντὶ Γεμιστοῦ Πλήθωνα ἑαυτὸν κεκλημένος · *Sed tu hujus rei magister, quasi jam Platonis animo insinuatus, et pro Gemisto Plethonem temetipsum compellans :* sive, ut Trapezuntius in comparatione Platonis et Aristotelis *agnominatum* credit, *quemadmodum nonnullos priscorum Patrum immutatione nominum ad res maximas vocatos fuisse docemur, eodem pacto Gemistum nomen vertisse, ut se facile de cœlo lapsum crederemus, et citius doctrinam et legem ejus susciperemus.* In Peloponneso ut plurimum vixit, et versatus in Italia eo, quo concilium sub Eugenio Florentiæ (*b*) celebratum est tempore, cum Bessarione, Gaza et aliis ; refert ipse

(*a*) Ut γεμιστὸς a γεμίζω, sic πλήθων a πλήθω habet abundantiæ et plenitudinis significationem. Plethonis autem dicitur præ Gemisto placuisse, quod ad Platonis nomen, quem unice amabat et admirabatur, quam proxime accederet. (Fabr.)

(*b*) Sub Eugenio IV, ann. 1438.

Digitized by Google

in responsione ad Georgii Scholarii pro Aristotele objectiones. Fuit patria Byzantinus temporibus Manuelis Palæologi, et jam labentis Græciæ occasu, tum prudentia, tum moribus ac scientia spectabilis (*c*). Græce plura scripsit, qua proprium dogma comprobans, qua aliorum sententias refellens, quum vetusti oraculum sapientissimi quique, quando præsentes ipsi adesse non poterant, consulebant : *Gemistus vir*, scribit Georgius Chariander, *in omni scientiarum genere eminentissimus, cognomenque Plethonis arcepit, quasi Platonis, eo quod Platoni philosophorum principi maxime accederet.* Et Antimachus apud Gyraldum de poetis sui temporis Dialogo 2 : *Hujus tanti viri cum historias in latinum sermonem ex græco ipse converterem, de eo in præfatione sic dixi : Illum dico Gemistum, quem non solum Græcia, sed universus fere terrarum orbis ob variam atque multiplicem divinarum humanarumque rerum scientiam admiratus, eo quod Platoni philosophorum principi atque Aristoteli, Græcorum et Latinorum omnium consensu proxime accederet.* Et Bessario cardinalis adversus calumniatorem Platonis lib. VI, cap. 1, eum opinionum Platonis æmulum atque defensorem vocavit (*d*). Nec dissentit Gyraldus : *Plethon habitus est in primis philosophus, et quidem excellentissimus, quod cum ipsius multiplicibus et variis operibus, quæ apud Græcos leguntur, tum ex testimonio Bessarionis cardinalis amplissimi, et monumentis videri potest.*

Illius opera (*e*) apud Diegum Hurtadum, Cæsaris apud Venetos oratorem fuisse tradit Gesnerus; eaque sic enumerat : *Ad regem liber. De virtutibus liber unus. Paraphrasis in demonstrationes. Epicedion in reginam Helenam. Liber de generatione deorum, quem vidi manuscriptum Bononiæ apud S. Salvatorem. Adversus librum pro dogmate Latinorum, nimirum quod ad Spiritum sanctum. Demonstrationes naturales de Deo. Mensium et annorum ordo ac dierum recensio. Oracula magica sectatorum Zoroastris, quæ et Parisiis impressa sunt Græce et Latine seorsum* 1538, *in* 4, *chartis duabus absque nomine græci interpretis, qui Georgius Gemistus est. Historica et geographica quædam hujus auctoris, ut sunt Chorographia Peloponnesi et Thessaliæ, idem Diegus Hurtadus habet. Libellus de iis, in quibus Aristoteli cum Platone non convenit, et quod potior sit Platonis sententia, excusus Venetiis apud Scotum, in* 8, *cum Bernardini Donati Veronensis paraphrasi, Libellum contra Georgii Scholarii argumenta,* ἀντιλήψεις *pro Aristotele, Bononiæ, apud S. Salvatorem vidi, sed imperfectum.* Addunt epitomatores : *In bibliotheca imper. Viennæ habetur Gemisti Plethonis Epitome historiarum Sicularum Græce manuscripta, in* 4. *Ejusdem libellus De generatione deorum, ibidem manuscript.*, confuse admodum omnia atque indistincte [V. supra, vol. VIII, p. 80, not.] nos, si quid potuerimus, enucleatius illa expendemus. Et primum de iis quæ typis vulgata sunt, sermonem instituemus.

De Gestis Græcorum post pugnam ad Mantineam duobus libris digesta (*f*) [vid. supra l. c. p. 79 sq. et Introd. l. c.] Latine etiam reddita a M. Antonio Antimacho [Basil. 1540, 4.] non semel, nec uno in loco, qui in Præfatione ad Matthæum Antimachum patrem ita sibi placuisse hunc auctorem refert, ut nihil magis; aitque, eum non tantum esse verbis aptum, præsumque, sed etiam artificio tanto, tanta lenitate, ac rerum copia ferri, ut post Herodotum ac Thucydidem cum antiquissimis Græciæ scriptoribus non immerito comparari possit. Habebantur manuscripta in bibliotheca Joannis Surii. Verderius. (Allat.) Add. Venetiis in cod. 406 bibl. Marc. de quo v. cl. Morell. l. c., p. 269. (Harl.)

2. *De virtutibus* libellus sub Plethonis nomine Græce editus est Antwerpiæ apud Plantinum cum aliis ejusdem Opusculis 1552 (*g*), in fol., et Græce et Latine ex interpretatione Adolphi Occonis Augustoni, Basileæ apud Oporinum 1552, in 8, et in Doctrina recte vivendi ac moriendi cum plerisque aliis, idem

(*c*) Petrus Crinitus de honesta disciplina, lib. I, cap. 10 : *Erant forte cum Bessarione Nicæno, viro in philosophia excellente, Theodorus Gaza et Plethon Byzantius, qui cognomento* Γεμιστὸς *appellatus, tres eo tempore, ut constat, viri doctrina et ingenio nobiles.*

(*d*) Ejusdem Bessarionis ad Nic. Saguntinum Euboeum epistolam, quæ Gemisti laudes continet, cel. *Morell.* in bibl. ms. Gr. et Lat. I, p. 212 sqq. ex cod. Ven. Marc. 333 Gr. et Lat. in lucem protulit. Harl.

(*e*) *Georgii Gemisti* opera, sed non addunt, quæ, inter codices græcos Patrum Augustinianorum in cœnobio S. Joannis de Carbonario reperisse se ms. testatur Jo. Mabillonius, pag. 110 *Itineris Italici* [sed vid. supra, ad vol. V, pag. 797, n. 22. Harl.] et Bernhardus de Montfaucon, *Diarii Italici* pag. 311.

(*f*) Titulus est : Ἐκ τῶν Διοδώρου καὶ Πλουτάρχου περὶ τῶν μετὰ τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην, ἐν κεφαλαίοις διάληψις. Post Antimachum vertit etiam Latine Zacharias Orthus, professor Gryphiswaldensis academiæ, Rostoch. 1575, 8. Antimachi interpretatio prodiit Basileæ 1540, 4, cum ejus oratione de laudibus Græcarum litterarum, et Dionysii Halicarnassei præceptis de oratione panegyrica, nuptiali, natalitia et epitaphiis, p. 64-79 ; Demetrii Phalerii de membris et incisis, de periodis, de componendis epistolis, et de characteribus dicendi, p. 80-92 ; et Polyæni præfatione de re militari, p. 93-96. In præfatione narrat Antimachus se in Græciam iter suscepisse Græcarum litterarum discendarum causa et sub disciplina Moschi Lacedæmonii moratum quinquennium. Promittit et versionem Demetrii Περὶ ἑρμηνείας. *Dabimus*, inquit, *etiam brevi fortasse Plutarchum, auctorem plane in dicendo, Ciceronis sententia, politissimum, De interpretatione seu elocutione integrum Latine legendum.* De Hispanica versione horum Gemisti librorum infra, p. 740.

(*g*) Puto Allatium scripsisse 1575, et numerum 1552 a typographo ex errore, quoniam idem statim iterum sequitur. Certe ann. 1575, hic Plethonis libellus ex bibl. Joannis Sambuci Græce apud Plantinum in fol. prodiit una cum duabus ejus orationibus utraque lingua excusis ad calcem Eclogarum Stobæi.

Digitized by Google

Græce et Latine editus est cum Hieronymi Wolphii Adnotationibus (*h*), et Ienæ cum interpretatione ejusdem Wolphii 1590, 8. Vertit etiam illum Latine Vincentius Marinerius, ut ipsemet scribit epist. ad Franciscum Dazam anno 1636 edita. Legitur manuscriptus apud me bis, et in bibliotheca Bavarica cod. 224 ; Veneta S. Marci scam. 32. num. 22 , et Augustana sæpissime, et legebatur in bibliotheca Antonii Augustini cod. 255 (ALLAT.) Cod. Bavar. bibl. hodie numeratur 289 et in titulo auctor libelli disertis verbis nominatur Pletho ; nec non in cod. 260 v. cl. Hardt. in Aretini Beytrægen, etc. ann. 1805, part. 10, p. 381 ; et part. 8, p. 133. — Augustæ Vindel. in cod. in fine mutilo. V. Reiser. indic. Miss. bibl. August. p. 82, n. 19 ; it. p. 90. — Venet. in bibl. Marc. cod. 519, sunt plura Plethonis opp. n. *de virtutibus ; — de fato*, inc. Πότερα δὲ ὥρισται· — *funebris in Helenam Palæologinam ;* — sine titulo ; init. Ἃ μὲν οὖν τῆς βιβλ. — *in oracula magica Zoroastris ; — de rebus Peloponnesiacis constituendis.* V. Cat. codd. gr. Marc. p. 279. — Matriti in cod. reg. 109. V. Iriart. cat. codd. gr. Matrit. p. 429. — Paris. in bibl. publ. codicibus septem. 462, 962, 1739, 1773, 2005 seq., 2576, et 2933, V. Cat. mss. reg. vol. II. — Mosquæ in cod. synod. 311. V. Matthaei Notit. codd. gr. Mosquens. p. 204. n. 42. — Florent. in. bibl. Medic. Laurent. codd. 17. n. 3, plut. 56 ; 33, n. 12, plut. 57 ; 33, n. 6, plut. 58 ; 13, n. 12, plut. 74 ; et 24, n. 4, plut. 80. Vid. Bandini Cat. codd. Gr. Laur. tom. II, p. 317, 387 et 481 ; ac tom. III, p. 204 et 214. — *Vindobon.* in codd. Cæsar. 66, n. 4 ; 78, n. 5 ; et 92, n. 1. V. Lambec. VII, p. 231, 295 et 372 seq. Codd. multos varior. opusc. Gemisti Plethonis in variis biblioth. obvios, indicat Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* in Indic. quem conferes. De edit. Basil. 1552. 8. V. Maittaire, A. T. tom. III, part. II. p. 611. (HARL.)

3. Orationes duæ, quarum altera est, *De rebus Peloponnesiacis constituendis* ad Manuelem (*i*) imperatorem, altera ad Theodorum Despotam συμβουλευτικὴ, *suasoria*, de eodem argumento cum interpretatione Latina Guilielmi Canteri (*j*), Antwerpiæ ex officina Plantiniana 1575, in fol. Habentur manuscriptæ in bibliotheca Bavarica cod. 200, et alibi. (ALLAT.) Utraque, in cod. Bavar. manu And. Darmarii scripto, qui hodie numeratur 260, in quo quidem orat. ad Emmanuelem imperat. anonymum habere auctorem in textu dicitur ; sed cl. Hardt. in Aretini Beytragen, etc., ann. 1805, part. 8, p. 132, tribuit eam Gemisto, et Andream Darmarium scribit in margine superiore recte notasse : Οἶμαι Γεμιστοῦ, add. eumd. V. D. in præfat. ibid. ad primam partem ann. 1805, p. 4 seq. — Florent. in cod. Laurent. 18, n. 9 (quæ incipit : Θειότατε αὐτοκράτωρ· ὁ μὲν πρὸς Ἰταλῶν, τοὺς ἐν Πελοποννήσῳ δυναστεύοντας) et 10, plut. 56. — Prior oratio, anepigrapha quidem, in cod. 24, n. 6, plut. 80 ; et, addito auctoris nomine, in cod. 33, n. 6, plut. 57, quæ diversa est a superiore ; incip. Θειότατε αὐτοκράτωρ· τὰ μὲν καθ' ἕκαστα περὶ ὧν ἄν σε ἐβουλόμην μαθεῖν, est epistola, adhuc inedita, agitque de rebus Peloponnesiacis, ac præcipue *de Isthmo*. Vide *Bandin.* Cat. codd. gr. Laurent. II, p. 318 ; III, p. 215 ; et vol. II, p. 385 sq. ubi adnotat, postremam illam, diversam a superiore, etiam exstare in bibl. Cæsar. Vindob. teste *Nesselio*, part. IV, p. 43, § 4. (HARL.)

4. Subjungitur (*k*) *Locorum Peloponnesi omnium* per longitudines et latitudines astronomicas *descriptio*, desumpta ex Ptolemæo, sed, quæ variant, a Gemisto esse correcta, nullus dubito, si manuscriptis habenda fides. Et elenchis hisce, et in auctores summos animadversionibus maxime delectatum fuisse Plethonem, ex iis quæ infra recensebuntur, manifestum cuique fiet.

5. *De Platonicæ atque Aristotelicæ philosophiæ differentiis* (*l*) libellus publice expositus est Basileæ 1574, in 4, per Georgium Chariandrum in linguam Latinam translatus, et Venetiis Græce apud Scotum cum Bernardini Donati Veronensis paraphrasi in 8, Venet. 1532, 8; 1540. 8. Græce etiam editus est Parisiis 1541, in 8. [al. 12. Conf. Maittaire, A. T. ind. f. tom. V, p. 82.] cum ejusdem Bernardini dialogo (*m*) *de Platonicæ atque Aristotelicæ philosophiæ differentia*. Exstat manuscriptus in bibliotheca Veneta scam. 17, n. 14, et scam. 27, num. 54. Augustana, Index ms. Ambrosiana Mediolani, Bavarica, cod. 261 (ALLAT.) De cod. August. v. *Reiser.* indic. cit. pag. 90. — *Bavar.* cod. hodie numeratur 242. — Venet. in bibl. Marc. cod. 517. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 278. — Mosquæ. in bibl. synod. cod. 311. n. 43 ; et cod. 270, n. 3 ; ib. n. 6, est Joannis Palæologi imper. ad philosophum Gemistum ; inc. Ἤκουσα παρά τινων, ὅτι ἔγραφας κατὰ Ἀριστοτέλους, ac n. 7, Gemisti responsio ad quasdam quæstiones. Inc. τὸ μὲν, ἄνθρωπος κάθηται. V. Matthaei not. codd. Gr. Mosq. p. 168 et 204. — Florent. in bibl. Laurent. 18. n. 1, plut. 56, suspicante Bandinio in Cat. codd. gr. Laur. II, p. 316 seq. ; nam ibi opusc. caret initio ; addito auctoris Georgii Gem. nomine, ibid. in cod. 24, n. 2, plut. 80, V. Bandin. l. c.

(*h*) Basil. 1577. 8.

(*i*) Palæologum, ad quem alia Gemisti de rebus Peloponnesiacis et præcipue de Isthmo epistola adhuc inedita exstat in bibl. Cæsarea teste Lambecio, VII. p. 103 [p. 317, Kollar. n. 4. cod. 90.] Incipit : Θειότατε αὐτοκράτωρ. Τὰ μὲν καθ' ἕκαστα, περὶ ὧν ἄν σε ἐβουλόμην μαθεῖν, Ῥᾳξῆς.

(*j*) Ad calcem eclogarum phys. et moralium Jo. Stobæi.

(*k*) Διαγραφὴ ἁπάσης Πελοποννήσου, παραλίου τε καὶ μεσογείου, (*Fabr.*) Ms. in cod. Bavar. 260. V. cel. Hardt l. cit. a. 1805, part. VIII, p. 133. (HARL.)

(*l*) Περὶ ὧν Ἀριστοτέλης πρὸς Πλάτωνα διαφέρεται. Hic Georgii Plethonis liber oppugnatus est a Georgiis duobus, Scholario et Trapezuntio.

(*m*) Eumdem hunc Bernardini Donati Dialogum etiam Gemisti libello præmissum video in editione Veneta apud Hieronymum Scotum 1540, 8. Paraphrasim præterea additam nullam : sed Dialogum ipsum pro paraphrasi libri Plethoniani habuit Gesnerus et Allatius : certe pleraque capita eadem quæ Pletho, etiam dialogus persequitur.

Digitized by Google

tom. II, p. 214. — Paris. in bibl. publ. codd. 1806, n. 3; — 2006, n. 2; 2041, n. 2; 2376 (in quo plura reperiuntur Plethonis opp.) n. 10. (Harl.)

6. In oracula magica Zoroastris, Commentarii editi sunt Græce et Latine studio Joannis Opsopœi, Paris. 1599, in 8, cum Sibyllinis oraculis. [conf. supra, vol. I, p. 310 sq. § 7 et 8; ibique notas. Harl.] Titulus operis varie conceptus reperitur; alii enim scribunt: Πλήθωνος διασάφησις τῶν ἐν λογίοις τούτοις ἀσαφέστερον εἰρημένων, *Plethonis expositio eorum quæ in his oraculis obscurius efferuntur.* Alii: Μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ Ζωροάστρου ἐξηγηθέντα παρὰ Πλήθωνος, *Oracula magica eorum qui Zoroastrem magum secuti sunt, enarrata a Plethone.* (Allat.) Conf. supra, vol. IX, p. 428, n. 17. — In cod. Bavar. olim 182, nunc 48. V. Hardt. in *Aretini Beytrægen*, etc. ann. 1803, part. VI, p. 18. — Augustæ Vindel. in cod. altero Plethonis aliquot capp. theologiæ Zoroastris et Platonicæ, cum titulis reliquorum, in altero, Magica eorum oracula, qui a Zoroastre prodierunt, cum expositione Plethonis. V. Reiser. Indic. cit. p. 66 et 90. — Florent. in bibl. Laurent. cod. 33, n. 9, plut. 57, imprimis cod. 24, n. 3, plut. 80. V. Bandin. l. c. tom. II, p. 386, et III, p. 214. — Venetiis in bibl. Marc. cod. 406, compendium Zoroastreorum et Platonicorum dogmatum (quod ex cod. August. edidit Tryllitius, Wittebergæ 1719.) V. Catal. codd. gr. Marc. p. 198, præcipue cel. Morellum in bibl. ms. Gr. et Lat. I, p. 274. de segmento immisto, quod ad aliud Gemisti scriptum pertinere videtur, et additamento inedito, initio opusculi in margine ad instar scholii a Gemisto, qui sua manu illum cod. exaravit, posito. — Paris. in bibl. publ. codd. 426, n. 6; 1603, n. 14; et 2376, n. 11, Compendium Zoroast. et Platonicor. dogmatum; at ibid. in cod. 2832, n. 5: *Plethonis oraculorum magicorum expositio*; et n. 6 ejusd. *Chaldaicorum dogmatum expositio.* (Harl.)

7. Legi etiam in Catalogo nescio quo: Georgio Gemista Plethon, *Historia della monarchia de los Persas*, traducida en Castellano por D. Pedro Davii in 4. Vall. 164, I, 19 (*n*). Et hæc quidem edita sunt.

8. Inedita etiam pleraque sunt, nec minoris momenti. Nempe ex plerisque auctoribus *Excerpta*: sive *loca notatu digna*, etc. (Allat.) Plura jam occupavi supra ad vol. VIII, p. 79 sqq. not. *dd.* — Monac. in cod. Bavar. 48, olim 183, plura Plethonis reperiuntur, 1 (ex Appiani *Hist. de Macedonicis regibus*; (*o*) 2) ex Strabone; 3) ex Theophrasto, *De plantarum historia*, quæ in edit. non reperiuntur; 4) ex *Historia animalium* Aristotelis, ineditum excerptum; 5) ex eadem *Animalium historia* Aristotelis physiognomica, inedita; 6) ex Diodori Siculi *Historiis de Assyriorum et Medorum regno*; 7) Xenophontis, 8) ex primo *Romanarum Antiquitt.* libro Dionysii Halicarnassei; 9) ex eodem I libro *De diis quos Æneas ex Troia in Italiam transtulit*; 10) ex Prodico in libro *De Hercule.* Sequuntur 11) Excerpta de felici Arabum successu sub rege Umaro et imperatore Heraclio, et de regibus Romanorum, quæ num Plethonem quoque habeant auctorem, cujus tamen alia opuscula actutum sequuntur, mihi non liquet. Conf. Hardt. in *Aretini Beytrægen*, etc. ann. 1803, part. VI, p. 12-17. — Ibid. in cod. 59 fin. ex Strabonis Geographicis de terræ habitatæ figura. V. Hardt. l. c. ann. 1804, part. I, p. 42; et conf. supra ad vol. IV, p. 574 sq. et p. 575, § 4; atque ibid. p. 669, n. 26. — Venet. in bibl. Marc. 379 Plethonis Excerpta ex Strabone, quæ singula diligenter copioseque recensuit et exposuit cel. Morell. in bibl. mss. Gr. et Lat. I, p. 244 sqq. Idem V. D. ibid. p. 269-274, omnia curate persequitur, quæ cod. Marc. 406, manu ipsius Ge. Gem. Plethonis exaratus, ejus excerpta ex antiquis auctoribus aliaque ejus propria continet. Sunt vero eadem fere omnia, quæ ex cod. Bavar. enotavimus, nisi, ut in cod. Marc. etiam reperiantur de iis quæ post pugnam ad Mantineam apud Græcos gesta sunt, tum de veteri Græcorum militia adnotatio, sine titulo, quæ ejusd. Plethonis esse videtur cl. Morellio. Quod opusculum e cod. Bavar. n. 2, indicavimus, id in hoc cod. Marc. caret quidem auctoris nomine, at manu Gemisti scriptum est. — Matriti in cod. Reg. 10, præter ea quæ jam supra, ad vol. VIII, p. 81, in nota memoravi, sunt Plethonis Excerpta ex Theophrasti libris de historia plantarum, et de animalibus ex libris Aristotelis. V. Iriart. l. c. p. 28. — Vindob. in cod. Cæs. 87, n. 2 sqq. Excerpta 1) ex Diodoro Siculo; 2) ex Arriano, *de expeditione Alexandri M. libro* V, p. 228 sqq. ed. Gronov.; 3) ex ejusdem Arriani libro VII, p. 283 sqq.; 4) ex Prodico in Xenophontis ms. de Hercule; 7) ex Arriano l. c. libr. IV et V, p. 158 et 203. de Alexandri laboribus; 8) de Thessalia, ex Strabone; 10) ex Polybii *Hist.* III, Proœmium; 11) Adnotatio in præcedens proœmium; 12) Ex Zonara, lib. X *Annal. De C. J. Cæsare*; 13) ex Josepho *De bello judaico*, III, c. 9. V. Kollarii Supplem. p. 551 sqq. — Leidæ in bibl. publ. inter codd. Vossianos, v. supra ad vol. VIII, p. 81. — Paris. in bibl. publ. orbis Descriptio e Strabone, in codd. 817, n. 14; 1191, n. 28; 1415, olim Colbertin. orbis descriptio, e geographicis libris excerpta, 1603, n. 15; 1739 n. 2-9 et 24; 2426 n. 9. — De Italæ figura e Polybio in codd. 462, n. 8; et 2376, n. 15, in quibus etiam est *Thessaliæ chorographia*, in qua Strabonem excerpsit. — De Assyriorum et Medorum imperio, ex Diodoro Sic. in codd. 1747 et sequenti; 1802, et 2902, n. 13. (Harl.)

(*n*) In Bibliotheca Hispanica Nic. Antonii tom. II, p. 150, titulus hujus libri plenior exstat hunc in modum: *George Gemista, o Plethon, la postrera historia de la Monarquia de los Persas hasta Alexandro Magno, con algunas vidas de Capitanes famosos Griegos traslados del Latin de Emilio Probo*, Vallodolidi 1604, 4. Est Hispanica versio librorum Gemisti de gestis Græcorum post pugnam ad Mantineam.

(*o*) Ex Appiani Syriacis excerptum de Macedonicis Syriæ regibus, ms. in bibl. Cæsarea. [v. supra ad vol. V, p. 250.] In eadem habentur et Plethonis excerpta ex Æliani de proprietatibus animalium, et ex Procopio etc. [ex Procopio, in cod. Cæs. Vindob. 87, n. 19. V. *Kollar.* Supplem. ad Lambec. p. 561].

Digitized by Google

9. *Georgii Gemisti artis rhetoricæ prolegomena, vel potius incerti de proœmiis artis rhetoricæ. Epitome in Hermogenis artem rhetoricam.* Erat in bibliotheca Antonii Augustini cod. 225. [Conf. cl. Hardt, in *Aretini Beyträgen*, etc. ann. 1803, p. 1, p. 42] Et Scoriaci Regia Περὶ ἀρετῶν, προοιμίων ῥητορικῶν, Ἀριστοτελικῶν ζητημάτων. *De virtutibus, proœmiis rhetoricis, Aristotelis quæstionibus.* [*V.* supra, vol. VI, p. 76, §§ 6 et 7.] Κατὰ τοῦ Στράβωνος περί τινων οὐκ ὀρθῶς κατὰ τὴν Γεωγραφίαν αὐτῷ διορισθέντων. *Adversus Strabonem de nonnullis ab eo non recte in Geographia enumeratis.* [V. cl Morell. l. c. p. 246 sq] In Palatina Heidelbergensi, cod. 177, et Britannicis, et Gallicis manuscriptis, et alibi : Ἐκ τοῦ Στράβωνος Γεωγραφικῶν, περὶ τοῦ τῆς γῆς τῆς οἰκουμένης σχήματος διορθωθὲν παρὰ τοῦ Γεμιστοῦ Πλήθωνος. *Ex Strabonis Geographicis de figura terræ habitatæ, sed correcta a Gemisto Plethone* (*p*). In Vaticana, Scoriaci Regia VI β', 10; et VI ζ', 6. Veneta S. Marci scam. 21, num. 17, et Ambrosiana Mediol. ni. [Conf. ad n. 8, et supra vol. IV, p. 669, n. 26 et Kollar. Supplem. ad Lambecii Comm. p. 556 sqq. n. 16, cod. 87, qui multa continet Plethonis opuscula. HARL.]

10. *Chorographia Thessaliæ* (*q*) in bibliotheca Palatina Heidelbergensi, Regia Scoriaci 11, num. 5. *De Isthmo* Veneta S. Marci scam. 32, num. 22 (ALLAT.); *Vindobonæ* in cod. Cæs. XC, n. 4; *De Isthmo*, et n. 7, *Chorographia Thessaliæ*. V. Lambec. VII, p. 347 et 350 sq. — Florentiæ in bibl. Laurent. cod. 55, n. 6, plut. 57. Gemisti epistola ad imperat. Manuelem Palæologum de rebus Peloponn. ac præcipue *De Isthmo*; quæ epistola diversa est ab ejusd. Plethonis ad eumdem imperatorem oratione de rebus Peloponnesiacis. V. ad n. 3 et 8. (HARL.)

11. Προσφωνηματικός. *Adlocutio.* P. Οὐκ ἦν παραπλήσια, ὦ θειότατε, τὰ τῶν πολεμίων τέλη ἀποβῆ. Mediolani in Ambrosiana.

12. *Capita quædam musica, Plethone auctore.* Bavarica cod. 183 [qui nunc numeratur 48 fin. V. Hardt l. c. ann. 1803, part. VI, p. 17. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. 406. V. cl. Morell. *Bibl. ms. Gr. et Lat.* I, p. 273 sq. qui adnotat, ex Aristoxeno et Quintiliano nonnulla ad litteram esse delibata; sed in margine ad initium manum alienam scripsisse Πληθώνιον. HARL.]

13. Προθεωρία εἰς τὸν λόγον τοῦ βασιλέως Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου ἐπιτάφιον εἰς τὸν αὐτοῦ ἀδελφόν (*r*). *Præmeditatio in imperatoris Manuelis funebrem orationem in fratrem.* P. Περιπαθὲς μὲν τὸ προοίμιον, καὶ οἷον γένοιτ' ἂν ἀδελφῷ μάλιστα πρέπον. *Oratio funebris in Helenam Palæologinam*, in bibliotheca Vaticana et Altempsiana. *Alia in Hypomonem et Cleopem imperatrices.* In indice manuscript. codicum. Μονῳδία ἐπὶ τῇ ἀοιδίμῳ δεσποίνῃ Ὑπομονῇ (*s*). *Monodia in celebrem dominam Hypomonem.* In quo etiam non post multa legebatur, Πλήθωνος μονῳδία ἐπὶ Ὑπομονῇ, καὶ Κλεόπῃ ταῖς βασιλίσσαις. *Plethonis Monodia in Hypomonem et Cleopem imperatrices.* Ex his excerpta, quæ de immortalitate animæ tractant, sunt penes me, eruntque in bibliotheca Saregica, ut tradit Justus Ryequius in *Centuria nova*, epist. 29. *Oratio funebris in obitu reginæ Cleopæ Palæologinæ, in qua de animæ immortalitate agitur.* In Augustana, index manuscriptus, et Lolliana. Et Scoriaci in biblioth. Regia. Ἐπικήδειος λόγος τῇ βασιλίσσῃ, καὶ περὶ ἀθανασίας ψυχῆς. *Oratio funebris in imperatricem, et de immortalitate animæ*, 11, num. 5.

14. *Epitome historiarum Sicularum* (*t*), ni fallit titulus, quem tamen et epitomatores Gesneriani agnoscunt. In bibliotheca imperatoris Viennæ Austriæ. Possevinus in Indicibus.

(*p*) Hoc scriptum habuit; atque in syntagmate Græcorum geographorum edere voluit Lucas Holstenius. Vide Lambecium lib. I, p. 114 [p. 241 sqq. Kollar.]

(*q*) Exstat etiam in bibl. Cæsarea. Lambec. VII, p. 165 [p. 350 sq. ed. Kollar. n. 7, cod. 90. Conf. Morelli, *Bibl. ms.* I, p. 270, et p. 247. Harl.] Ex libro nono Strabonis excerptum discet ex Labbei *Bibl. nova mss.* p. 120. [Add. ad n. 8.]

(*r*) Edita hæc προθεωρία Græce et Latine a Comberisio cum oratione ipsa Manuelis Palæologi in fratrem Theodorum despotam tom. II *Auctarii novi Bibl. Patrum*, pag. 1037, Paris. 1648, fol. [Conf. Lambec. VII, p. 535.]

(*s*) In eadem bibl. Cæsarea. Vide Lambecium, t. V, p. 175 [pag. 368, Koll. n. 11, cod. 257]. Etiam in Bodleiana et Regia Paris. (FABR.) Paris. in bibl. publ. codd. 963, n. 16; 1297 n. 5; et 2540, n. 5, in obitum s. in laudem Cleopæ Palæologinæ, ubi de animorum immortalitate disseritur; init. Σόλων μὲν ὁ σοφός· tum in cod. 1760, n. 14, Oratio in obitum Helenæ Palæologinæ. — Florentiæ, in bibl. Laurent. cod. 18, n. 11, plut. 56, in obitum Helenæ s. Hypomonis Palæolog. Inc. Τῇ τῶν ἡμετέρων βασιλέων. V. Bandini Cat. codd. Gr. II, pag. 518 sq. — Leidæ, in bibl. publ. inter codd. Vossianos, *Monodia in dominam Helenam.* V. Cat. bibl. Leid. p. 405, n. 45. — Matriti, in bibl. Reg. 115, *Monodia* (s. laudatio funebris) *de imperatrice Cleope Itala* et *Monodia de beata domina Hypomone.* V. Iriart. Cat. codd. Gr. Matrit p. 459. — In cod. Bavar. 29 (quondam 162). Orat. in Hypomonem imperatricem. V. Hardt. l. c. ann. 1803, part. IV, pag. 28. Gemisti Plethonis et Mich. Apostolii Orati. funebres duæ, in quibus de immortalitate animæ exponitur. Nunc primum e ms. (Vratislaviensi) edidit G. G. Fülleborn, Lipsiæ, 1793 (sed vere 1792), Mai 8, est Orat. in obitu Cleopæ, mortuæ anno 1433. V. cl. Fülleborn, præf. p. 6 sq. et in Censura in Ien. A. L. Z. 1794, n. 218, p. 29 sqq. in Jul. loca quædam Plethonis emendantur. (HARL.)

(*t*) Ex Diodoro Siculo excerpta suspicor intelligi, jam supra, num. 8, memorata. Non omittendum etiam scriptum Gemisti duplex in bibl. Cæsarea obvium præteritumque Allatio, Μέθοδος εὑρέσεως ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῆς τῶν ἀστέρων ἐποχῆς ἀπὸ κανόνων, οὓς αὐτὸς συνεστήσατο· *Methodus astrologica inveniendi loci solis et lunæ et astrorum ortus, secundum canones, quos ipse composuit*, qui et ipsi subjiciuntur, una cum *Introductione in Genethlialogiam.* Ejusdem *Canon chronologicus a Nabonassare ad imp. Michaelem Palæologum.* Vide Lambecium, VII, pag. 196. [s. p. 419, ed. Koll. n. 6 et 7 cod. 90] FABR. — His adde librum *De generatione deorum, Paris.* in bibl. publ. cod. 2045, n. 3, init. Πλωτῖνον περὶ τῶν.— *Plethonis* etc.

Digitized by Google

15. *Historia.* In Catalogo exhibito a Grammatico, apud Verderium in supplemento; nisi eadem sit cum edita gestorum post pugnam ad Mantineam.

16. *Explicatio in voces Porphyrii et in decem Categorias Aristotelis*, in bibliotheca Constantini Varimi, ex Verderio.

17. *Explicatio in Analytica Aristotelis*, apud Joannem Suzium Constantinopoli, ex Verderio. [an est ille commentarius sine nomine auctoris in cod. Bavar. 29, ap. Hardt. in *Aretini Beyträgen*, etc., ann. 1803, part. IV, p. 31? HARL.]

18. Verumtamen cum Gemistus in eo libro, quem *De differentia Platonicæ atque Aristoteliçæ philosophiæ* scripsit [v. ad n. 5], non differentiam tantum inter utrosque examinasset, sed acrius omnia conviciorum genera exaggerans, non veritus esset homini primario contumeliam facere; præstantissimorum virorum odia et calamum in se concitavit (*u*); neque enim passi sunt adeo fœde atque enormiter innocuum hominem proscindi; inter eos mitissimus Bessario, cujus illa vere aurea pia que sententia fuit ad Michaelem Apostolium, Οὐ λοιδορίαις τοῦ ἀντιδίκου, ἀλλ' ἀποδείξεσι, καὶ λογικαῖς ἀνάγκαις τῷ φίλῳ συνηγορητέον, τόν τ' ἐχθρὸν ἀμυντέον. *Non conviciis in adversarium, sed demonstrationibus, atque insolubilibus rationibus amico suppetiæ ferendæ sunt, vindictaque de inimico sumenda.* Libellum pro Aristotele in Plethonem, licet præceptorem composuit. Πρὸς τὰ Πλήθωνος πρὸς Ἀριστοτέλην περὶ οὐσίας. *Ad dicta Plethonis in Aristotelem de substantia.* P. εἴ τις ἁπλῶς τε καὶ ἅμα. Et Theodorus Gaza, philosophicarum artium cognitione instructissimus, neque Plethone ipso inferior. Gazæ pro Plethone respondit Michael Apostolius; Apostolio Andronicus Callistus, et Bessario ipse cardinalis, epistola de hac re data, temerarios Apostolii conatus repressit, compulitque ad palinodiam. Georgius etiam Scholarius, communi studio, ac quibus præstabat ingenii opibus ab obtrectationibus, et calumniis Plethonem divexans, Aristotelem defendit: eo scopo ut multo excellentiorem (*v*) doctrinam Aristotelis Platonica ostenderet. Quod anxie nimis Pletho ferens non dissimilibus opprobriorum plaustris, a quibus semper sibi etiam in Plethonem Bessario temperaverat, Scholario respondit, cujus ignorantiam non sine contumelia multis conatur ostendere, et consilii sui tenax assidue Platonem extollit, Aristotelem cœlo ab alto dejicit opusculo, quod inscripserat, Πρὸς τὰς Σχολαρίου ὑπὲρ Ἀριστοτέλους ἀντιλήψεις. *Ad Scholarii pro Aristotele objectiones.* P. Ἐγὼ μὲν οὐκ ὀΐμαι ὡς γε σὺ φῂς, ἀλλ' ὅτε τὸ πρῶτον

ipsius libri epilogus s. *conclusio.* Inc. Ἃ μὲν οὖν τῆς βίβλου ἐν ἀρχῇ ἡμῖν προὐτέθη· Florent. in bibl. Laurent. cod. 18, n. 6, plut. 56. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. 2, p. 317, qui « imperfectus, ait, libellus, ac propterea ab eadem manu ascriptum est in margine: Ζητητέον τὰ ἐπιόντα, etc. — *Quærenda sunt, quæ sequuntur; licet a Scholario, uti dicunt, sublata, reperiri vix possint.* Pertractantur autem in hoc quæstiones metaphysicæ de substantia, de Deo, de æternitate. » — Vindobonæ, in cod. 91, n. 1, ubi est conclusio operis Plethonis de legibus. V. Lambec. VII, p. 364, ibique not. 2. Separatim ibid. in cod 179, n. 2. V. Lambec. V, p. 466 sq. — Ibid. in cod. 87, n. 17 auctoris (num Plethonis, cujus plura opp. in illo cod. recensentur?) adnotatio critica brevis de tempore Nativitatis, Passionis et Ascensionis D. N. Jesu Christi: init. Ἔτος ἦν ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ στάσεως κόσμου· n. 18 ejusdem (ut opinatur Kollarius in Supplem. ad Lambecii comment. p. 559 sqq., ubi eum codic. uberius recenset,) *De somniis excerptum*, ex Macrobii commentariorum in somnium Ciceronis, cap. 3 et 4, a Maximo Planude Gr. versorum. — Ex cod. Naniano 291 Mingarell. in Gr. codd. apud Nanios p. 488, excerpsit Plethonis locum in quo de Dictye, ejusque narratione de bello Troico, et versione recenti (ἐκ τῶν φοινικικῶν γραμμάτων ἐς ἰταλικὴν συγγραφήν), uti ex lyriaco Anconitano accepisset, singularia traduntur. (HARL.)

(*u*) De hac controversia litteraria philosophorum decimi quinti sæculi consulere juvabit eruditam Boivinii Diatribam insertam tomo quarto Memoriarum academiæ Regiæ inscriptionum et elegantiorum litterarum, quæ Gallica lingua prodierunt Parisiis in 4, et Amstelodami 1719, 12. Inter alia pag. 485 seq. Gallice affert epistolam Nic. Secundini datam Viterbii 5 Jun. 1462, ad Andronicum Callistum, qua ejus scriptum contra Apostolium et Gazam magnis effert laudibus: Apostolii convicia ac calumnias detestatur. [Conf. supra, vol. XI, p. 294 sq. in primis Zenum in Dissert. Vossiana. tom. I, p. 342, sect. 7, de hac epistola ad Andronicum Callistum ejusque codd. Paris inter codd. Regios (teste Labbeo in *Nova bibl. mss. libror.* p. 101), in bibl. Naudeana, et apud Frid. Sylburg. in Cat. codd. gr. Palatin. Francof. 1701, 4, p. 40, latius disserit, denique ex *Reiseri* indice mss. bibl. Augustanæ (p. 85, ubi quoque, ibidem exstare Plethonis quædam, Reiser. prodit) memorat Andronici Callisti Epistolam ad Nicolaum Secundinum. — Bessarionis Epistolam ad Nicol. Secundinum, quæ laudes Gemisti eximias continet, cel. Morell. bibl. ms. Gr. et Lat. I, p. 212 seq. ex cod. bibl. Marc. 533, Gr. cum interpretatione lat. in lucem protulit. Mich. Apostolii Epist. ad Bessarionem; hujus epistolæ ad Andronicum Callisti F. et ad Mich. Apostolium; tum Nicol. Secundini Epist. ad Andron. Callist. et alia sunt Florent. in bibl. Laurent. cod. 55, n. 8, plut. 58. Plura dabit Bandin. l. c. II, p. 482 sq. Bessarionis Epistola ad Mich. Apostol. Gr. cum Latina Boivinii versione in *Mémoires*, etc. *Geschichte der Kön. Akademie der schön. Wissensch. zu Paris. e lingua Gallica in German. versa a Luisa Adelg. Vict. Gottschedia*, part. II, p. 377 sqq. HARL.] Deinde, p. 488 sq., duas Bessarionis *) ad Callistum, unam brevem et alteram prolixiorem ad Apostolium, illam ipsam nempe, ex qua aureum illud monitum Allatius retulit, et doctissimo cardinali dignissimam; dignissimam item, quæ sæpius legatur ab Apostolis nostræ ætatis quos maximis viris obtrectare et lacerare eorum famam non pudet. [Add. quæ scripsi in *Introd. in Hist. L. Gr.* II, part. I, p. 549, in nota.]

(*v*) Et dogmatibus Christianis congruentiorem, faciliusque cum illis conciliandam.

* Bessarionis et reliquorum citt. epp. sunt quoque Matriti. V. Iriart. Cat. cit., p. 156. (HARL.)

Digitized by Google

ἠτήθην, εὐθὺς ἔπεμψα. Legitur in biblioth. (*x*) Augustana [V. *Reiseri* Indic. mss. bibl. August. p. 90], Altempsiana, Ambrosiana Mediolani, Veneta S. Marci scam. 27, num. 51 (*y*) penes me; eratque in Saregica, referente Rycquio Epistola supra laudata. Gesnerus tradit se vidisse Bononiæ apud S. Salvatorem, sed imperfectum. Cum Heidelbergæ morarer, tractatum hunc pro ævo auctoris antiquum, eleganter emendateque descriptum, quem a Nicolao Alemanno dono acceperam, Gottardo Voegelino typographo satis celebri impense expostulanti tradidi, ut una cum alio, *De differentia Platonis et Aristotelis*, et, si fieri posset, etiam Latine typis elegantissimis evulgaret; an evulgatum sit, ad hunc diem (*z*) non novi.

19. *Epistola ad Demetrium Porphyrogennetam*, in biblioth. Augustana. Index ms. Περὶ εἱμαρμένης, *De fato*. In bibliotheca Augustana (*a*), Ambrosiana Mediolani, Sanctorum Apostolorum Neapoli apud clericos regulares, ex qua opus descriptum beneficio piissimi mihique amicissimi Neophyti Rhodini penes me etiam conservatur.

20. *Ad Bessarionem cardinalem binæ Epistolæ*; in quibus præcipue in doctrina Platonicorum quæstiones a Bessarione Gemisto propositæ dissolvuntur. Primæ principium, Οὐ πάντα οἴεσθαι χρὴ τοὺς ἄνδρας τούτους. Secundæ, Ἐπειδὴ καὶ μαρτυριῶν δέῃ πρὸς τὰ προγεγραμμένα σοι. Apud me, nescio an sit illa, quæ scam. 17, num. 14, *Epistola de doctrina Platonis* in biblioth. Veneta S. Marci recensetur. (Allat.) Conf. supra, in vol. I, pag. 703; et supra in h. vol. ad n. 5, de cod. Mosquensi. — Vindob. in cod. Cæsar. 90, n. 2, Bessarionis Epistola ad Ge. Gem. Plethonem; et n. 3, Plethonis ad superiorem Bessarionis Epistolam, Epistolæ duæ responsoriæ. V. Lambec. VII, p. 346 sq. Kollar. — Eædem Florent. in bibl. Laurent. cod. 23, n. 3 et 4, plut. 58. V. Bandin. l. c. II, pag. 81. — Matriti, in bibl. Reg. cod. 34. multa reperiuntur, quæ huc pertinent, conf. supra, ad vol. XI, p. 191, not. *q*, de hoc Matrit. et aliis cod.; et p. 192, de Epist. Mich. Apostolii ad Plethonem. — Inter alia in cod. Matrit. Bessarionis Quæstiones IV, ad Gemistum Plethonem; prima, *De subsistente per se*; secunda, *De communicabili et incommunicabili*; tertia, *De entium synonymia vel homonymia*; quarta, *De fato*. Sequuntur Gemisti quatuor solutiones, totidem Bessarionis quæstionibus respondentes, quarum prima inc. Οὐ πάντα οἴεσθαι χρὴ τοὺς ἄνδρας, quartæ vero sive *De fato* initium est: Οὐχ οἷόν τε. — Quartam solutionem excipit altera Plethonis ad Bessarionem epistola, qua singulas illius quæstiones, antea memoratas, iterum solvere contendit. Plura de illis scripsit *Iriarte* in Cat. codd. Gr. Matrit. p. 136 sq. — Leidæ, in bibl. publ. inter mss. Scaligerian. amœbææ inter Bessar. et Plethonem Epp. V. Cat. bibl. Leid. p. 341, n. 51. — Paris. in bibl. publ. codd. 462, n. 4 et 5; 1739, n. 16 et 17; 2376, n. 8 et 9, Bessarionis Quæstiones et Plethonis Solutiones; et cod. 2966, n. 5, Plethonis Responsio ad ea quæ sibi Bessarion objecerat. (Harl.)

21. Μηνῶν καὶ ἐτῶν τάξεις, καὶ ἡμερῶν ἀπαρίθμησις, *Mensium et annorum ordo, et dierum recensio*. Scoriaci, in biblioth. Regia II, num. 5. (Allat.) V. Fabric. ad n. 23, not. *f*. (Harl.)

22. Περὶ Θεοῦ φυσικαὶ ἀποδείξεις. *De Deo naturales demonstrationes*. Πᾶν τὸ ὂν ἐνεργείᾳ ἐξ ἀνάγκης ἔχει τινὰ κατὰ φύσιν ἐνέργειαν. (Allat.) V. notam ad n. 17. (Harl.)

23. Περὶ νομοθεσίας, ἢ περὶ νόμων βιβλία τρία *De legibus libri tres*: cujus operis duo superiores, *De mensibus et annis, et de Deo demonstrationes*, segmenta omnino sunt. Quod etiam videtur indicare Gaza cap. 1, de mensibus: καὶ Πλήθων δὴ ἐφ' ἡμῶν ἀνὴρ τῶν ἐπιφανῶν χαλεπὸν ἡγούμενος εὑρεῖν τὸ ἀνάλογον τούτοις εἶα ἐπιζητεῖν. Κἂν τοῖς περὶ νομοθεσίας δὴ λόγοις περὶ ἡμερῶν καὶ μηνῶν, καὶ ἐνιαυτοῦ ὑφηγούμενος, οὐκ ὀνομάζει, ὡς Ἀττικοὶ ἦγον τοὺς μῆνας. *Et vero Plethon hoc sæculo vir clarus operosum reputans*

(*x*) In Cæsarea quoque, ut refert Lambecius VII, p. 162 [p. 315. Kollar. n. 1, cod. 90] et Regia Parisiensi, teste Boivinio, qui testatur Plethonem in hoc scripto iratum et superbum se Gennadio præbere adversarium: *Pléthon y parle à son adversaire avec toute l'aigreur d'un homme piqué au vif, et avec toute la hauteur d'un maître qui fait la leçon à un écolier*. Nonnulla ex illo scripto affert Eugubinus, lib. I, *De perenni philosophia*, cap. 25.

(*y*) In cat. codd. Gr. bibl. Marc. p. 278, numeratur cod. 517. — Taurini, in bibl. Reg. col. 538, v. Cat. mss. Gr. Taur. p. 469. — Florent. in bibl. Laurent. cod. 17, n. 7, plut. 56; init. quod diversum est ab eo, quod Allatius attulit, est Ἐπεὶ τὸ βιβλίον τῶν κατ' Ἀριστοτέλους βλασφημιῶν καὶ εἰς ἢ ἃ, ὀψὲ προῆλθεν. Plura dabit Bandinus, in Cat. codd. Gr. Laur. II, p. 317 sq. — Idem initium, nisi ut ὀψὲ περιῆλθεν legatur, est in cod. Reg. Matrit. 54. V. Iriart. in Cat. codd. Gr. Matrit. p. 135 qui præterea adnotat, in illius libelli contextu, fol. 151, occurrere Constantini Lascaris manu scholion antiquissimum, cujus prima et postrema, verba potuit. — Vindobonæ, in cod. bibl. Rhedigerianæ, teste Fulleborn., in præfat. ad libell. ad n. 13 not. citatum, p. 9. — Paris. in bibl. publ. codd. 462, n. 3; 1806, n. 4; 2006, n. 3; 2067 et seq. et 2376 (qui plura Gemisti opuscula continet), n. 7. (Harl.)

(*z*) Nec ad hunc diem usquam evulgatum est. [*Edidit Gass.* 1844, *in Gennad. und Pletho.*]

(*a*) V. Fabr. ad n. 23, not. *e*. — In Reiseri indice mss. bibl. August. 85. citantur codd. Plethon. *De fato* et paulo post ejusd. Epistola ad Demetrium Porphyrogennetam. — Libell. *De fato* asservatur quoque Florentiæ, in bibl. Laurent. cod. 18, n. 2, plut. 56. V. Bandin. l. c. tom. II, p. 517. — Paris. in bibl. publ. codd. 1996, n. 3; et 2077, n. 8. — Matriti, in cod. 34. V. ad n. 20. — Vindobon. in cod. Cæsar. 42, n. 16. V. Lambec. VII, p. 178, Koll. add. ad n. 2. — Contra Plethonem *De fato* scripsit Matthæus Camariota duo libros, ms. Leidæ, in bibl. publ. inter. codd. Vossian. V. Cat. bibl. Leid. p. 403, n. 41. — Edit. Ge. Gem. Pleth. libellus *De fato*, ejusdemque et Bessarionis epistolæ amœbææ de cod. argumento, Gr. et Lat. cura H. S. Reimari, Lugd. Bat. 1722, 8. (Harl.)

Digitized by Google

invenire qua ratione hi mutuo respondeant, inquirere destitit : in commentariis de legum institutione, cum de diebus, mensibus, et anno præcipiat, qua tamen ratione Athenienses menses suos agerent, ne verbum quidem facit. Primum in tractatu nostro *De mensura temporum antiquorum, et præcipue Græcorum* exscripsimus, cap. 12 [v. ad n. 21], cum Gazæ pro Plethone, quem ille carptim in opusculo de mensibus reprehendit, responderemus. Libri plane Plethonico genio suppares, totius antiquitatis et theologiæ antiquorum philosophorum promicondi; rari tamen, et mihi incertum an integri alicubi detineantur (*b*), indigni tamdiu lateant, digni luce, et qui omnium manibus terantur.

Horum publicatione (*c-d*), et quod plerique parum in eum essent alias ob causas propensi, offensionem multorum incurrit, qui in eum acriter invecti non ludibrio tantum hominem habuere et maledictis onerarunt, sed etiam a fide Christiana, non alterius, quam horum librorum doctrinæ probatione, ad gentilismum prolapsum descivisse affirmarunt, ac cæteros Christianæ religionis asseclas monuerunt ut a similibus libris et homine abstinerent, caverentque sibi a non minus Mahumetana doctrina perniciosis dogmatibus; in quo in iniquiores se aliis, et quam par erat, præstitere Georgius Trapezuntius in *Comparat. Platonis et Aristotelis*, cap. penultimo, lib. III; *Manuel*, Magnæ Ecclesiæ rhetor adversus Plethonem de processione Spiritus sancti, ex sententia quoque Scholarii patriarchæ: Καθάπερ τηνικαῦτα τοιοῦτοί τινες ἦσαν λογικῆς μὲν παιδείας, ἢ πρὸς βραχὺ, ἢ οὐδαμῶς μετασχόντες, etc. *Quemadmodum tunc temporis tales quidam erant, quibus logicæ artis aut parum aut nihil inerat, inanissimi vero rumoris a plano dialolo sparsi inconsiderati, quemadmodum ut plurimum levissimæ veluti paleæ homuncionem plebeculæ contingere suevit, sectatores. Sed magnus grandisque sanctitate et vere beatissimus patriarcha Gennadius cognomento Scholarius non tantum in externa, sed nostra divina doctrina adfluenter nimis, ad extremum usque perspicacitatis pertingens, ut utriusque sapientiæ perennis fluvius omnium testimonio comprobatus, ut plane quibus aliquid logicarum disciplinarum in pectore est, ex illius commentariis manifestum est. Hic sanctissimus vir, perbelli nostri Gemisti rebus examinatis, duplicique illi innata pernicie atque hebetudine perspecta, hunc in modum de eo sententiam tulit. Quanquam ante hos paucos dies Pletho gentilium deos complures rursus restituere conatus sit, id hebetis illius consilii ac intellectus vitium fuit, et nos in ejus amentiam plurima scripsimus, ne quis e simplicioribus inani illius sapientiæ famæ credens, discrimen adeat. Mathematicis namque disciplinis, sed illis quæ ex trivio erant, inficiebatur, a quibus nullum fructum perceperat. Eloquentiæ operam dedit, sed in impiissimis ac stultissimis scriptionibus; idque optimo Latinorum proverbio exprimitur, Purus Grammaticus, purus Asinus rudis adeo, nihilque a vili vulgarique hominum genere differens in veritate ac mendacio dijudicandis, Quare quilibet eum facili negotio refellebat, et puero, quamvis puer aliquid tentandi causa mentiretur, respondere haud poterat. Quapropter tanto errore levis ille abreptus est.* Theodorus item Gaza lib. *De mensibus*, cap. 16 : Τίνες δ' ἂν εἶησαν ἱερομηνίαι, Πλήθωνι μὲν ἥρμοττε φάναι, ὡς ἑή τινας ἑτέρας τῶν ἡμῖν νομιζομένων νομοθετοῦντι. Ἡμῖν δ' ἥκιστα δεῖ ἄλλως τε καὶ μὴ περὶ τούτου νῦν ὄντος τοῦ λόγου. *Cæterum qui dies forent celebres feriatique, Plethoni quidem non erat indecens recensere, ut qui alios dies festos, quam qui a nobis recepti sint, constituat. Nobis vero id minime opus est : cum de his in præsentia sermo susceptus non sit*, et alibi sæpius hominem latenter carpit; an merito, judicent alii. Ego dixerim Plethonem eloquentia, ingenii acumine, et disciplinis omnibus excelluisse, et assidua scriptorum lectione supellectilem sibi multam, ac tantam comparasse : hinc eruendis e latebris philosophorum, et Platonicorum potissimum sententiis, iisque scripto tradendis, plus quam par erat, materiæ addictum animum advertisse, et studio pertinaci contra sentientium opiniones dente etiam maledico vellicasse, non, ut eorum prava dogmata de novo, quæ docte ipse refellit, in hominum animos per se infixa prorogaret, sed ut ex tam vasto ac lacrymabili naufragio tabulas discissas ac vagas in unum veluti portum sanas atque incolumes recolligeret; indeque majestas christianæ religionis, ac veritas dilucidior appareret, quod et sanctissima nostræ religionis capita ante et post Plethonem, non contem-

(*b*) Post auctoris mortem enim exhibitos Gennadio CPol. a Demetrio Palæologo, ac per censuram Gennadii combustos testatur Gennadii epistola, ad Joannem exarchum et anonymi Græci scriptum apud Lambecium VII, p. 175, et nota Barberini codicis, quem Allatius memorat infra p. 391, ubi sex tantum capita libri primi in illo superesse notat. Sed in codice Cæsareo apud Lambecium, VII, p. 171 [p. 362 sqq. Koll.] supersunt capita decem, cum in hoc capitum libri tertii omnium, hoc est a capite 29 totius operis ad 43. Ejusdem operis caput sextum est Gabrieli Naudæo, pag. 160, *Pentadis quæstion. iatrophilologicar.* V. de fato fatali vitæ termino pag. 160, memoratus Plethonis tractatus mira brevitate circumscriptus Περὶ εἱμαρμένης, *De fato*, quem ait Allatii beneficio in lucem proditurum, quod haud factum est. [V. ad n. 19.]

(*c-d*) Laudatus Boivinus ex Gennadii Epistola ad Joannem exarchum negat, libros hos ab ipso vulgatos Plethone adhuc superstite, sed pressos potius et clam habitos, donec post ipsius obitum a Demetrio Palæologo despota proderentur. Criminationem tamen de mala Plethonis adversus Christianam religionem intentione non putat fundamento aut veritate destitutam, ita ut Bessario quoque, licet Plethonem magistrum suum coleret alioqui et magni faceret, tamen noluerit in opere adversus calumniatorem Platonis vel verbulum pro defendendo Plethone facere.

* De hujus libri fatis vide supra Gennadii epistolam ad Josephum exarchum. Fragmenta quæ supersunt Parisiis edidit anno 1858 V. Cl. Alexander, Edit.

Digitized by Google

nendo neque illaudato labore, diligentia, et admodum proficuo studio confecerunt, neque illos quisquam de impietate postulavit. Quid enim vetat antiquorum arcana et cærimonias comprobando, sine offensa Christianæ rei, nescientibus pandere. At hymnum conscripsit, eumque in solem, elegantissimum. Fateor. Ideone solem tanquam Deum laudavit, retulit in deos ut Deum, ad eumque tanquam ad Deum, manus supplices tetendit? Fabulæ. Admirandam planetæ splendidissimi vim, profusa in genus humanum beneficia, Dei omnipotentis ad quemlibet nutum servum irrequietum, ac fidum ministrum expressit. Aliam ab Christiana non post multos dies religionem futuram asseveravit. An hoc in gentilismum degenerare? An hoc pietatem dejerare fuerit? Hoc quoque ævo a prudentissimis et piissimis hominibus, dum pravi hominum mores quotidie in pejora ruentes, ita ut nullam pietatis, nullam bonitatis Christianæ speciem præ se ferant, conspiciuntur, fidem ac religionem Christianam in aliam atque aliam formam commutatam, ruituram tandem in externum quippiam adseveratur continuo, et vultu tristi illacrymatur. Quid mores ad religionem ipsam? Quid usus ad dogmata? Fidei finem ego non video. Non probo. Ad exitum usque mundi, vitæ hominum suppar producetur; ideone et probati ac Christiani mores semper perstabunt, neque in vitia a pietate Christiana et religionis longe aliena degenerabunt? Illud verum est, Plethonis ingenium licet adversariis reprehensum sit, nunquam tamen ejus vitæ institutum ab illis etiam, qui ejus omnia arguerunt, fuisse damnatum. Ut hinc arguas, tali viro simile facinus non potuisse, nisi per scelus omne, appingi. Dum ergo Trapezuntius, Scholarius, aliique in Platonem, tanquam scriptorum omnium perniciosissimum, invehuntur, Pletho, Platoni addictissimus, non potuit neque crimen inconstantiæ, neque calumniarum effugere. Hæc de religione. Quid de doctrina, et eloquentia, quæ in eo Scholarius, sed fere solus desiderat. Ne verbis rem agere videar, ab hostibus testimonium summum. Bessario ad Apostolium, Σοφός τε καὶ μεγάλης τῷ ὄντι εὐφυΐας ὁ ἀνήρ· *Sapiens, et magna, ut verum fatear, vir ille dexteritate ingenii fuit.* Trapezuntius, loco dicto: *Gemistus non minori eloquentia Platone, non inferior scientia illi.* Et: *Gemistus, exstant enim nonnulli, Romæque inveniuntur scripta ipsius, sic ornate eleganterque scribit, sic Platonis figmenta breviter distincteque refert, sic gentilitatis opiniones defendit, sic nostras crediderim in illis ab eo libris oppugnari, ut nemo nisi doctissimus in eum mutire possit.* Et: *Hic sermone gravissimus, doctrina callidissimus, causa longe superior, non enim nova excogitat, sed vetera novis rationibus revocat.* Et Theodorus Gaza, cap. 1, de mensibus: Καὶ Πλήθων δ' ἐφ' ἡμῶν ἀνὴρ τῶν ἐπιφανῶν· *Et Plethon hoc sæculo vir celebris.* Et: Καί τοι τἄλλα τὰ περὶ τὴν φωνὴν ἔπεσθαι προθυμούμενος Ἀττικοῖς, καὶ σφόδρα περὶ τοῦτο σπουδάζων· *Tametsi in cæteris rebus, quæ ad vocem spectant Atticos æmulari magnis votis expetit, in eoque sedulo operam navat.* Concludam testimonio Michaelis Apostolii, qui aliquando ex Plethonis amore insaniit: Ἀνδρὸς οὐ μόνον τοῖς νῦν ζῶσιν αἰδεσίμου, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ Ἀριστοτέλει, καὶ πᾶσι τοῖς παλαιοῖς, εἴγε κατ' ἐκείνους ἠγένετο ὁ ἀνήρ. *Viri non tantum iis qui nunc vivunt, sed ipsi etiam Aristoteli, omnibusque veteribus, si eorum ætate fuisset, venerandi.* An ergo sapientia, vel eloquentia defuit Gemisto, quam illi vindicant, et plenis buccis asserunt adversarii? Et revera Scholarii et Manuelis sententia, non ex judicio, sed rabie et calumniandi libidine effusa est. Est enim Pletho, stylo quidem accurato, eleganti, presso, Attici succi pleno, sententiis gravi, argumentis vehemente, eruditione vero, et antiquarum rerum congerie quandoque obscuro atque difficili; non tamen ob Gratias ac Veneres, quibus ubique dictionem aspergit molesto: adeo ut cum antiquis nec immerito æquiparetur, sui ævi scriptoribus a plerisque anteponatur. Ego sane cum illius aliquid lego, vetustissimæ antiquitatis succum et vènustatem plane Atticam, quidquid alii parum æqui dicant, admiror. In bibliotheca Barberina, cod. 265, habetur: Πλήθωνος νόμων συγγραφῆς βιβλίον α'· *Plethonis De legibus liber primus.* Sunt tantum capita sex. In quibus adnotavit nescio quis: *Hoc tantum ex divino illo volumine politicorum, sive de legibus Gemisti ad nos pervenit, reliquum sacrilegus Scholarius flammis consumpsit; veterique odio et inimicitiis adeo indulsit, ut ne communi quidem utilitati pepercerit, sæviens in libros, quando in auctorem nequiverit.* (Allat.) *Monac.* in cod. Bavar. 48 sub finem est ex Plethone Fragmentum, quod cl. Hardio in *Arctini Beytrægen*, etc. ann. 1803, part. VI, p. 18, videtur esse Fragmentum libri *De legibus*, et in quo varii coëtus illiciti, et pœna cuilibet statuta enarrantur. (Harl.)

24. In rebus nostræ fidei scripsit, Περὶ τῆς ἐνσαρκώσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. *De incarnatione Filii Dei.* Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *De processione Spiritus sancti* contra Latinos, vel hac inscriptione: Ἀπόδειξις ὅτι ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐδὲν ὅλως ἀδύνατον ἕπεται. *Demonstratio, Spiritum sanctum ex Patre solo procedere, neque inde aliquod sequi absurdum.* P. τὸ ὑπὲρ Λατίνων βιβλίον, τὸ ἐς ἡμᾶς ἦκον (*e*). Qui cum ex fundamentis gentilium philosophiæ ad id probandum argumenta petiisset, neque Græcis ipsis ex schismate satisfecit, quin ex iis Manuel Peloponnesius, Magnæ Ecclesiæ rhetor, qui sub patriarcha Pachomio (*f*) vivebat, ut de eo tradit in Historia

(*e*) Præter breviorem hunccc, etiam alius copiosior ejusdem argumenti Plethonis liber ex Chio allatus memoratur ab Allatio, lib. III, *De consensu*, c 3, § 6, qui incipit: Βιβλίον τό γε εἰς ἡμᾶς ἦκον πρῶτον ἄρχεται τοῦ τῇ σφετέρᾳ δόξῃ ἀμύνειν. *Puto*, inquit Allatius, *id opus a Gemisto, antequam in concilium* (Florentinum ann. 1438) *veniret, cum quilibet se præpararet ad pugnam, ut aliquid dixisse videretur, conceptum exclusumque fuisse.* Gemisti sermones in concilio Florentino habiti referuntur a Silvestro Sguropulo in Historia illius concilii, p. 155, 197.

(*f*) Circa a. 1510.

Digitized by Google

ecclesiastica Manuel Malaxus (*g*), ita argumenta Plethonis libro de hac re edito, cujus illud principium est, Μηδέπω κρίνας ἄνδρας ἀδαήμονας ἐάσῃς, refellit; ut non minus cum in hoc libello, quam alii in libris de legibus, impietatis ac gentilismi accusaret. Verba Manuelis, quia non ita omnibus in promptu sunt, sed non omnia, hic apponam : Ὅρα γάρ μοι τὸν ἀθεώτατον Γεμιστὸν ἐν τῷ σφετέρῳ τῷδε συγγράμματι κριτὴν καθιστῶντα ἑαυτὸν ἐν πράγμασιν, ὧν τῆς ἀκριβοῦς καταλήψεως ἐπίσης φαινόμενον ἐπιτυγχάνοντα. Λελη θότως δὲ τὴν μὲν Χριστιανικὴν σοφίαν διαχλευάζειν, τὴν δὲ Ἑλλήνων μιαρὰν δογματίζειν θεοπλαστίαν πειρώμενον. Ὧν γὰρ αἱ δυνάμεις, φησὶ, διάφοροι, καὶ αὐτὰ ἂν εἴη ταῖς οὐσίαις διάφορα. Εἶτ' Ὁ δὲ ματαιόφρων Πλήθων μόνον διασύρειν βουλόμενος τὰ ἡμέτερα, αὐτὴν τὴν τοῦ Εὐαγγελίου ῥῆσιν γυμνὴν λαμβάνων εἰς τοὐναντίον οἴεται ἀπάγειν τὸν λόγον λυσσῶν ἀκρατῶς κατὰ τῆς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν θεοσοφίας. Καὶ ἁπλῶς δὲ εἰπεῖν ὅλον τὸ τοιοῦτον σύγγραμμα καθ' ἡμῶν ὑπούλως συντεταχὼς φαίνεται, οὗπερ ἡ σαθρότης τε καὶ παχύτης δῆλη παντὶ τῷ λογικῆς εὐμοιροῦντι παιδείας ἀμηγέπη καθέστηκε, τοῖς δὲ κατ' ἐκεῖνον, καὶ μάλιστα τοῖ; ἐκείνου ἀλόγως τε καὶ κτηνωδῶς, μᾶλλον δὲ καὶ ἀνδραποδωδῶς παρεπομένοις δόξειν ὀντιλέγειν. *Conspice namque, quæso, impiissimum Gemistum in suo commentario judicem semetipsum constituentem in rebus quarum exquisitam comprehensionem plane nullam possidet. Hic latenter Christianam sapientiam contemptimque lacessit, Gentilium exsecrandam deorum confictionem quasi dogma hominibus propinare contendit. Quorum facultates, ait, diversæ sunt, ea essentia quoque diversa sunt.* Et : *Mente captus Pletho tantum nostra contemnere, ac ludibrio afficere volens, ipsum Evangelii dictum nudum arripiens in contrarium rapere sermonem opinatur, effuse furens contra Christianorum divinam sapientiam ; et, ut verbo dicam, totum commentarium contra nos subdole videtur scripsisse, cujus imbecillitas et hebetudo cuilibet logica doctrina imbuto perspecta est ; sequacibus vero illius, et iis qui sine ratione, bestiarum in modum, imo servorum dicta sequuntur, contra aliquid apponere judicabitur.* Liber prostat ms. in bibl. Vaticana, Augustana, Ambrosiana, et alibi. (Allat.) De codd. Vatic. aliisque, V. quos citat Montfauc. *Bibl. Biblioth. mss.* in d. voc. *Gemistus* et *Georgius Gemistus*. De cod. bibl. Augustan. V. Reiser Indic. mss. bibl. August. pag. 90. — Paris. in bibl. publ. cod. 949, n. 6, 2045, n. 2 —Mosquæ, in bibl. synod. cod. 311, Gemisti πρὸς τὸ ὑπὲρ τοῦ λατινικοῦ δόγματος βιβλίον, inc. Τὸ ὑπὲρ Λατίνων. V. Matthæi *Notit.* codd. Gr. Mosq. p. 204, n. 44. Idem Matriti, in bibl. Reg. cod. 115, n. 128, et ascripta Constantini Lascaris nota docet, scriptum esse contra Argyropuli librum *De Latinorum dogmate* (de quo vide supra, vol. XI, p. 464 sq.). V. Iriart. Cat. codd. Gr. Matrit. p. 459; et Taurini, in bibl. Reg. cod. 161. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 245. — Florent., in bibl. Laurent. 18, n. 8, plut. 56, est liber, a Fabricio in nota ad initium hujus § memoratus, at inscriptus : *Gemisti* πρὸς τὸ ὑπὲρ Λατίνων τοῦ Νικαίας βιβλίον, καὶ τοῦ Νικαίας ἀπολογίαι καὶ τοῦ αὐτοῦ Πλήθωνος ἐπὶ τῷ τέλει ἀντίῤῥησις· *Adversus librum Nicæni pro Latinis, cum ejusdem Nicæni responsionibus, et in fine ipsiusmet Plethonis contradictio.* Incip. Τὸ ὑπὲρ Λατίνων βιβλίον, τὸ ἐς ἡμᾶς ἦκον, ἄρχεται μὲν τοῦ τῇ σφετέρᾳ ἀμύνειν δόξῃ. Nicæni apologia s. responsiones ad marginem sunt ascriptæ. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laurent. II, pag. 318. (Harl.)

25. Ejusdem *varia* asservari dicuntur in bibliotheca Augustana ; index manuscriptus [V. Reiser Indic. cit. pag. 85] Veneta S. Marci, quæ fuit Bessarionis, scam. 32, num. 22 [V. supra ad n. 2 et 8.] et Neapoli in cœnobio Augustinianorum Sancti Joannis de Carbonaria [V. supra ad vol. V, p. 797, n. 22, et Montfauc. *Diar. Ital.* p. 311]; Ambrosiana, *Prosphonematicus* (*h*) qui an idem, vel diversus cum aliquo ex supra recensitis sit, ignoro.

26. Aliquando *versibus* etiam lusisse, dignis illis quidem tanto philosopho, sed paucis admodum, tradit Lilius Gyraldus, dialogo 2, de poetis sui temporis. Summa senectute confectus, tanquam qui centum annos natus, si Trapezuntio (*i*) credimus, obiit. Funus illi satis amplum oratione encomiastica Hermonymus Charitonymus, et Gregorius monachus fecere. Utraque in Augustana bibliotheca exstat. [V. Reiser. Ind. cit. p. 90.] Reliquit Demetrium et Andronicum, filios, ut ex epistola ab eodem (*j*) post Plethonis obitum amico Bessarione cardinale inedita adhuc manifestum fit. [Exstat hæc epistola Vindob. in cod. Cæs. 276, n. 9, et 257, n. 1. V. Lambec. v, p. 507 et 452, Kollar. ; et Venetiis in bibl. Marc. cod. 333, v. Cat. codd. Gr. Marc. pag. 152, cum primis ei. Morell. in bibl. ms. Gr. et Lat. p. 212 ; qui quoniam docuit, in hac Allatii editione omnia esse corruptissima, nolui epistolam illam Bessarionis uti Allatius eam ediderat, h. l. repetere. Harl.] In calce epistolæ distichon ac tetrastichon in eumdem Gemistum addebatur, incultum utrumque, barbarum, nullo numero confectum ; indicium tamen animi, quem ne fraudemus, utut est, utrumque hic exscribemus. Non omnia possumus omnes :

Γαῖαν σώματι, ψυχῇ δ' ἄστρα Γεώργιος ἴσχει·
Παντοίης σοφίης σεμνότατον τέμενος

Terram corpore, animo stellas Georgius possidet, universæ sapientiæ venerabilissimum templum. Et,

(*g*) Apud Crusium, in *Turco-Græcia*, p. 146.

(*h*) Fuit jam supra, p. 586. [p. 95.]

(*i*) Libro III, comparat. Platonis et Aristot. Cui adde, quod magistratum in Peloponneso gerere et admodum senem esse Plethonem scribit ann. 1371. Franciscus Philelphus libro V, Epist. ad Saxolum Pratensem.

(*j*) Hæc Bessarionis epistola exstat etiam in Allatii lib. III, *De consensu*, c. 3, p. 937.

Digitized by Google

Πολλοὺς μὲν φῦσεν ἀνέρας θεοειδέας Ἑλλὰς
Προὔχοντας σοφίῃ, τῇ τε ἄλλῃ ἀρετῇ,
Ἀλλὰ Γεμιστὸς ὅσον Φαέθων ἀστέρων παραλλάσσει
Τόσσον τῶν ἄλλων ἀμφοτέρου κρατέει.

Multos quidem procreavit homines Deo similes Græcia, sapientia atque alia virtute eximios. Sed Gemistus, quantum Phaethon stellis superior est, tantum alios in utroque vincit.

NOTITIA ALTERA

GALLICE ADORNATA

Ex viri clarissimi D. Alexandri Præfatione ad Plethonem De legibus, passim.

George Gémistus, plus connu depuis sous le nom de Pléthon, naquit à Constantinople (1) vers 1355 (2), d'une famille qui ne manquait pas, dit-on, d'illustration (3). On ignore les causes qui l'obligèrent de quitter cette ville. Nous savons seulement qu'à une époque mal déterminée de sa vie, probablement vers la fin de sa jeunesse, il dut chercher un asile à Andrinople, alors capitale de l'empire ottoman : il s'y attacha à un certain juif Elisée, très-influent auprès de la Sublime-Porte, lequel s'occupait de sciences occultes, et finit par être brûlé vif (4). C'est sans doute après la disgrâce et la mort de ce juif qu'il transporta sa résidence en Morée, où il s'établit à Mizithra, l'ancienne Sparte, chef-lieu dans ce temps-là d'une principauté grecque sous le gouvernement d'un des Paléologues. Il y passa presque tout le reste de sa vie, occupé de littérature et de philosophie, dont il semble qu'il tenait école, et investi, au moins dans les derniers temps, de hautes fonctions judiciaires (5).

On peut assigner aux commencements de cette époque son traité *des Vertus* (6), où règne une doctrine saine, étrangère aux idées de sa vieillesse ; peut-être aussi un autre ouvrage cité de lui, mais que nous n'avons pu nous procurer : *Preuves physiques (ou naturelles) de l'existence de Dieu* (7), et la *Prière au Dieu unique* (8).

C'est encore ici que nous placerions, mais sans nous renfermer dans des limites bien précises, la plupart de ses ouvrages historiques, géographiques et astronomiques (9). Ces

(1) Bessarion, qui avait vécu longtemps dans son intimité, l'appelle formellement *Plethon Constantinopolitanus*, dans le début de son traité *De Natura et arte*. Les titres des manuscrits de ses ouvrages et les mémoires du temps le désignent souvent par l'épithète de Byzantin, Πλήθωνος τοῦ Βυζαντίου.

(2) On n'arrive à cette date qu'approximativement, en combinant l'époque probable de sa mort avec l'âge presque centenaire qu'on lui attribue ; nous y reviendrons.

(3) Οὕτω γένους ἔχων, dit avec emphase son panégyriste Grégoire le Moine.

(4) Ces détails ne nous sont connus que par la lettre de Gennadius à Joseph l'Exarque, que nous aurons souvent occasion de citer. Nous disons qu'il fut obligé de quitter Constantinople ; c'est bien là ce qu'indiquent les mots φυγὼν τὴν πατρίδα. Quant à la ville où il se réfugia, et où était cette cour barbare, τῇ τῶν βαρβάρων αὐλῇ, ce ne peut être qu'Andrinople, résidence ordinaire des sultans depuis 1366, quoique le siége officiel de l'empire n'y ait été définitivement transféré de Broussa (l'ancienne Pruse) qu'assez longtemps après (Phranza, livre I, ch. 30). Sur le juif Elisée, nous n'avons trouvé nulle part aucun renseignement.

(5) Cf. not. 1 col. 801, infra.

(6) Ce traité a été imprimé plusieurs fois, et on en a fait deux traductions latines. Nous avons eu entre les mains deux éditions de Bâle, 1552 et 1586, in-8°, avec la traduction d'Adolphe Occon. C'est toujours la grande division classique en quatre vertus principales avec les sous-divisions. Comme il est rédigé à la manière d'Aristote plutôt que de Platon, nous le croyons un des premiers ouvrages de l'auteur.

(7) Περὶ Θεοῦ φυσικαὶ ἀποδείξεις, titre cité par Allatius, *de Georgiis*, dans Fabricius, tom. XII, pag. 96, éd. Harl., avec les premiers mots de l'ouvrage : Πᾶν τὸ ὂν ἐνεργείᾳ, κ. τ. λ. Nous trouvons un autre traité du même genre indiqué dans un autre catalogue donné par Fabricius, tom. V, p. 797, même éd., sous ce titre : Περὶ τοῦ ὄντος ἐπωνυμίας. Mais ces morceaux pourraient se rapporter aussi à une époque plus avancée de la vie de leur auteur, à celle de sa controverse sur le platonisme. Ne les ayant pas vus, nous sommes réduits à de simples conjectures.

(8) Il est curieux de comparer cette prière, encore chrétienne et orthodoxe, avec les hymnes païens du traité des Lois.

(9) Le plus connu de ces ouvrages est l'Histoire de la Grèce après la bataille de Mantinée (depuis la mort d'Épaminondas jusqu'à celle de Philippe), imprimée à Venise en 1503, à la suite du Xénophon des Aldes, et plusieurs fois depuis, morceau estimable, composé principalement avec les matériaux fournis par Diodore et par Plutarque. On peut citer comme des ouvrages les extraits d'auteurs anciens simplement copiés ou abrégés par Pléthon, tels que les extraits de Xénophon, de Polybe, de Diodore, d'Arrien, de Procope, de Zonaras, pour l'histoire ; de Strabon et de Ptolémée pour la géographie ; de ce dernier pour l'astronomie ; de Théophraste pour l'histoire nat. : d'Aristoxène et d'Aristid. Quint. pour la rhythmique. Mais il existe en outre quelques traités sortis de la plume même de Pléthon, traités de philosophie, de rhétorique, de géographie, d'astronomie,

Digitized by Google

livres, pour la plupart simples compilations, témoignent d'une érudition laborieuse plutôt que d'une grande force de conception. Mais le génie qui conçoit et qui crée n'était pas à cette époque une condition nécessaire pour se faire admirer, surtout en Grèce, dans ce pays tombé en dissolution, où les restes d'une littérature morte étaient abandonnés aux grammairiens et aux théologiens. D'ailleurs les qualités réelles de Gémistus, son instruction étendue dans tous les genres, sa profonde connaissance de l'antiquité classique, l'élégance même de son style, quoique un peu factice, et cette fleur d'atticisme dont il faisait parade, genre d'agrément si recherché des Grecs du Bas-Empire, suffisent pour expliquer la grande réputation qu'il obtint parmi ses compatriotes.

Il l'augmenta par quelques ouvrages qui annonçaient la direction de son esprit vers les idées politiques. Ainsi, vers l'an 1415, on le voit adresser *un mémoire* à l'empereur Manuel, et *un autre* au prince Théodore (le jeune), fils de l'empereur et nouveau despote de Morée, *sur les affaires du Péloponèse* (1), c'est-à-dire, sur l'organisation intérieure de ce pays. Il y trace d'une main ferme des plans hardis de réforme plutôt sociale qu'administrative, et ne craint pas de s'offrir lui-même pour les mettre à exécution. Un autre mémoire au même empereur *sur les fortifications de l'Isthme* (2) doit être à peu près de la même date, ainsi qu'un *développement admiratif et emphatique* de l'oraison funèbre prononcée par ce prince en l'honneur de son frère, éloge d'un éloge, rhétorique sur rhétorique, où le rhéteur ne cherche même pas à déguiser le courtisan (3).

Comme littérateur, comme érudit, comme savant, sa supériorité sur la plupart de ses contemporains était incontestable; et c'est à tous ces titres qu'il eut l'honneur de compter parmi ses disciples l'illustre Bessarion. Ce grand homme, dont rien n'annonçait alors la haute destinée, jeune encore et n'ayant d'autre ambition que celle de se préparer à l'état monastique, était venu se fixer dans un couvent de Morée. Il fut heureux, comme nous l'apprend son panégyriste Platina (4), de pouvoir y profiter des leçons d'un maître si habile. Nous trouvons donc Pléthon à cette époque, c'est-à-dire, vers l'an 1420, en pleine possession de sa renommée, quoiqu'il eût dépassé la maturité de l'âge, sinon encore du talent; il devait avoir plus de soixante ans. Hâtons-nous de dire, à la louange du maître et de l'élève, que ces

avouons-le, même d'astrologie, les uns déjà imprimés, la plupart inédits et épars dans les bibliothèques: on peut consulter à leur sujet Allatius, *de Georgiis*, déjà cité: Fabricius avec les notes de Harles, Bibl. gr., tom. VIII, p. 80, et tom. XII, p. 87 seqq.; les catalogues des grandes bibliothèques, notamment de celle de Saint-Marc à Venise, par Morelli, p. 245 sqq. et 269 sqq.; Kollarius, *de codd. mss. Georgii Gemisti operum*, dans le supplément de Lambécius, pag. 553 sqq. Un petit morceau que nous trouvons indiqué par M. Miller, pag. 379 de son catalogue, parmi les mss. perdus de l'Escurial sous ce titre: « Oraison funèbre des guerriers morts dans le Péloponèse, par Gémistus Pléthon, » n'était sans doute qu'un extrait de Thucydide, copié et peut-être commenté par Pléthon: il rentrerait ainsi dans la classe de ses compilations historiques. Quant à ses travaux sur Zoroastre, nous aurons occasion d'en parler plus tard.

(1) Ces deux Mémoires, dont le premier se trouve manuscrit à la Biblioth. de Paris dans le n° 66 (suppl.), parurent à la suite des Eclogues de Stobée, édit. de Canter, Anvers, 1575, in-fol.; ils n'ont pas été réimprimés. Au commencement du premier, Gémistus félicite l'empereur d'avoir enfin reconquis par la valeur de ses fils tout le Péloponèse. Cela ne peut s'entendre que de la soumission des derniers seigneurs italiens et catalans de l'Achaïe (Ducas, chap. 20, p. 102, éd. Bonn), fait qui se rapporte au dernier voyage de l'empereur Manuel en Morée, l'an 1415, après la mort de son frère Théodore, pour y consolider sur le trône de cette principauté son propre fils, Théodore le jeune (Ducas, ibid.). En effet, il ne resta plus dès lors aux étrangers que les villes de Clarence en Elide et de Patras en Achaïe, qui devaient être recouvrées par les Grecs sous le règne suivant (Chalcocondyl., liv. V, p. 240, éd. Bonn). C'est encore dans ce voyage que l'empereur acheva de fortifier l'isthme de Corinthe, et il en est beaucoup question dans les deux Mémoires de Pléthon, qu'il ne faut pas pour cela confondre avec le troisième Mémoire, dont on va parler.

(2) Ce morceau, encore inédit, se trouve manuscrit dans la bibliothèque de Florence, cod. XXXIII, n° 6 du catalogue de Bandini, et dans celle de Vienne, cod. XC, n° 4 du catalogue de Lambecius. Quant à sa date, elle est marquée par son sujet. Les fortifications de l'isthme, commencées par ordre de l'empereur Manuel, en 1405 (Phranza, livr. I, ch. 35), furent terminées sous ses yeux en 1415 (Chalcocondyl., livr. IV, p. 183 seqq., éd. Bonn): or il semble que ce Mémoire dut être adressé à l'empereur avec les deux précédents ou peu de temps après. Voir la note précédente.

(3) C'est, en effet pendant ce voyage de 1415 que l'empereur Manuel prononça l'oraison funèbre de son frère (Chalcocond., liv. IV, p. 216), et que Pléthon put songer à faire l'éloge de ce discours. L'un et l'autre morceau sont imprimés dans l'*Auctarium novum Biblioth. Patr.*, t. II, pag. 1037.

(4) Platina. *Paneg. in laudem Bessarionis*, avec les Vies des Papes, Leipz. 1512, in-8°, p. 2 sq.: « Postremo autem, ne aliquid tanto ingenio deesset, Platonem (leg. Plethonem) quem alii Gemisto (leg. Gemiston) vocant, doctissimum præceptorem et quem omnes secundum a Platone vocant, in Peloponneso, quo se contulerat doctrinæ causa, nactus, mathematicis accurate imbuitur. » Ce mot *nactus* semble opposé à l'opinion de ceux qui ont écrit, comme Tiraboschi, t. VI, livre II, ch. 2, § 15, que Bessarion était venu tout exprès en Morée pour y prendre des leçons de Gémistus. Il y vint peut-être sans autre but que d'y faire l'apprentissage de la vie religieuse sous la direction de Dosithée, évêque de Sparte, qui bientôt, reconnaissant ses dispositions merveilleuses, les tourna vers la littérature et les sciences (Platina, *l. cit.*). Au reste, si l'on veut des détails curieux sur le séjour de Bessarion en Morée, et sur l'extrême pauvreté de ce grand homme au début de sa vie, il faut les chercher dans un discours que lui prête Syropule, sect. V, c. 11.

Digitized by Google

rapports laissèrent dans l'âme de Bessarion l'impression d'une reconnaissance profonde et durable. Plus tard, malgré l'élévation de sa fortune et les exigences politiques de sa position, il ne cessa point d'avouer le sage de Sparte pour son maître (1) et d'entretenir avec lui une correspondance philosophique : vivant, il l'avait honoré de ses respects, il les lui continua même après sa mort (2), et il protégea sa mémoire contre les attaques de ses ennemis.

En 1428, Gémistus reçut un autre grand hommage. L'empereur Jean Paléologue, voyageant en Morée, le consulta (3) sur la plus importante affaire politique qui occupât les esprits de ce temps, celle de la réunion des deux Eglises. On sait que la cour de Constantinople, impuissante désormais à se défendre par elle-même contre les envahissements toujours croissants de la puissance musulmane, n'attendait plus de secours que du côté de l'Occident ; mais la protection des Latins devait s'acheter au prix d'une conversion, et ce prix ne pouvait être débattu que dans un concile. L'empereur avait envoyé des ambassadeurs en Italie pour négocier la convocation d'un concile général, où lui-même assisterait avec les chefs de son clergé. Gémistus, sans approuver ce projet, convint que l'on pourrait cependant, à force de prudence et d'habileté, en retirer quelques-uns des fruits qu'on en espérait. Mais il dissuada l'empereur de livrer l'Église grecque à la merci de l'Église latine en les réunissant toutes deux dans une même assemblée sans avoir bien stipulé auparavant la manière de compter les voix, et sans avoir assuré aux deux parties une égale influence dans les délibérations : conseil excellent, s'il eût été praticable ! Nous croyons que dans l'esprit de Pléthon il cachait une opinion bien arrêtée sur l'impossibilité absolue de toute tentative de réconciliation.

Au concile, il fit partie de la commission des six membres (4) choisis parmi les Grecs et chargés de soutenir pour eux la discussion, c'est-à-dire seulement, de préparer le travail de chaque session, d'y assister au nom de leur Église et d'y apporter le tribut de leurs lumières ; car le droit de parler en assemblée générale était réservé spécialement à deux d'entre eux en leur qualité d'évêques, Bessarion de Nicée et Isidore de Russie. L'empereur l'avait expressément voulu ainsi (5), soit respect des règles canoniques, soit instinct des convenances, soit précaution contre la théologie toujours un peu suspecte des docteurs laïques. Nous voyons cependant Gémistus prendre une fois la parole dans le concile, peut-être par forme de simple observation, et clore une des sessions (6) par une remarque fort judicieuse. Singulier contraste de son rôle officiel avec ses sentiments personnels, s'il est vrai qu'à Florence même, pendant la durée du concile, il tenait le propos qu'on lui prête : « qu'avant peu d'années une seule religion serait enseignée partout et universellement adoptée, religion qui ne serait ni celle du Christ, ni celle de Mahomet, mais une autre peu différente de celle des anciens Grecs (7) » Ici ce n'est plus Gennadius, c'est un adversaire, et, il faut le dire, un violent ennemi, George de Trébizonde, qui lui attribue ce langage, attestant l'avoir entendu lui-même : témoignage suspect, croyable pourtant, quand on le rapproche de l'extrême licence d'opinions qui régnait alors, et de tout ce que nous savons et saurons plus tard des idées religieuses de notre auteur.

Avec une telle disposition d'esprit, on peut deviner comment il employa son séjour en Italie. Hors sa participation nécessaire aux travaux du concile et les conseils auxquels il était souvent appelé (8), nous croyons qu'il s'occupa beaucoup moins des affaires de son Eglise que du soin de sa propre réputation. Il était fort lancé dans la société des gens de lettres et des gens du monde (9), fort avant surtout dans la faveur de Cosme de Médicis (10)

(1) Βησσαρίων καρδινάλης τῷ σοφῷ καὶ διδασκάλῳ Γεωργίῳ τῷ Γεμιστῷ, en tête d'une de ses lettres philosophiques.

(2) Voir sa lettre aux enfants de Pléthon pour les consoler de la mort de leur père, et celle qu'il écrivit à Nicolas Segoudin sur le même sujet.

(3) C'est Pléthon lui-même qui raconte ce fait dans Syropule, sect. VI, chap. 10. A la vérité, il le fait remonter à douze ans (on était alors en 1438) ; mais sa mémoire le trompe, c'est dix ans qu'il devait dire. Le voyage de l'empereur Jean en Morée eut lieu un an et demi après son avénement au trône. Il partit le 26 décembre 1427 (Phranza, liv. II, chap. 1), et il était de retour à Constantinople vers la fin de 1428 (même livre, ch. 2).

(4) Syropule, sect. VI, chap. 13.

(5) *Ibid.*, fin du chapitre.

(6) Syropule, sect. VI, chap. 10. Ce fut dans la session du 14 octobre 1438, la troisième, selon le calcul de Syropule. Cependant les actes du concile, soit grecs, soit latins, ne font aucune mention de l'observation de Gémistus, ce qui lui ôte son caractère officiel, mais non son importance.

(7) George de Trébizonde, *Compar. Plat. et Arist.* chap. avant-dernier : « Audivi ego ipsum Florentiæ (venit enim ad concilium cum Græcis) asserentem unam eamdemque religionem uno animo, una mente, una prædicatione, universum orbem paucis post annis esse susceperum. Cumque rogassem, Christine an Machumeti? Neutram, inquit, sed non a gentilitate differentem... Percepi etiam a nonnullis Græcis qui ex Peloponneso huc profugerunt, palam dixisse ipsum, anteaquam mortem obiisset jam fere triennio, non multis annis post mortem suam et Machumetum et Christum lapsum iri, et veram in omnes orbis oras veritatem perfulsuram. »

(8) Syropule, *passim*, et notamment sect. VII, ch. 8 ; sect. VIII, ch. 17 ; sect. IX, ch. 6.

(9) Gennadius le lui reprochait, dans sa réponse en faveur d'Aristote, pag. 55 de l'édition de M. Gass, s'en fait gloire dans sa réplique, et lui-même « Il ne te manquait, lui dit-il, que d'envelopper ainsi dans tes calomnies des hommes beaucoup plus savants que toi... Nous savons bien que, pendant ton séjour en Italie, tu as toujours évité leur société

(10) Tiraboschi, t. VI, *loc. cit.*

Digitized by Google

à qui il expliquait la philosophie de Platon, toute neuve encore pour les oreilles italiennes. Telle fut l'impression de ces entretiens, que Médicis, au rapport de Ficin (1), conçut dès lors le projet, plus tard réalisé, de son académie platonicienne. Enfin ce fut dans ce temps qu'à la demande de plusieurs personnes et probablement de Médicis lui-même, il composa son petit traité *sur les Différences entre les doctrines d'Aristote et celles de Platon* (2), premier signal de la controverse entre les deux écoles, et du mouvement qui devait ébranler d'abord et, deux siècles après, renverser la scolastique du moyen âge.

Est-ce alors, ou seulement à son retour en Grèce, que, dans son enthousiasme classique il imagina de quitter son nom de Gémistus pour celui de *Pléthon*, qui en grec signifie la même chose? Il y trouvait deux avantages: d'abord le nouveau nom sonnait mieux à une oreille attique (3), ensuite il ressemblait à celui de Platon (4). C'était une petitesse; on la lui passa dans un temps où ces changements commençaient à devenir ordinaires (5). Ce nom, adopté d'enthousiasme par ses disciples et ses admirateurs, fit presque aussitôt oublier l'autre. Ses ennemis seuls en rirent ou le parodièrent (6); quelques-uns eurent la faiblesse de s'en indigner, comme d'un pas de plus vers le paganisme (7).

société, sans doute pour ne pas laisser surprendre le secret de ton ignorance... Mais moi je les ai fréquentés, je les ai connus, et j'ai pu me faire une idée de leurs opinions philosophiques. » Il nomme ensuite quelques-uns de ces hommes, et entre autres Pomponius Lætus, un des hommes les plus savants et des esprits les plus aventureux de son temps, un véritable païen du quinzième siècle, qui se vantait devant les Papes eux-mêmes de vouloir défaire l'œuvre du Christ. Or, ce Pomponius Lætus ou Sabinus n'est autre que Pierre de Calabre (*a*) dont Pléthon fait l'éloge dans sa réplique à Gennadius au sujet d'Aristote (*b*). Syropule, sect. v, ch. 2, nous le représente dînant chez les cardinaux, au grand scandale des Grecs schismatiques, et parlant philosophie à table.

quod convenit, prout referimur ad quidvis aliud. Quatenus vero secum ipse comparatur, si ea res versetur in violentis casibus, fortitudo in eo existit, si in voluntariis, temperantia, quarum ut eaque melioris nostri partis dignitatem adversus deteriorem semper tuetur. Dicendum autem rursus est exquisite magis de ipsis virtutibus sic ut ab imperfectissima auspicemur, et ad perfectissimam secundum naturam ratione progrediamur. Ac Deus quidem revera nullius rei eget, cum et perfectissimus sit, et quam maxime seipso contentus. Verum ut homo nullius prorsus rei egeat, fieri nullo modo potest, sed qui paucioribus et pluribus egeat, propter virtutem et vitium invenire licet; quod si paucissimis egeat, tum Deo simillimus est, et in eo sui statu optime constitutus; sin pluribus egere cœpit, tum Deo maxime dissimilis est et pessime se habet. Est autem ea virtutis pars quæ temperantia dicitur, habitus animi, contentus paucissimis, quæ ad vitam degendam requiruntur. Paucissima vero rerum ad vitam degendam necessariarum, alia videlicet sunt multitudine, alia facultate, cujusmodi sunt, quibus citra magnum negotium potiri liceat, ut magis probabilia, viliora et faciliora, quas res amplecti potius quam eas quæ difficilius parantur, et pretiosiores sunt, et difficiliores, officium viri temperantis et sua sorte contenti fuerint. Jam vero etiam immobilis est Deus, hominem autem non moveri ulla re, nec fieri potest nec expedit, neque enim honestis etiam rebus æque non moveri decuerit, sed nec commoveri rebus malis, et non dejici de statu mentis ab adversariis vitæ casibus, neque ipsum ab ullis quæ incidunt rebus una cum deteriore sui parte et natura imbecilla, pejus affici, præstantissimum fuerit et Deo simile. Est autem ea virtutis pars quæ fortitudo dicitur, habitus animi, qui contrariis vitæ casibus non movetur. Quoniam autem unusquisque nostrum ita natus est ut Dei quoddam sit opus, non plane alienum, sed quodammodo domesticum atque conjunctum, deinde veluti particula aliarum partium, quæ majores nobis sunt, videlicet hujus universitatis, quæ est totum et unum quiddam conflatum e multis, ut ubique obtineat locum qualemcunque ut quam maxime cum ipsi tum universitati profuturum sit, nulli statio ea deserenda est, in qua Deus aliquem constituit, sed perseverandum ac pro virili id præstandum, quod illa postulare videtur. Quælibet autem pars, si cum illo cujus pars est, consentiat, non autem dissentiat, ita et rectissime et secundum naturam se habebit. Porro cum unusquisque nostrum pars quædam sit partim domus partim societatis alicujus, quæ vel in urbe, vel in gente, in toto denique universo posita est, si ea tribuit singulis quæ debentur: parentibus, qualia liberis erga parentes conveniunt, liberis, qualia erga liberos parenti, sociis, qualia erga socios socio, convictori erga convictores, vicino erga vicinos, comiti erga comites, civi erga civitatem, præterea erga Deum,

A αὐτοῦ, περὶ μὲν τὰ βίαια τῶν παθημάτων ἔχων ἀνδρία, περὶ δὲ τὰ ἑκούσια σωφροσύνη. σώζοντε ἑκατέρω τούτοιν τὴν τοῦ ἀμείνονος τῶν παρ' ἡμῖν αὐταῖς πρὸς τὸ χεῖρον ἑκάστοτε ἀξίαν. Ῥητέον δὲ αὖθις διὰ ἀκριβείας μᾶλλον περὶ αὐτῶν, ἀρξαμένοις ἀπὸ τῆς ἀτελεστάτης, ἐπὶ δὲ τὴν τελεωτάτην κατὰ φύσιν ἰοῦσι τῷ λόγῳ. Ὁ μὲν οὖν Θεὸς τῷ ὄντι ἀνεπιδεὴς τελεώτατός τε ὢν, καὶ ὡς οἷόν τε μάλιστα αὐτάρκης· ἄνθρωπον δὲ ἀνεπιδεᾶ μὲν γενέσθαι παντάπασιν ἀμήχανον· ἐλαττόνων μέντοι καὶ πλεόνων δεόμενον δι' ἀρετήν τε καὶ κακίαν ἔστιν εὑρεῖν. Ἐλαχίστων μὲν οὖν δεόμενος, Θεῷ τε ὁμοιότατα ἴσχει, καὶ κράτιστα αὐτὸς αὑτοῦ· πλεόνων δὲ γιγνόμενος, ἐπιδεής, Θεῷ τε ἀνομοιότατα, καὶ χείριστα ἴσχει. Καὶ ἔστι σωφροσύνη, τοῦτο δὴ τὸ μόριον ἀρετῆς, ἕξις ψυχῆς
B αὐτάρκης ἐπ' ἐλαχίστοις τοῖς πρὸς τὸν βίον ἀναγκαίοις, ἐλάχιστα δὲ τῶν πρὸς τὸν βίον ἀναγκαίων, τὰ μέν που πλήθει, τὰ δὲ καὶ δυνάμει. Ταῦτα δ' εἴη ἂν, ὧν δήπουθεν οὐ πολλὰ ἅττα πραγματευόμενον ἔστι τυγχάνειν· οἷα τὰ εὐποριστότερα καὶ εὐτελέστερα καὶ ῥᾴω μάλιστα, ἃ δὴ πρὸ τῶν δυσποριστοτέρων καὶ πολυτελεστέρων, καὶ χαλεπωτέρων, ἐν τοῖς τοιούτοις αἱρεῖσθαι πρὸς τοῦ σώφρονός τε καὶ αὐτάρκους ἂν εἴη ἀνδρός. Ἀλλὰ δὴ καὶ ἀκίνητος ὁ Θεός. Ἄνθρωπον δὲ πρὸς μὲν πάντα ἀκινήτως ἔχειν, οὔθ' οἷόν τε οὔτε ἀγαθόν. Οὐδὲ γάρ που καὶ πρὸς τὰ καλὰ οὕτως δεῖ ἔχειν ἀκινήτως, ἀπὸ μέντοι
C τῶν καλῶν ἀκινήτόν τε εἶναι, καὶ ὑπὸ τῶν κατὰ τὸν βίον βιαίων τοῦ καθεστηκότος μὴ ἐξίστασθαι, μηδὲ τῷ χείρονι τῶν ἐν αὐτῷ, καὶ πεφυκότι κάμνειν, ὑπὸ τῶν προσπιπτόντων ἑκάστων, καὶ αὐτὸν χεῖρόν τι συνδιατίθεσθαι κράτιστον ἂν εἴη, καὶ Θεῷ παραπλήσιον. Καὶ ἔστι τοῦτο ἀνδρία τὸ μόριον ἀρετῆς, ἕξις ψυχῆς ἀκίνητος ὑπὸ τῶν κατὰ τὸν βίον βιαίων παθημάτων. Ἐπεὶ δ' ἡμῶν ἕκαστος γέγονε πρῶτον μὲν Θεοῦ τι ἔργον οὐ πάνυ τοι ἀλλότριον, ἀλλά πη οἰκεῖόν τε καὶ ξυγγενές, ἔπειτα μόριον ἄλλων τε ἡμῶν μειζόνων μερῶν τοῦδε τοῦ παντός, ὅλου τε καὶ ἑνὸς ἐκ πολλῶν ὄντος, χώραν ἠντινοῦν ἀποπληρώσων ἐκτεταγμένου, ὡς ἂν ὅτι μάλιστα αὐτῷ τε καὶ τῷ ὅλῳ ξυμφέρειν συνοίσειν· δεῖ δήπου μηδὲ ταύτην ἑκάστην ἀπολείπειν τὴν χώραν, ἐν ᾗ ὁ Θεὸς ἔταξεν, ἀλλ' ἐμμένειν κατὰ δύναμιν, τὸ τῇ χώρᾳ προσῆκον ἀποδιδόντα, μόριον δὲ ἅπαν ὁμολογοῦν τε ἐκείνῳ οὗπερ ἂν
D μόριον εἴη, καὶ μὴ διαφωνοῦν, κατὰ φύσιν τε καὶ εὖ μάλιστα πράττοι. Καὶ ἐπεί ἐστιν ἡμῶν ἕκαστος μέρος τι τοῦτο μὲν οἰκίας, τοῦτο δὲ ἑταιρείας τινὸς πόλεως, ἔθνους, ὅλως τοῦδε τοῦ παντὸς ἀποδιδοὺς τὰ προσήκοντα ἑκάστοις· γονεῦσι μέν, ὁποῖα παιδὶ πρὸς γονέας προσήκει, παιδὶ δὲ, ὁποῖα πρὸς παῖδας γονεῖς, ἑτέροις, ὁποῖα πρὸς ἑτέρους, ἑταίρῳ, συσσίτῳ πρὸς ἑταίρους, συσσίτους, πρὸς γείτονας γείτονι, συνόδῳ πρὸς συνόδους, πολίτῃ, πρὸς πολίτας, ἔν τε πρὸς Θεὸν, ὁποῖα θεράποντι, καὶ ἔργῳ πρὸς δεσπότην τε καὶ δημιουργόν· οὕτω ταῦτα ἀποδιδούς, ἑαυτοῦ τε σώσει τοῦτο αὐτὸ ὅπερ ἐστὶ πρὸς ἕκαστον, Θεῷ τε ἕψεται ᾗ τέτακται χώρᾳ μάλιστα ἐμμένων, ἀριστά τε ἕξει, ὡς ἂν τῷ ἀρίστῳ ἑπόμενος. Εἴη τε ἂν δικαιοσύνη, τοῦτο μόριον ἀρετῆς, ἕξις ψυχῆς,

Digitized by Google

σώζουσα τὸ προσῆκον αὐτῷ ἑκάστῳ ἡμῶν, ὅπερ ἐσμὲν, πρὸς ἕκαστον. Ἐπεὶ δὲ καθ' αὑτὸν ἄνθρωπος γέγονεν οὐκ ἄλλο τι μάλιστα ἢ λογικόν τι ζῶον, δῆλον δὴ ὡς θεωρός τις οἷόνπερ ἐν πανηγύρει, τῷδε τῷ παντὶ εἰσῆκται, ἐπισκεψόμενος εἰς δύναμιν καὶ θεωρήσων τί τέ ἐστι τῶν ὄντων ἕκαστον, καὶ πῇ ποτε πρὸς ἄλληλα ἔχει, καὶ διὰ τί ἕκαστα γίγνεται τῶν γιγνομένων. Εἴη τε ἂν καὶ τοῦτο φρόνησις, τὸ λοιπὸν καὶ τελεώτατον μόριον ἀρετῆς, ἕξις ψυχῆς θεωρητικὴ τῶν ὄντων, ᾗπέρ ἐστιν ἕκαστα. Εἶναί τε τέτταρα μὲν τὰ μέγιστα μόρια ἀρετῆς, σωφροσύνην, ἀνδρίαν, δικαιοσύνην, φρόνησιν. Τούτων δ' αὖ ἑκάστου τρία μόρια δεῖν εἶναι, πρῶτον μὲν σωφροσύνης.

A qualia servo et operi erga dominum et opificem. si quis inquam hæc ita præstet, tum illud secum munus, quo unicuique obstrictus est, tuebitur, tum Deum sequetur, perseverans in ea statione qua collatus est, tum in optimo erit statu velut is qui id quod optimum est sequitur. Erit autem pars ea virtutis justitia, quæ habitus animi est, id conservans quod convenit unicuique nostrum, in eo quod sumus, relatione ad quidvis aliud. Cum autem per se homo non aliud fere sit quam animal quoddam rationis particeps, perspicuum est, eum tanquam spectatorem quemdam in hoc universum velut in celebritate introductum esse, ut consideret et contempletur pro virili, quidnam sit unumquidque, et causam singula quæ eveniunt, accidant. Ea porro quo pacto erga se invicem sint affecta, et quam ob prudentia fuerit reliqua virtutis pars et perfectissima, quæ est habitus animi, ita res considerans, prout quæque sunt. Quatuor itaque virtutis maximæ partes sunt modestia, fortitudo, justitia, prudentia. Rursus uniuscujusque harum virtutum tres esse partes necesse est, ac primam temperantiæ.

Ἐπεί ἐστι σωφροσύνη αὐτάρκεια τῶν πρὸς τὸν βίον ἀναγκαίων, τριῶν δὲ τούτων πρὸς τὸν βίον δεόμεθα, ἡδονῶν, χρημάτων, δόξης· ἐφ' ἑκάστῳ τούτων εἴη ἂν τι μόριον σωφροσύνης, φυλάττον τὸ αὐταρκες καὶ χρήσιμον ἑκάστου, ἐπὶ μὲν ἡδοναῖς κοσμιότης, ἐπὶ δὲ χρήμασιν ἐλευθεριότης, ἐπὶ δὲ δόξῃ μετριότης. Ἀνδρίας δὲ, ὁμοίως τρία ἐστὶ μόρια. Ἐπεί ἐστιν ἀπάθεια ὑπὸ τῶν κατὰ τὸν βίον βιαίων παθημάτων, τούτων δὲ τὰ μὲν αὐτοί που ἐθέλονται ὑφιστάμεθα, μειζόνων εἵνεκα ἀγαθῶν, ὡς ὅταν πόνους ἢ κινδύνους ἢ τι ἄλλο προσαιρώμεθα ὧν ἄνευ μὴ οἷόν τε εἴη τῶν δεόντων του τυχεῖν· τὰ δ' ἑκούσια καὶ οὐ προσδεχομένοις ἔπεισι. Τούτων τε αὖ τὰ μὲν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, παρὰ τοῦ θείου τε, καὶ τὸ ὅλον τοῦτο διατάττοντος, οἵαίπερ αἱ καλούμεναι ξυμφοραί· τὰ δ' αὖ παρ' ἀνθρώπων, οἵαίπερ αἱ παρ' ἐνίων πρὸς ἡμᾶς δυσκολίαι τε καὶ δυσχέρειαι, εἰ κἂν καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τούτων ἓδ.όν τι μόριον ἀνδρίας σῶζον τὸ ἀκίνητον καὶ ἀπαθὲς ὑπὸ τῶν χειρόνων ἑκάστων, γενναιότης μὲν ἐπὶ τοῖς αἱρετοῖς, ἐπὶ δὲ τοῖς ἑκουσίοις ἀψυχία μὲν ἐπὶ τοῖς παρὰ τοῦ θείου, πραότης δὲ ἐπὶ τοῖς παρ' ἀνθρώπων. Δικαιοσύνη δὲ ἐπεί ἐστι σωτηρία ὁμοίων τούτου αὐτοῦ, οὗπέρ ἐσμεν πρὸς ἃ ἕκαστον, ἐσμὲν δὲ δὴ Θεοῦ μὲν ἔργα τε καὶ κτήματα, ἀνθρώποις δὲ ξυγγενεῖς που πᾶσι, κἂν πρὸς ἄλλους ἄλλως πως ἔχωμεν, εἴη ἂν καὶ αὐτῆς ὁσιότης μὲν ἐπὶ τοῖς πρὸς τὸ θεῖον, ἐπὶ δὲ τοῖς πρὸς ἀνθρώπους πολιτεία μὲν πρὸς τὰ κοινὰ, χρηστότης δ' αὖ πρὸς τὰ ἰδιωτικά. Φρόνησις δὲ ἡ μὲν περὶ τὰ θειά τε καὶ ἀεὶ ὄντα, ἡ δὲ περὶ φύσιν τε καὶ τὰ γινόμενα, ἡ δὲ περὶ τὰ ἡμέτερά τε καὶ ἀνθρώπεια. Ὥστ' εἴη ἂν καὶ αὐτῆς ἡ μὲν περὶ ταῦτα δὴ τὰ ἀνθρώπεια, εὐβουλία, ἡ δὲ περὶ φύσιν, φυσική· ἡ δ' αὖ περὶ τὰ θεῖα, θεοσέβεια. Αἱ μὲν δὴ τῶν ἀρετῶν ἰδέαι αὗται, καὶ τοσαῦται· ἐνὸν μὲν καὶ εἰς πλείω τε καὶ τὰ μικρότερα διειλεῖν, ἀποχρῶν δ' ἴσως καὶ ἄχρι τοσούτων. Τούτων δὲ ἀρχὴ μὲν μάλιστα ταῖς ἄλλαις ὅθενπερ ἀρξάμενος, καὶ τῶν λοιπῶν ἑκάστην ῥᾷον κτήσαιτ' ἄν τις, ἥ γε κοσμιότης εἴη ἄν. Τῶν γάρ που ἡδονῶν, αἳ πρῶτον ἡμῶν καὶ ἐκ νέου τυραννοῦσι, μάλιστα ἐπιχειρεῖ κρατεῖν αὕτη ἡ ἀρετὴ, διελομένη τὰς μὲν ἀναγ-

B Quoniam autem temperantia in rebus ad vitam necessariis status est seipso contentus, tribus autem his ad vitam degendam egemus, voluptatibus nimirum, gloria et pecunia, in unaquaque harum rerum necessario versatur aliqua temperantiæ pars, quæ tucatur id quod satis sit, et id quod utile in unaquaque re. Ac in voluptatibus nominetur modestia, in pecunia liberalitas, in gloria mediocritas. Fortitudinis item partes sunt tres. Nam cum illa tranquillitas quædam sit, quæ vitæ casibus violentis non commovetur, eorum autem casuum alios ipsi ultro subimus in appetitione majorum bonorum, veluti cum labores, aut pericula, aut aliud quidpiam suscipimus, sine quibus consequi non licet ea quæ desideramus, alii vero casus non voluntarii sunt et ultra etiam non exspectantibus, offeruntur, eorumque (ut breviter dicam) alii a numine et gubernatore hujus universi dependent, cujusmodi sunt eæ quæ calamitates nominantur, alii ab hominibus, veluti sunt offensiones, et molestiæ, quas aliqui nobis exhibent, erit etiam in unoquoque horum peculiaris fortitudinis pars, quæ id præstet, ne quis moveatur a rebus adversis, et perturbetur. Ac generositas quidem et fiducia, in iis quæ nostri arbitrii sunt, in non voluntariis autem, constantia, in iis quæ divinitus accidunt; clementia, in iis quæ ab hominibus offeruntur. Justitiæ porro eadem ratio est, quæ conservatrix est ejus nostri muneris quo cum unoquoque comparamur (comparamur autem cum Deo, tanquam opera ejus et possessiones, cum hominibus autem, sicut cognati simus omnibus, tametsi alia nostri erga alios ratio sit). Erit igitur ea sanctitas in rebus divinis; in humanis respublica, ratione civitatis; bonitas autem, respectu privatorum hominum. Jam prudentia alia versatur in divinis et perpetuis, alia in natura et iis quæ nascuntur, alia in rebus nostris et humanis; proinde etiam ejus fuerit ea pars, quæ rebus humanis occupatur consilii capiendi solertia, quæ vero naturæ

Digitized by Google

obscuritatem tractat, naturalis sapientia; quæ autem divina contemplatur pietas. Ac virtutum quidem hæ et tot sunt formæ, ut eas dividi par est. Quamvis enim in plures liceat tribuere species, et minutius persequi, tamen et hac partitione contenti esse possumus. Inter has autem virtutes principatum obtinet modestia, a qua si quispiam auspicetur, etiam reliquarum singulas parare sibi queat voluptatibus, enim primum in nos, et in adolescentia potissimum, tyrannidem exercent, instituit imperare hæc virtus, et eas ita distinguit et partim sint necessariæ, partim supervacaneæ, ac rursus non necessarias quasdam partitur in legibus contrarias, et nequissimas et homini minime congruentes, et has prorsus repudiat et resecat ab omnino, neque ipsas solum, sed et earum appetitiones, eas vero quæ ad vitam necessariæ sunt, tum cujusque privatam, tum publicam amplectitur, eas autem quæ cum necessariæ non sint non tamen improbæ sunt, negligit, cupiditates autem earum penitus resecat, ut videlicet quispiam ulla re egeat, quantum fieri potest, sed statu nulla re egente gaudeat magis, quam ipsis corporis voluptatibus. Statim igitur virtus illa a bestiis et rebus deterioribus nos separare incipit, quæ suavitate et eo quod suave non est, metiuntur id quod expetendum sit, et quod fugiendum. Cum autem habeat cognationem erga præstantiora genera, tum ipsis voluptatibus ordinem et ornatum imponit, tum expeditos reddit et leves propter animum sua sorte contentum. Atque hæc quidem modestia reliquarum virtutum veluti principium quoddam est, nam cæteras quoque temperantiæ partes universas præterea et fortitudinis et justitiæ et prudentiæ facilius, si hac instructus fuerit comparare sibi quispiam possit. Omnium autem virtutum caput, ad quam universæ referri debent, ac citra quam nullus cetærarum usus esse potest, religio potissimum fuerit. Quo enim in societatem præstantiorum generum venimus, a deterioribus autem maxime differimus; quodque in rebus nostris præstantissimum est, id quidem nihil aliud fuerit quam intellectus. Rerum porro earum quæ intelliguntur, et in quibus intellectus versatur, atque adeo omnium rerum quæ sunt, Deus est præstantissimus. Si igitur per id quod in nostris rebus est præstantissimus, eo qui totius universi est præstantissimum, fruamur, sic demum beatissime vivemus. Dei itaque cognitio beatisssimum humanæ vitæ munus erit, quæ eadem etiam religionis caput exsistit.

A καίας αὐτῶν, τὰς δὲ μή· καὶ τῶν μὴ ἀναγκαίων αὖ ἐνίας, παρανόμους τε, καὶ μοχθηρότητας, καὶ οὐκ ἀνθρώπῳ πρεπούσας, καὶ ταύτας μὲν παντάπασιν ἀπωσαμένη τε καὶ ἐκκόψασα τῆς ψυχῆς, αὐτάς τε καὶ ἐπιθυμίας αὐτῶν· τὰς δ' ἀναγκαίας πρὸς τὸν βίον τόν τε ἴδιον ἑκάστου καὶ τὸν κοινὸν προσαιρουμένη, τῶν δέ γε μὴ ἀναγκαίων μὲν, οὐ μοχθηρῶν δὲ, αὐτῶν μὲν ὀλιγωροῦσα, τὰς δ' ἐπιθυμίας παντάπασιν ἐκκόπτουσα· ἵνα δὴ εἰς δύναμιν ἀνεπιδεής τις ᾖ, τῇ αὐταρκείᾳ χαίρων μᾶλλον ἢ αὐταῖς ταῖς διὰ τοῦ σώματος ἡδοναῖς. Εὐθὺς οὖν αὕτη ἀρετὴ τῶν μὲν θηρίων καὶ χειρόνων ἄρχεται διιστᾶν ἡμῶν ἃ τῷ ἥδεῖ τε καὶ μὴ, τό τε αἱρετὸν καὶ μὴ τοιοῦτο, ὁρίζει· ἐπὶ δὲ τὴν πρὸς τὰ κρείττω γένη ξυγγένειαν ἀνέχει, ταῖς τε ἡδοναῖς B αὐταῖς τάξιν τε καὶ κόσμον ἐπιτιθεῖσα, καὶ ἅμα εὐσταλεῖς τε καὶ κούφους δι' αὐτάρκειαν ἀποφαίνουσα. Αὕτη μὲν οὖν, οἱόνπερ ἀρχὴ ταῖς ἄλλαις, ἐπεὶ καὶ τἄλλα τὰ τῆς σωφροσύνης μόρια, ἔν τε τὰ τῆς ἀνδρίας, καὶ δικαιοσύνης, καὶ φρονήσεως σύμπαντα ῥᾷον ἄν τις σὺν ταύτῃ μετίοι. Κεφάλαιον δὲ πάσαις, οἵ τε ξυμπάσας δεῖ τεῖνειν, καὶ ἧς χωρὶς οὐδ' ἂν τῶν ἄλλων τι ὄφελος εἴη, ἥ γε θεοσέβεια εἴη ἂν μάλιστα. Ὧ γάρ που ἡμεῖς τοῖς μὲν κρείττοσι κοινωνοῦμεν γένεσι, τῶν δὲ χειρόνων μάλιστα διενηνόχαμεν, κράτιστόν τέ ἐστι τῶν ἡμετέρων οὐδὲν ἄλλο εἴη τοῦτό γε ἢ νόησις· τῶν δὲ δὴ νοουμένων, καὶ περὶ ἃ νόησις πραγματεύεται, τῶν τε ὄντων ξυμπάντων, ὁ Θεὸς τὸ ἄριστον. Τῷ δὴ κρατίστῳ τῶν C ἡμετέρων τοῦ κρατίστου τῶν ὄντων ἀπολαύοντες, μακαριώτατ' ἂν οὕτω βιοῖμεν, ὥστ' εἴη ἂν ἡ τοῦ Θεοῦ νόησις τὸ μακαριώτατον τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς, ἥ καὶ θεοσεβείας ἐστὶ τὸ κεφάλαιον.

Post modestiam autem consequenda erit generositas, hæc etenim virtus cum præparet homines ut labores tolerent, et pericula in se suscipiant ad multa officia retinenda efficacissimos in agendo reddit, atque ad reliquas virtutes consequendas instructissimos efficit. Jam vero ne illud quidem ignorandum est quod modestis et generosis viris accidit, quasi præter vitæ institutum. Etenim si quis rem recte consideret, nec modestorum vita pauciores habet voluptates, qui modesti non sunt nec generosi ab iis qui sunt degeneres, in laboribus superantur. Nam et voluptatum ea fere natura esse videtur, ut eos qui labores fugiunt, ipsas vero amant, eorumque amore attoniti sunt, magis deserant, atque efficiant ut propter satietatem et consuetudinem, minus earum sensus percipiatur, sed in iis assequendis, viribus plerumque cele-

Μετὰ δὲ κοσμιότητα ἡ γενναιότης που ἂν εἴη μετιτέα· πόνους τε γὰρ ἐγκαρτερεῖν, καὶ κινδύνους ἑαυτοῖς αἱρεῖσθαι, πρὸς πολλὰ τῶν δεόντων παρασκευάζουσα D αὕτη ἡ ἀρετὴ, δυνατωτάτους τε πράττειν παρέχεται, καὶ πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἱκανωτάτους ἀποφαίνει. Δεῖ μέντοι μηδ' ἐκεῖνο ἀγνοεῖν, βίου πάρεργον ξυμβαῖνον τοῖς τε κοσμίοις καὶ γενναίοις τῶν ἀνδρῶν. Οἵ γε γὰρ κόσμιοι τῶν μὴ τοιούτων οὐδὲ κατὰ τὰς ἡδονὰς, ἔλαττον ἂν δόξαι ἐνέχειν, ἀκριβῶς σκοποῦσιν, οἵ τε γενναῖοι τοὺς ἀγενεῖς οὐδὲ κατὰ τοὺς πόνους ὑπερβάλλειν· αἵ τε γὰρ ἡδοναὶ πεφυκέναι πως δοκοῦσι τοὺς μὲν τῶν πόνων φυγάδας, σφῶν δὲ ἐραστὰς, καὶ περὶ αὐτὰς ἐπτοημένους, μᾶλλον ἀπολείπειν, ὑπό τε τοῦ κόρου καὶ ἔθους αὐτῶν ἀναισθητοτέρως ἴσχοντας· καὶ ταχὺ ἀδυνάτους ὡς τὰ πολλὰ ἀποφαίνουσαι πρὸς αὐτὰς, τά τε σώματα ἅμα χείρω τὸ πολὺ ἀπεργαζόμεναι· τοῖς δὲ δὴ νοσοῦσι καὶ

Digitized by Google

γενναίοις ἐν γοῦν ταῖς τῶν πρὸς τὸν βίον ἀναγκαίων αἱρέσεσιν ἀκμαιότεραί τε ἅπασαν, καὶ ἀβλαβεῖς. Οὔτε πόνοι τοῖς μὲν σῴζᾶς φεύγουσι, τῶν δὲ ἡδονῶν ἐρασταῖς, καὶ μᾶλλα ἐπικείμενοι, τοὺς δ' ὀλιγωροῦντάς τε καὶ ἐγκαρτεροῦντας σφίσι μᾶλλόν τι φεύγοντας, ὑπό τε τοῦ ἔθους οὐ πάνυ τοι αὐτῶν αἰσθανομένους, καὶ ἅμα ἐρρωμενέστερα τῇ πρὸς αὐτοὺς μελέτῃ τὰ σώματα κτωμένους. Μετὰ δὲ γενναιότητα ἐξῆς ἡ ἀψυχία παραλαβοῦσα ἡμᾶς, ἠσκηκότας ἤδη τὴν ἐν τοῖς αἱρετοῖς καρτερίαν τῶν δυσχερῶν, ἐν οἷς ἴσως αὐτῶν ἔξεστι καὶ ἐφ' ὅσον βουλόμεθα μετασχεῖν, παιδεύσειεν ἂν καὶ τῶν ἀκουσίων τῶν ἀπὸ τοῦ θείου εὐχερῶς ἀνέχεσθαι. Πρῶτον μὲν ἐκεῖνο διδάσκουσα ὡς οὗτοι μὲν οὐ κρεαδίων θυλάκιον, οὐδὲ ξίστης αἵματος, οὐδ' ἄλλο τοιοῦτον οὐδέν, ἀλλὰ ψυχαί ἐσμεν λογικαί, ἀθάνατοι, οὐδενὶ κακῷ ἔξωθεν ἀλλοτρίῳ ἐκκείμενοι, εἰ μή ὅ τι ἂν ἡμῖν, κατὰ τὰς ἡμετέρας αὐτῶν δόξας, διὰ κακίαν προστριβῇ, τὰ δὲ σώματα τάδε περικείμεθα, ἐφ' ὅσον ἂν Θεὸς διδῷ χρησόμενοι, οὐ πάνυ τοι ἡμετέροις, οὔτε αὐτοῖς, πολύ τε ἔτι ἧττον τοῖς ἄλλοις τοῖς δι' αὐτὰ κτήμασί τε καὶ χρήμασιν· οὔκουν οὐδὲ τὰ περὶ αὐτὰ δυσχερῆ ἐπὶ τὴν ψυχὴν δεῖ ἕλκειν, οὐδ' ἡμῖν αὐτοῖς λογίζεσθαι, ἀλλ' εἰδότας, ὡς τούτων οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, εἰκότως ὀλιγωρεῖν. Ἔπειτα ὡς οὐδεὶς τὸν ἐξῆς χρόνον οὐδὲν ἂν προσχωροίη ἀχθομένοις, εἰ μὴ καὶ ἐπιταράττοιτ' ἂν τοῦτο ἡμῶν, ᾧ μόνῳ δεήσειεν ἂν ἐπανορθοῦντος πταίσαν τε καὶ πεπτωκὸς, λέγω δὲ τὸ λογιζόμενόν τε, καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων πάντων πρόνοιαν, πεφυκὸς ποιεῖσθαι, εἰδέναι τε ἅμα ὅτι ταῦτα μὲν ἦ ἕκαστα πρὸς τοῦ θείου διατέτακται, ταύτῃ καὶ γίνεται, διατέτακται δὲ πρὸς τοῦ ἀγαθοῦ εὖ καὶ καλῶς, καὶ οὐκ ἐνεῖναι ἄλλως εἰπεῖν, ἡμῖν τε αὐτοῖς συμφερόντως, ἴσως μὲν καὶ κατ' ἄλλον δή τινα ἡμῖν λόγον ἀπόῤῥητον, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τῇδε· εἰεν γὰρ ἂν που τὰ τοιαῦτα, τοῖς μὲν ἡμῶν παιδεῖαί τε καὶ κολάσεις ἐπὶ τῇ τῆς κακίας θεραπείᾳ τε καὶ τοῦ βίου ἐπανορθώσει, ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, οἷόνπερ φαρμακεῖαι νοσοῦσι σώμασιν, ἐν ἀλλοτρίοις δεινοῖς ἐπιπεμπόμεναι· τοῖς δὲ ἄθλοί τε· καὶ παῖραι λαμπροτέρου; ἀποφαίνουσι καὶ ἀνδρικωτέρους τοῖς ἀγῶσιν, οἷόνπερ σωματικοῦσι γυμνάσια. Οὔκουν δεῖν κατ' οὐδέτερον τῶν τρόπων ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀγανακτεῖν· ἀλλ' ἦν ἐκείνῳ τῷ ἀληθεῖ λόγῳ ἐθέλοιμεν ἕπεσθαι, καὶ χαίρειν ὠφελουμένους, ὡς τὸ εἰκὸς, τῷ τε Θεῷ, μὴ ὅτι τῶν γε ἄλλων ἕνεκα ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τούτων χάριν προσιδέναι. Μετὰ δὲ ἡδονὰς καὶ πόνους ὑψιαίτερον μὲν, βιαιότερον δ' ἴσως τυραννοῦσιν ἡμῶν δόξαι τε καὶ ἀδοξίαι, ἀνθρωπινώτερα ἤδη, καὶ οὐ θηριώδη παθήματα. Οὐδὲν μέντοι ἧττον καὶ περὶ αὐτὰ ἐπιμελείας δεῖται ἡμῶν τινος ἡ ψυχή. ὡς διόντως τε, καὶ οὐκ εἰκῇ πρὸς αὐτὰ προσφέροιτο. Ἥ τε μετριότης ἐν αὐτοῖς, τὸ πρέπον τε καὶ ἁρμόττον σώζουσα ἑκάστοις παιδεύει, πρῶτον μὲν τῆς ἀξίας ὡς μάλιστα ἑαυτοὺς τιμᾷν, τῶν μὲν ταπεινῶν τε καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἀναξίων ὑπερφρονοῦντας, τὰ δὲ μείζω ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν διευλαβουμένους· ἔπειτα καὶ τῆς μὲν παρὰ τῶν καλῶν κἀγαθῶν, καὶ ἐπὶ τοῖς καλοῖς δόξης, μὴ πάνυ

A riter destituantur, ac corpore simul etiam fere labefactentur. Modestis autem et generosis, quoniam eas voluptates amplectuntur quæ ad vitam necessariæ sunt, tum majore vigore occurrunt, tum citra noxam quoque. Et laborum quidem ea videtur esse natura, ut in eos vehementer incumbant, qui illos aversantur et voluptates persequuntur, eos autem qui labores nequaquam curant, et in eis perdurant, magis fugiant, cum ob consuetudinem earum sensum non fere percipiant, et simul etiam robustiora habeant corpora, eo quod multos labores sustinuerunt. Post generositatem autem statim fiducia nos suscipit, exercitatos jam tolerantia rerum, voluntariarum, ac molestarum (quæ tamen aliquo modo in nostra potestate sunt B ut tantum toleremus quantum libet) et æquo animo ferre nos jubet ea etiam quæ voluntaria non sunt, quæque divinitus accidunt. Ac primum illud quidem docet, nos non caruncularum saccum, nec sanguinis sextarium, aut quidquam aliud id genus, verum animos esse ratione præditos, immortales nulli malo externo et alieno expositos, eo duntaxat excepto, quod nobis atque opinionibus nostris propter improbitatem adhæresci, corporibus denique his nos circumdatos esse demonstrat, quibus quod Deus nobis concesserit, utamur, sed ne ipsa quidem prorsus nostra esse, multo vero minus cæteras res et pecunias, quæ corporibus subserviunt. Proinde earum rerum molestias non esse ad animum pertrahendas, neque existimandum eas ad C nos pertinere. Cum igitur res illas nihil ad nos attinere sciamus, negligere eas æquum esse, deinde ac in reliquum quidem tempus quidquam nos lucrifacturos dolendo, nisi id quod ea etiam nostri pars perturbetur, qua sola corrigere possumus id in quod impegimus atque cecidimus, ea videlicet quæ ratiocinatur, et cujus ea est natura, ut rebus nostris omnibus consulat, nosse denique oportere, singula prout constituta sint, ita etiam fieri, bene autem et præclare atque in rem nostram (neque enim aliter dicere fas est) constituta esse a summo bono, ac fortasse et aliam quoque causam nobis ignotam, non minus tamen etiam ac ratione, quod nobis esse possunt disciplinæ et castigationes destinatæ ad curationem, vitiorum et vitæ correctionem, quæ tanquam medicamenta corporibus ægrotantibus animis nostris pro alieno periculo sint immissa, aliis vero nostrum esse veluti certamina et excitationes, quæ cum illustriores tum fortiores quoque reddunt eos qui corpora ad ludos exercent. Nulla igitur ratione iniquo animo referenda esse hæc, sed lætandum potius, si veram illam rationem, ut par est, sequi velimus, et Deo non propter cætera tantum bona, sed et ob hæc ipsa habendam esse gratiam. Post voluptates autem et labores ut serius, ita fortasse violentius in nos grassantur, gloria et ignominia, quæ affectiones tametsi humaniores sunt, et non feroces, nihilominus tamen in iis etiam curam quamdam requirit animus noster, ut cum

Digitized by Google

cis ita ut oportet, ac non temere congrediatur. In iis autem moderatio versabitur quæ tuetur decorum et id quod convenit singulis. Docet enim primum, ut pro dignitate nos ipsos quam maxime honoremus, tum humilia et ea quæ inferiora sunt, excellentia nostra despiciendo, tum ea quæ dignitatem nostram superant reformidando, tum bonorum hominum existimationem de nobis, rebus honestis, conciliatam, non omnino negligendo, tum improborum et insipientium nullam habendo rationem opinionis, quæ rebus quibusdam frivolis et inanibus excitatur. Deinceps autem liberalitas facilius erit in eo, qui in his virtutibus fuerit exercitatus. Pecuniæ etenim partim ad parandas voluptates, partim ad molestias declinandas, partim ob gloriæ cupiditatem expetuntur; qui vero summa industria ad hæc negligenda se exercuit, minus etiam pecunias requiret, cum necessaria vitæ de iis suppediet, quæ probabiliora sunt, et liberalitatem sine magno sumptu exercebit pro facultatibus suis, et hac quidem in parte materiæ pulchritudinem, quæ quodammodo cognata est, asciscet et non aspernetur, sed tamen metuat, ne, si ejus pulchritudinis studiosior sit quam deceat, elegantiam forte suam quæ in animo inest, minus reddat honoratam et viliorem. Quinetiam lenitas post has virtutes convenientem sortietur locum, hac cognitione adjuncta, in nostra esse potestate nos ipsos, ut administremus res nostras pro opinionibus et insitis et exsistere solitis, alienos autem animos non plane habere nos in potestate, verum etiam illis necesse esse id sequi, quod ipsis optimum videatur, neque ulla ratione fieri posse ut quid aliud agant, præterquam id quod bonum existiment. Aut igitur illis a nobis esse demonstrandum e re ipsorum non minus fore, si sententiam nostram amplectantur, aut quandiu id præstare nequeamus, nosmetipsos magis quam illos ea de causa esse accusandos, eo quod illis persuadere nequeamus. Itaque hac etiam in parte bene nobiscum agetur, in operam dederimus, ne hominibus irascamur. Qui autem et voluptates negligit et labores et inanem gloriam, et pecuniam, quique non minus humana quam divina leviter ferre didicit, is non immerito etiam in humanis contractibus ad societatem aptior fuerit, bonitatis studiosus, cum sciat bene collocare beneficium longe esse præstantius quam accipere, idque ei ipsi qui conferat beneficium magis expedire, videlicet cum ad Dei similitudinem propius accedat, male autem facere longe esse deterius quam malo affici, siquidem id præstantiori sit contrarium. Atque oportere illud tanquam præstantissimum consectari pro virili, hoc vero aversari quovis pacto, cum verendum sit ne iis pessimum malum incidat, eademque opera se conservationi universitatis hujus consentientem præbeat ut qui ejus universitatis et ipse pars sit, non perniciosi alicujus locum, sed servatoris et benefici partes amplectens qua ratione cum ipso etiam bene agetur, quemad-

A τοι ἀμελεῖν, τῇ δὲ τῶν φαύλων τε καὶ ἀφρόνων, καὶ ἐπὶ κενοῖς τισιν, οὐδὲ προσέχειν τὸν νοῦν. Ἐξῆς δ' ἐλευθεριότης· ῥᾷον ἤδη ἐγγίγνοιτ' ἂν τῷ ταύτης ἠσκηκότι τὰς ἀρετάς. Χρήματα γὰρ τὰ μὲν ἐπὶ ἡδονῶν πορισμῷ, τὰ δ' ἐπὶ λυπῶν ἀποτροπῇ, τὰ δὲ διὰ δόξαν τινὰ σπουδάζεται. Ὁ δὲ τούτων πολλὰ μεμελετηκὼς ὀλιγωρεῖν ἥττον ἂν καὶ χρημάτων δύοιτο, ἀπὸ μὲν τῶν εὐπορωτέρων τὰ ἀναγκαῖα τῷ βίῳ ἀποδιδούς, ξὺν εὐτελείᾳ δὲ ἐκ τῶν ἐνόντων φιλοκαλῶν. Καὶ ταύτῃ τοι τὸ ἐν ταῖς ὕλαις κάλλος ξυγγενές πῃ ὂν προσαιρούμενος, καὶ οὐκ ἀπαξιῶν, δεδιώς γε μὴν μὴ μείζω τῆς ἀξίας σπουδὴν περὶ αὐτὸ ποιούμενος, λάθῃ τὸ οἰκεῖον τὸ ἐν τῇ ψυχῇ ἀτιμότερόν τε καὶ φαυλότερον ἀποφαίνων. Καὶ μὴν δὴ καὶ ἡ πραότης ἐπὶ τούτοις ἁρμόττοι ἂν μετιέναι προσμεμαθηκόσιν, ὡς ἡμῶν μὲν αὐτῶν αὐτοὶ κύριοι, κατὰ τὰς ἐνούσας τε καὶ ἐγγινομένας ὁρμὰς διατιθέναι τὰ ἡμέτερ' αὐτῶν, ψυχῶν δὲ ἀλλοτρίων οὐ πάνυ τοι κύριοι. Ἀλλ' ἀνάγκη καὶ ἐκείνοις εὖ τῷ αὐταῖς δοκοῦντι ἕπεσθαι, καὶ ἀμήχανον ἄλλο τι ὁρᾷν παρὰ τὸ φαινόμενον ἀγαθόν. Ἢ οὖν ἡμῖν ἐνδεικτέον κἀκείνοις, ὡς καὶ αὐτοῖς οὐδέν τι ἧττον τὰ ἡμῖν δοκοῦντα ἑλομένοις συνοίσει, ἢ ἴσως; ἂν τοῦτο ἀδύνατοι ὦμεν ἡμεῖς αὐτοὺς μᾶλλον τοῦ μὴ οἵους τε εἶναι σφᾶς τιθεῖν, ἢ ἐκείνους, τῶν τοιούτων πεμπτέον· ὥστε καὶ ταύτῃ καλῶς ἂν ἡμῖν ἔχειν μεμελετηκόσι μὴ χαλεπαίνειν ἀνθρώποις. Ὁ δ' ὀλιγωρῶν μὲν ἡδονῶν, ὀλιγωρῶν δὲ πόνων, κενῆς δόξης, χρημάτων, μεμαθηκὼς δὲ φέρειν εὐχερῶς μὲν τὰ θεῖα, εὐχερῶς δὲ τὰ ἀνθρώπεια, εἰκότως ἂν καὶ περὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπου; συμβόλαια εὐκοινωνικώτερος εἴη, χρηστότητα μετιών, μεμαθηκὼς ὡς τὸ μὲν καλῶς ποιεῖν τοῦ εὖ πάσχειν ἄμεινον πολλῷ αὐτῷ δήπουθεν τῷ καλῶς ποιοῦντι, ἅτε δὴ καὶ θειοειδέστερον ὄν· τοῦ δὲ κακῶς πάσχειν τὸ κακῶς ποιεῖν χεῖρον αὖ πολλῷ. Τὸ γὰρ ἄμεινον, τοῦτό γε ἐναντίον· καὶ δέοι τὸ μὲν, ὡς ἄριστον ὄν, διώκειν εἰς δύναμιν, τὸ δὲ φεύγειν παντὶ τρόπῳ, διευλαβούμενον μὴ κτησάμενος λάθῃ τὸ χείριστον τῶν κακῶν, ἅμα δὲ καὶ ξύμφωνον αὐτὸν τῇ τοῦ ὅλου τοῦδε σωτηρίᾳ προσπαρέχοιτ' ἄν, ἅτε δή τι καὶ μόριον τοῦ ὄντος οὐκ ὀλέθρου τινὸς τάξιν, ἀλλὰ σωτῆρός τε αἱρούμενος, καὶ εὐεργέτου τὸ μέρος· οὕτω τε εὖ πράττων καὶ αὐτὸς, οἷόνπερ καὶ μορίῳ σώματος πολὺ ἂν μᾶλλον λυσιτελοῖ, εἶναι τῷ ὅλῳ καὶ ὁμολογεῖν, ὑπηρετεῖν τε τῷ λοιπῷ, καλῶς τὸ αὐτοῦ ἔργον ἀποδιδόν, ἢ ἀντιτείνειν τε καὶ ἀξυμφώνῳ εἶναι, καὶ διασπᾶσθαι τοῦ ἄλλου σώματος, ἐκ δὲ δὴ τῶν πρὸς ἀνθρώπους συμβολαίων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐμπειρότερος γινόμενος, ῥᾷόν που ἤδη καὶ εὐβουλίαν ἀνακτήσαιτο, εἰδὼς μέγα διαφέρειν ἐπιστάμενόν μὴ ἐπιστάμενου, καὶ ξὺν λόγῳ μεταχειρίζοντα ὁτιοῦν δοξάζοντος ἄνευ λόγου. Ὥστε πρός γε τὰ ἕκαστα πράττειν τῶν κατὰ τὸν βίον μέγα ξυμβάλλεσθαι τὸ περὶ τῶν ἀνθρωπείων ἐξακριβοῦν πραγμάτων, καὶ ἅμα χαριεστάτην οὖσαν τὴν περὶ τῶν ἀνθρωπίνων θεωρίαν· ἅτε δὴ περὶ γνησίων ἡμῖν αὐτοῖς, μεθ' ἣν καὶ τὴν φυσικὴν τις μετιὼν οὐ μα-

Digitized by Google

χρὰν αὐτῷ προσθήκην εἰς εὐδαιμονίας ἐπίκτησιν φέροιτ' ἄν, πρῶτον μὲν τῷ τῶν αὐτοῦ κρατίστῳ ζῶν, τῷ λογιστικῷ, ἔπειτα περὶ τὸ ἅπαν τόδε τούτῳ χρώμενος, καὶ θεωρῶν τί τέ ἐστιν ἕκαστα, καὶ διὰ τί γίνεται, τίνα τε κατὰ φύσιν δυνατὰ, καὶ τίνα ἀδύνατα, οὐ σμικροῖς τισιν ἀγαθῶν ἀνθρωπίνης φύσεως ἡστινοσοῦν, διαίτῃ τε καὶ ἀπολαύσει, ἦν οὐδὲ παραβαλεῖν οἷόν τ' ἂν εἴη τηλικῷδε πράγματι, ἀλλ' ὅλῳ τῷδε τῷ παντὶ ἐνδιαιτώμενος τῇ ψυχῇ, καὶ ἀπολαβὼν γνησίως, καὶ καρπούμενος βίον κοινότατόν τε καὶ ὁμοιότατον αὐτοῖς τοῖς κρείττοσι δήπουθεν γένεσιν· εἰ δ' ἡ πολιτεία τὸ πρὸς τὸ ξυγγενὲς κοινὸν περιποιουμένη ἡμῖν, πλεῖστ' ἂν ἀφελοῖ· ἐπεὶ καὶ κατὰ φύσιν τυγχάνει τὰ σπουδαιότερά τε καὶ τελεώτερα τῶν γενῶν μᾶλλόν τοι κοινωνοῦντα ἀλλήλοις τῶν καταδεεστέρων τε καὶ φαυλοτέρων. Φυτὰ μὲν γὰρ, ἢ καὶ ξύμπασα ἡ γε ἀναίσθητος φύσις, ἥκιστ' ἂν ἐπικοινωνοίη ἀλλήλοις· ζῶα δὲ καὶ ξύμπαντα, ὥσπερ ἂν αἰσθήσεως ἤδη μετέχοι, μάλιστ' ἂν τοῦτό γε διαπράττοιτο· ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὸ αἰσθανόμενόν τε καὶ ζῶν μᾶλλόν τι κοινωνοῖ ἂν ἢ τῶν ἀναισθήτων τε καὶ ἀψύχων ὁτιοῦν, εἴπερ τοις μορίοις τὸ ὅλον πεπονθόσι τι μάλιστα συμπάσχει τε καὶ συναισθάνεται, ὡς τοῦτό που ὂν καὶ ζωὴν, κοινωνίαν τινὰ καὶ συμπάθειαν αὐτοῦ, αὐτῷ τε καὶ τοῖς προσπίπτουσιν ἑκάστοις. Τῶν δὲ θηρίων τὰ μᾶλλον ξυναγελαζόμενα τῶν ἧττον τοῦτο ποιούντων τελεώτερά τε εἶναι καὶ ἡμῶν πως ἐγγυτέρω· ἄνθρωπον δὲ θηρίων ξυμπάντων κοινότητι βίου πάμπολυ διαφέρειν, τά τε αὖ κρείττω που γένη κοινότερον ἔτι ἀνθρώπου βιοῖ ἄν, κατὰ τὸ εἰκός· ὥσθ' ὅ γε πολίτης ἀγαθὸς τούτου μάλιστα ἐπιμελούμενος, καὶ ἐς τὸ κοινὸν ζῶν οὗ τὰ ἐλάχιστ' ἂν αὐτῷ διαπεπραγμένος εἴη, μὴ ὅτι κατὰ φύσιν τε ἀνθρωπινώτερον οὕτω βιῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς αὐτοῦ τελεωτέροις γίνεσιν εἰς δύναμιν ἀφομοιούμενος, πρὸς δὲ καὶ τὸ ἴδιον σῴζων μᾶλλον, τὸ κοινὸν πρὸ αὐτοῦ αἱρούμενος, ἀλλὰ μὴ τοῦτο πρὸ τοῦ κοινοῦ· ἐπειδὴ τοῦ μὲν κοινοῦ καλῶς τιθεμένου, αὐτό τε καὶ τὸ ἴδιον μάλιστα σώζεσθαι πέφυκε, τοῦ δὲ ἰδίου διεσταμένου τοῦ κοινοῦ, ἀμφότερ' ἀπόλλυσθαι. Μετὰ δὲ πολιτείαν ἥ γε ὁσιότης μετιτέα, πρὸς τὴν τοῦ θείου θεραπείαν τε καὶ κοινωνίαν ἡμᾶς εὖ παρασκευάζουσα καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ, ἀνοσιότητα καὶ δεισιδαιμονίαν μὴ παριεῖσα ἐν τῇ ψυχῇ. Περὶ γὰρ εὐχὰς, καὶ προσκυνήσεις, καὶ ὕμνους, καὶ τελετὰς, καὶ ἀπαρχὰς, καὶ πάντα τὰ τοιάδε, οὔτε καταφρονητικῶς ὁ ὅσιος ἕξει, ἀνωφελῆ που τὰ τοιαῦτα ἑαυτῷ ἄγων, οὔθ' οὕτω προσοίσει, ὡς δεομένῳ τινὸς τούτων τῷ Θεῷ, ἢ κινησομένῳ δι' αὐτῶν, ἀκίνητον γὰρ καὶ ἀπρόσδεκτον μάλιστα ἐκείνων· ἀλλ' ὡς αὐτὸν τὰ μίγιστα ὠφελήσων, καχίας τε ἀφέξει καὶ ἀρετῆς μελέτῃ, καὶ ὁμολογίᾳ τοῦ αἰτίου ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν, καὶ τούτων δὴ ἕνεκα ἐκεῖνα προσάγων τε, καὶ ὁροσιούμενος, θεοσέβειαν αὐτῆς τε ὁσιότητος, καὶ πάσης κεφάλαιον ἀρετῆς ποιούμενος, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται, πάντα τε εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ νόησιν ξυντείνων, τὴν μακαρίαν ζωήν· ὡς ξυμβαίνειν τὸν μὲν καλὸν κἀγαθὸν, τὸν αὐτὸν εὐδαίμονά τε εἶναι καὶ μακάριον,

modum etiam parti corporis longe magis expedit cedere toti, et consentire atque inservire reliquo corpori, suum munus recte exsequendo, quam obluctari, dissentire atque avelli a reliquo corpore. E contractibus porro humanis, si quis majorem humanarum rerum peritiam consecutus fuerit, facilius is sibi deliberandi prudentiam parabit cum peritum longe præstare imperito sciat, et eum qui certa ratione quidvis tractet, ei qui citra rationem opinionibus ducatur. Itaque ad singulas vitæ actiones multum confert in humanis actionibus diligenter versari, ut quæ cognatæ sint nobis. Post eam autem deliberandi prudentiam, si quispiam naturæ explicationem aggrediatur, is non parvum ad felicitatem acquirendam additamentum consequetur, primum cum parte sui præstantissima vivat videlicet ratione, deinde cum utatur ea in universitate hac, et contempletur quid et sint singula et quamobrem fiant, quæque ordine naturæ fieri possint, aut fieri nequeant, non parvis contentus cujusvis naturæ humanæ conditionibus, videlicet victus ratione et fructu, quæ ne comparari quidem debent tantæ rei, sed animo versans in hac universitate, et germane fruens, et tum communissimæ, tum similimæ cum ipsis generibus præstantioribus vitæ fructum percipiens. Postea vero respublica, quæ nobis præstat societatem erga cognatos, maximas affert utilitates, cum naturæ etiam consentanea sit, et animalium genera honestiora ac perfectiora societatem inter se magis colant quam ea quæ deteriora sunt, et viliora, siquidem stirpes et universa sensus expers natura minime inter se societatem colunt; animalia vero omniaque sensu prædita, maxime in hoc elaborant, nam quod seipsum sentit et vivit, ad societatem fuerit aptius quam quidvis sensus expertium ut inanimatorum. Siquidem partium affectionibus totum maxime afficitur, earumque sensum percipit, tanquam idem sit, et vita communitate quadam contineatur et mutua in omnibus eventis consensione. Itaque animalia quæ magis congregantur, iis quæ minus id faciunt, et perfectiora sunt, et nobis aliquo modo propiora, homo autem bestiis universis longe antecellit, propter vitæ communitatem et consentaneum est, præstantiora genera majore uti vitæ communitate quam homines. Quamobrem bonus civis cum in hoc maxime det operam, ut vitam suam ad communitatem referat, non minimum sane profecerit, non eo duntaxat nomine, quod ita vivit secundum naturam, et ut hominem decet, sed ob illud etiam, quod pro virili generum se præstantiorum similitudinem assequitur. Huc illud etiam accedit, quod et suum commodum ita magis tuetur, si privatis rebus publicas anteponat, non autem si privatas publicis. Siquidem republica bene constituta, ita comparatum est, ut cum ipsa, tum res privatæ maxime conserventur, sin res privatæ a rebus publicis segregentur, utræque pereant. Post rempublicam ordine sanctitas amplectenda est, quæ ad cultum et communi-

Digitized by Google

tatem numinis probe nos instruit, quæque tam publice quam privatim profanitatem et superstitionem in animum non admittit. Nam neque precationes, nec supplicationes, nec laudes divinas, nec festa, nec primitias, neque id genus alia vir sanctus contemnet, ea inutilia sibi esse existimando, neque sic offeret numini, quasi aliqua illarum rerum egeat, aut per ea allici debeat (neque enim movetur, et minime rebus illis eget), verum ita offeret, tanquam maximas sibi ipsi utilitates inde allaturus, tum abstinentia vitiorum, tum meditatione virtutis, tum agnitione ac professione ejus qui bonorum nobis auctor est. Iis igitur de causis illa offeret et sanctitatis munere fungetur, principatum divino cultui deferendo, ut et supra commemoratum est, omnino autem beatissimam vitam ad Dei intellectionem referet atque ita continget, ut vir bonus, idem et beatus sit et felix, idque ea ratione et eatenus, quatenus virtutis fuerit particeps, perversus autem, eatenus miser sit, quatenus vitiis fuerit contaminatus. Nobilitas autem et ignobilitas, magistratus et vita privata, divitiæ et paupertas, voluptates et labores, sanitas et morbi, longævitas et mors, atque id genus omnia, ipsa quidem suapte natura neutrius sunt generis, neque omnino bona nec mala, nihil etenim horum ad nosmetipsos pertinet, utrorumvis autem usus legitimus si cum virtute conjungatur, bonus nobis efficietur et felix, cum improbitate autem noxius et infelix.

A ταύτῃ τε καὶ κατὰ τοσοῦτον καθ' ὅσον ἂν ἀρετῆς μετάσχοι· τὸν δὲ φαῦλον ἄθλιον κατὰ τοσοῦτον καθ' ὅσον ἂν κακίας μεταλάβοι. Εὐγενείας δὲ καὶ δυσγενείας, καὶ ἀρχὰς καὶ ἰδιωτείας, καὶ δόξας καὶ ἀδοξίας, καὶ πλούτους καὶ πενίας, καὶ ἡδονὰς καὶ πόνους, καὶ ὑγιείας καὶ νόσους, καὶ μακροβιότητα καὶ θανάτους, καὶ πάντα τὰ τοιάδε, αὐτὰ μὲν καθ' αὐτὰ οὐδέτερα οὔτε ἀγαθὰ οὔτε κακὰ εἶναι καθάπαξ. Τούτων γὰρ οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς· τὴν δὲ τούτων ὁποτέρων χρῆσιν, σὺν μὲν τῷ δίοντι καὶ ἀρετὴν γιγνομένην, ἀγαθήν τε καὶ εὐδαίμονα ἡμῖν καθίστασθαι, σὺν δὲ κακίᾳ βλαβερὰν, καὶ κακοδαίμονα.

Atque hæc de virtute, ejusque partibus, pauca de multis dici queant, si quis ipsa fere capita disputationum earum quæ de singulis haberi possint, tractandæ suscipiat. Ad virtutem autem parandam natura primum requiritur, et divinum fatum, citra quod nullo potiri licet bono, deinde institutis etiam et scientia, denique usus et exercitatio; quocunque autem illorum destituaris, magna ex parte eris imperfectus. Etenim quo pacto perfecte vir bonus quisquam fieri queat, ni nulla disciplina fuerit instructus de unaquaque virtute, quale bonum sit homini, et ubi et quo modo? Si quis autem disciplina et scientia fuerit instructus, is omnium perfectissimus erit, si usum et exercitationem adjunxerit, et id quod a moribus proficiscatur, jucundum et optimum et beatum esse judicaverit. Verumtamen omnibus modis fugiendum est vitium. Virtuti autem opera danda, ut non miseri, sed beati felicesque fiamus, cum in hac vita, quoad ejus fieri potest, tum etiam post obitum, locum rationi actæ vitæ decentem et convenientem adepti multo etiam beatiores simus. Amen.

B Τοσαῦτα περὶ ἀρετῆς καὶ τῶν ταύτης μορίων ἐκ πολλῶν ὀλίγα ἔστιν εἰπεῖν, αὐτὰ σχεδὸν τὰ κεφάλαια προελομένους τῶν περὶ ἕκαστον λόγων. Ἐπὶ δὲ τὴν τῆς ἀρετῆς κτῆσιν πρῶτον μὲν φύσεως δεῖ, καὶ θείας μοίρας, ἧς χωρὶς οὐδὲ ἀγαθοῦ τινος ἔστι τυχεῖν ἔπειτα λόγου τε καὶ ἐπιστήμης· εἶτα μελέτης τε καὶ ἀσκήσεως. Ὅτου δ' ἂν αὐτῶν τις ἀπολειφθῇ, ταύτῃ τε καὶ κατὰ τοσοῦτον καθ' ὅσον ἂν ἀπολειφθῇ, ἀτελὴς μάλιστα ἔσται. Πῶς γὰρ ἂν τις τελέως καλὸς κἀγαθὸς γένοιτο, λόγον μηδένα ἔχων περὶ ἑκάστης ἀρετῆς, οἷόν ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ὅπη καὶ ὅπως ἀγαθόν; Λόγου δὲ καὶ ἐπιστήμης μετασχὼν, τελεώτερος αὖ πάντως ἔσται, μελέτην τε καὶ ἄσκησιν προσλαβὼν, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ἤθους ἡδύ τε, καὶ ἄριστον, καὶ μακάριον ἀποφήνας· ὅμως μέν γε παντὶ τρόπῳ φευκτέον μὲν κακίαν, ἐπιτηδευτέον δὲ ἀρετὴν, ἵνα δὴ ἀντὶ ἀθλιωτέρων εὐδαίμονές τε καὶ μακάριοι ἐν τε τῷ παρόντι βίῳ κατὰ δύναμιν γενοίμεθα, καὶ ἐπειδὰν τελευτήσωμεν, τὴν τοῖς νῦν βεβιωμένοις πρέπουσάν τε καὶ ἁρμόττουσαν ἀπολαβόντες χώραν, πολὺ ἔτι δὴ μᾶλλον εὖ πράξαιμεν.

SUMMA VIRTUTIS KATA ΣΧΗΜΑΤΙΣΜΟΝ.

Virtutum genera sunt, prudentia, fortitudo, temperantia. Generum autem formæ si prudentiæ subjiciantur, Dei cultus, naturalis sapientia, consilii capiendi ratio; sin justitiæ, sanctitas, reipublicæ administratio, bonitas; sin fortitudini, fiducia, generositas, lenitas; sin temperantiæ, moderatio, liberalitas, modestia. Ac Dei cultus in rebus divinis versatur, naturalis autem sapientia, in rebus naturalibus, capiendi consilii ratio, in actionibus hominum sanctitas, in iis rebus quæ ad numen

D Τῶν ἀρετῶν γενικαὶ μὲν φρόνησις, δικαιοσύνη, ἀνδρία, σωφροσύνη, εἰδικαὶ δὲ, τῇ μὲν φρονήσει ὑποδιαιρούμεναι, θεοσέβεια, φυσικὴ εὐβουλία· τῇ δὲ δικαιοσύνῃ, ὁσιότης, πολιτεία, χρηστότης· τῇ δὲ ἀνδρίᾳ, εὐψυχία, γενναιότης, πραότης· τῇ δὲ σωφροσύνῃ, μετριότης, ἐλευθεριότης, κοσμιότης. Καὶ θεοσέβεια μὲν περὶ τὰ θεῖα, φυσικὴ δὲ περὶ τὰ φυσικὰ, εὐβουλία δὲ περὶ τὰ ἀνθρώπινα. Καὶ ὁσιότης μὲν ἐν τοῖς πρὸς τὸ θεῖον, πολιτεία δὲ ἐν τοῖς ἀκουσίοις, γενναιότης δὲ ἐν αἱρετοῖς, πραότης δὲ

Digitized by Google

πρὸς τὰ κοινὰ, χρηστότης δὲ ἐν τοῖς πρὸς τὰ ἰδιωτικά, καὶ εὐψυχία μὲν ἐν τοῖς πρὸς ἀνθρώπους, καὶ μετριότης μὲν περὶ δόξαν, ἐλευθεριότης δὲ περὶ χρήματα, κοσμιότης δὲ περὶ ἡδονάς.

A attinent; reipublicæ autem administratio, in iis quæ ad communitatem referuntur; bonitas, in rebus privatis; fiducia, in rebus non voluntariis; generositas, in iis quæ ipsi ultro suscipimus; lenitas in iis quæ ad homines pertinent. Ac moderatio quidem in gloria versatur, liberalitas in pecunia, modestia subjectas sibi habet voluptates.

Ἀρετὴ, φρόνησις, δικαιοσύνη, ἀνδρία, σωφροσύνη· θεοσέβεια, φυσικὴ, εὐβουλία· ὁσιότης, πολιτεία, χρηστότης· εὐψυχία, γενναιότης, πραότης· μετριότης, ἐλευθεριότης, κοσμιότης.

α ε ι ς ρ ῶν α ἦν ε ἴ ς ε ἐρ ε αι αύ ας.

Κοσμιότης, γενναιότης, εὐψυχία, μετριότης, ἐλευθεριότης, πραότης, χρηστότης, εὐβουλία φυσικὴ, πολιτεία, ὁσιότης, θεοσέβεια.

COMPARATIO VIRTUTUM.

GENERALES VIRTUTES.	PRUDENTIA.	DEI CULTUS.	SPECIALES VIRTUTES.	Caput	12
		NATURALIS SAPIENTIA.			9
		PRUDENS CONSILIUM.			8
	JUSTITIA.	SANCTITAS.			11
		REIPUBL. ADMINISTRATIO.			10
		BONITAS.			7
	FORTITUDO.	FIDUCIA.			3
		GENEROSITAS.			2
		LENITAS.			6
	TEMPERANTIA.	MODERATIO.			4
		LIBERALITAS.			5
		MODESTIA.		Principium	1

Progressiones virtutum ostendunt hi numeri ut sciatur unde auspicandum et ubi desinendum sit.

GEORGII GEMISTI
PLETHONIS
PLATONICÆ ET ARISTOTELICÆ PHILOSOPHIÆ
COMPARATIO

(Basileæ, per Petrum Pernam. 1574.)

AD REVERENDISSIMUM PRINCIPEM D. OTHMARUM
ABBATEM SANGALLENSEM
IN LIBELLUM DE PLATONICÆ ATQUE ARISTOTELICÆ PHILOSOPHIÆ DIFFERENTIA.

GEORGII CHARIANDRI PRÆFATIO

De philosophiæ usu ad cognitionem divinarum rerum accommodato.

Nullus est mortalium, princeps reverendissime, sano quidem utentium judicio, qui non innato quodam insitoque sapientiæ amore desiderioque teneatur; quod ipsum et apud ethnicos Aristoteles indagator sapientiæ solertissimus, ideoque præ cæteris omnibus philosophi nomen adeptus, innuit confirmatque in suis libris; sed et Salomon ille, regum in Ecclesia de antati-simus, qui non solum sapientiæ amantissimus, sed et sapientissimus exstitit, idque divino oraculo. Nempe hic sapientiam omnibus aliis donis, quorum capax est natura humana, præferens, illam a Deo optimo maximo solam precatus est, eamque

Digitized by Google

sibi divinitus concedi serio rogavit. Sic enim quodam in loco Deum precatur : Mitte illam de cœlis sanctis tuis, et a sede magnitudinis ac gloriæ tuæ, ut mecum sit et mecum laboret. Et alibi : Dabis servo tuo cor docile, ut possit discernere inter bonum et malum. Quam sane ab causam etiam sectæ Peripateticæ principes patronique sapientiam cum voluptate conjunctam summum constituisse bonum veramque hominis felicitatem non male collocasse videntur. Cæterum non quamcunque sed eam duntaxat sacri vates nos jubent amplecti sapientiam, quæ nobis ad timorem et cognitionem Dei, vel ut apertius loquar, ad sapientiam cœlitus revelatam iter quoddam præmonstrat, ad eumque finem collimat, ut Deum agnoscamus, celebremus, illiusque veneratione gaudeamus. Hunc namque Deus optimus maximus homini finem constituit, eumque ob hanc causam tanta arte condidit, tantaque donorum varietate excellentiaque exornavit, atque in hoc mundi domicilium tum amplissimum, tum pulcherrimum collocavit, ut Creatorem agnosceret, honoraret, et perpetuis laudibus summa cum lætitia prosequeretur. Nec sane alius sapientiæ scopus agnoscendus quam iste, ut omnem proinde debeamus repudiare scientiam, quæcunque cognitionem et timorem Dei non promovet, adeoque cum una simplexque sit veritas, unam etiam solamque illam amplecti sapientiam. Etsi vero animus noster mole impeditus terrestri, contagioque peccati corruptus, rerum naturas penitus introspicere, ipsasque formas internas dijudicare non possit, noluit tamen nos Deus in vita esse prorsus otiosos, sed perpetuo exerceri, talentumque cuilibet commissum in lucem proferri, ut tandem multis variisque in hac vita documentis expeditiores reddamur ad fruitionem perfectæ illius contemplationis, quam in futura exspectamus vita, ideoque non prorsus nudi inveniamur, si cœlestis illius sapientiæ vestimento indui cupiamus. Quod cum ita sit, non possum non nefandam quorumdam barbariem admirari, qui ventri abdominique servientes, superbo fastu omnia sapientiæ studia fastidiunt contemnuntque, hanc illis mente quæ cœno intemperantiæ scatet, dictante sive ratiunculam, sive deceptiunculam, nihil posse in hac vita perfecte sciri, et nos cæculire in rerum etiam manifestissimarum contemplatione, ideoque omnia esse incerta, et præsertim illa, quæ jam retro mollis sæculis non tam a viris maximis inventa prolataque, quam certis sensuum judiciis experta probataque sunt. Quamvis enim sint plurima ad quorum cognitionem nondum pervenimus, et vere sit dictum a Themistio, quod maxima pars eorum quæ habentur ab hominibus minima pars sit earum, quæ nesciuntur, non tamen omnia ignoramus, nec brutorum duntaxat more res sensui subjectas aspicimus, imo beneficio divinioris cujusdam auræ in nobis, cujus nos non frustra fecit participes divina benignitas, subjecta rerum formasque quodammodo perspicimus atque hæc ab ipsis naturis sensui subjectis discernere valemus. Inprimis vero rerum naturalium cognitio ad salutarem jucundamque nos deducit rerum divinarum contemplationem apprehensionemque, ut ii quidem qui sapientiæ studiis imbuti sunt, quædam de Deo demonstrative scire possint, quæ alii sola tantum fide cognoscunt atque credunt, idque multis de causis. Sunt namque res illæ divinæ admodum abstrusæ remotæque a sensibus, et nostræ mentis acies non statim a partu effulget, sed longi temporis utens progressu intellectum aliquem acquirit solidiorem. Præterea non pauca sunt, quin potius plurima, quorum cognitio requiritur, priusquam rerum divinarum demonstrationem quispiam animo possit concipere, nec illa licet exigui temporis spatio assequi. Adde, quod multi vitio defectuque aliquo naturæ laborant, corpusque obtinent vel debile vel depravatum, cui divinus inclusus animus suas vires nequit exserere, contemplandoque ad scientiam aliquam altiorem pervenire. Omitto idem, quod constat maximam hominum partem comparandis rebus vitæ necessariis satagere ideoque ab omni abstrahi rerum divinarum contemplatione. Quæ sane impedimenta si removeantur ab animis hominum, tum certe abstrusam abditamque rerum naturam contemplando ad aliquam rerum divinarum cognitionem pervenient, et ex visibilibus, ut sacra loquitur Scriptura, invisibilem Dei gratiam potentiamque tanquam sensibus subjectam agnoscent. Annon enim, ut aliquo idipsum declarem exemplo, mundum aliquando cœpisse, nec ab æterno exstitisse præter sacratissimam fidei nostræ auctoritatem etiam rationes humanæ convincunt? Certe quidem si quis mundum facit æternum, is vel Deum esse, vel Deo æqualem constituit, id quod prorsus esse absurdum, et a nemine sano concedendum nemo non videt. Idem quoque qui factum negat mundum, negabit interiturum, nec hominum latebitur bene appellari microcosmum, qui nimirum instar mundi non semper fuerit, nec perpetuo durare soleat. Quid? quod ab illo qui æternum facit mundum, interrogabimus, curnam per tot tamque innumerabilium seriem cursumque sæculorum non fuerit is cultus, quo jam utimur, curnam litterarum usus, quo solo memoriæ fulcitur æternitas? cur quædam nunc innotescunt, quæ sit consentaneum, si mundus esset æternus, retro tot infinitis sæculis in usum notitiamque pervenire debuisse. Præterea, cum constat divina providentia mundum gubernari eademque et fieri quæ fiunt et destrui quæ destruuntur, certe non erit a ratione alienum, credere eumdem Deum etiam hoc universum fabricatum esse, ideoque mundum ab æterno non exstitisse. Et ipse tandem mundus, ut inquit Augustinus, de seipso testatur quod factus sit. Ordinatissima namque sua mutabilitate et mobilitate, et visibilium omnium pulcherrima specie, quodammodo factum se esse demonstrat, et non nisi a Deo ineffabiliter ac invisibiliter magno et invisibiliter pulchro fieri potuisse proclamat. Eum igitur, qui mundum factum negat, oportebit fateri, Deum aut esse rerum opificem aut nihil posse facere, quod sit summe excellens atque eximium, id quod nemo qui

Digitized by Google

mente consistat concedit, quin potius omnes naturali quodam instinctu Deum omnipotentem asserunt. Jam si etiam hoc concedunt, ipsum summum et maximum esse artificem, oportebit certe deinceps fateri ab eodem maximum pulcherrimumque opus, quod animo cogitari aut usquam inveniri possit, factum esse; et quodnam tandem erit illud opus? Annon mundus? Quod si autem Peripatetico illi, mundum asserenti æternum, hæc magis esse sive dialectica sive probabilia viderentur, quam apodictica, sive scientifica, age cum illo argumentis a natura desumptis ulterius conferemus. Ac primum quidem illud constat, non posse fieri ut sit aliquid æternum, quod e principiis conflatum est corruptioni obnoxiis, qualem esse scimus mundum, cujus partes assidue mutantur, dum quædam fiunt, quædam intereunt. Nec refert quod quidam partem mundi nobilissimam, cœlum nimirum, immortale faciunt, nullique dissolutioni subjectum. Eodem namque modo etiam hominem quispiam appellabit immortalem, ob partem ipsius præcipuam, quam animum vocamus, omnisque corruptionis expertem constituimus. Omitto jam quod multis, iisque indubitatis rationibus probari possit, non esse cœlum corruptionis expers, ipsumque etiam tandem urgere ad interitum. Quod si quis fluvii instar mundum credit subinde fluere, partemque hujus quæ effluxit, a fonte quasi quodam perenni, semper restitui, is sane novum semper mundum constituit, et quem factum fuisse nolebat fateri, eumdem jam infinities concedit. Ut enim in eodem quidem alveo semper decurrit fluvius, sed aliam subinde aquam haurit, ita non eumdem esse hodiernum mundum, qui fuisset heri, sed novum subinde succedere, necessario sequeretur. Aliam quoque incurret ille absurditatem, qui mundum facit æternum. Animam plerique sanæ mentis inter Peripateticos fatentur esse immortalem, et item hoc, numero infinita dari non posse reipsa sive actu. Mundo igitur constituto æterno, annon animæ constituentur actu infinitæ? Siquidem anni jam præterierint infiniti, hominesque numero infiniti mortui, quorum omnium numero carentium sunt animæ actu superstites? At hic quidam hujus absurdi vitandi gratia furiosa quadam impudentia, numero unicam esse animam rationalem in omnibus hominibus finxere. Hoc vero figmentum annon omnem providentiam atque justitiam Dei tollit atque exstinguit? Hac namque ratione homines numero non different quorum nimirum unica esset forma, nec ulla superessent præmia recte factorum, nullæ pœnæ male factorum, idemque esset Socrates quod Plato, nec melior bonus quam sceleratus, sapiens quam stultus, et sic deinceps. Id quod cum sit absurdum, illud item quo affirmabatur, unicam esse omnium hominum animam absurdum esse necesse erit. Sed desino tam plures cumulare probationes, quibus mundus non esse æternus demonstretur. Addam potius adhuc unum idque breve exemplum, quo magis faciam planum rerum naturalium cognitionem esse præviam veri luminis per quam nimirum homo deducitur ad contemplationem sui Creatoris. Hunc mundum itaque a Deo regi, quæ probent rationes, breviter exponam. Ac primum quidem, quis non videt diversa atque contraria per se conjungi atque ad unam aliquam formam reduci non posse, nisi alterius cujuspiam opera auxilioque intercedente connectantur? Jam vero mundum hunc ex tam diversis contrariisque videmus constare partibus, in quo nimirum frigida jungantur calidis, humentia siccis, aliaque ex diversis conflata naturis in unam formam conveniunt. Unum itaque esse aliquem fateri oportet, qui tam diversa copulavit, univit atque conjunxit. An quis aspiciat tabulam diversis pictam coloribus, variisque partibus constantem, et certum aliquem magistrum exstare dubitet, qui tam scite illam finxerit? An quis intueatur pocula variis cælata atque aspera signis, nec protinus exclamet, divini opus Alcimedontis? Illud sero constat inter omnes, diversa contrariaque suo quodam impetu dissolvi atque disjungi ab invicem, nisi sit aliquis a quo conservantur.

Idem itaque etiam mundo contingeret, quem in unam formam ex diversis partibus compactum naturarum ipsa diversitas invicem discors dissociaret procul dubio atque divelleret, nisi esset unus, qui quod nexuit contineret. An vero aliquid carens gubernaculis certo atque regulari semper ordine moveri posset suapte sponte? id quod fieri cernimus in mundo, cujus ordo tam certus procedit, vel eædem sint perpetuo vicissitudines dierum atque noctium, commutationesque temporum quadripartitæ ad maturitatem frugum et ad temperationem corporum aptæ. Quid de sole dicam lunaque et cæteris stellis? quorum tam certi sunt motus, ut sol quidem orbem in duodecim partes distributum semel quotannis perambulet tum recedens a nobis, tum accedens ad nos: luna vero accretione et diminutione luminis mirabili quasi fastorum notet et significet dies, ad eumdem recurrens locum menstruo spatio; tum in eodem orbe stellæ tam certo feruntur, ut eosdem cursus constantissimos servent disparibus inter se motibus. Quæ quidem et alia innumerabilia cum cernimus tam certum ordinem observare, tamque dispositos motus locis temporibus efficientia spatiis qualitatibus retinere, possumusne dubitare, quin sit unus, qui has mutationum varietates manens ipse moderetur et disponat? His igitur et aliis quæ hoc loco non possunt omnia enumerari, humanis, hoc est physicis argumentis quispiam mundum providentia Dei gubernari probare posset, unde satis perspicuum esse arbitror, sapientiæ studia, quæ philosophiam vocamus, ad pietatem rerumque divinarum cognitionem multum conferre, ideoque ab homine Christiano excolenda esse merito atque amplectenda. Neque tamen philosophiam tanquam ducem sequemur, quin potius illa tanquam ministra utemur, atque tum demum nos recte philosophatos arbitrabimur, quando id philosophiæ ope ministerioque tutabimur, quod sacris non repugnat litteris, quæ sunt veritatis amusses. Ex quo sane sequitur, genus philosophiæ Platonicum viro Christiano

Digitized by Google

imprimis esse persequendum, quod nimirum inter alia et pietatem maxime nos edocet, ad eamque quam ex sacris Scripturis hausimus veritatem quam proxime accedit. Annon enim Christianæ religionis consentanea est illa Platonicorum de ideis disputatio? quæ maxime huc pertinet, ut ostendat Deum esse hujus mundi conditorem, certique ordinis, qui in ipso conspicitur, auctorem? Omitto jam illud, quod multi fere eadem, quæ de Filio Dei et Verbo et constructione universi a Christianis dicuntur, etiam Platonicos dicere arbitrantur. Annon gratam de Deo famam spargunt in disputatione de natura, quam Dei esse voluntatem ostendunt? in disputatione de cœlo, quod per se esse mortale aiunt, sed propter præsentiam animæ motricis immortale reddi? in disputatione de ente univoco non æquivoco? imprimis autem, quando animos esse immortales atque divinos crebro tamque copiose inculcant? id quod maximum est nostræ fidei fundamentum. Quæ quidem omnia illi a Platone præceptore ac magistro non arripuerunt, sed hauserunt, quod non doceat Plato sed instituat, non instituat sed imbuat. Quapropter hunc divinum, hunc sapientissimum, hunc sanctissimum, hunc Homerum philosophorum appellant, quos secutus etiam Cicero non eloquentiæ solum, sed sapientiæ quoque parens, eumdem tanti fecit, ut se sola hujus auctoritate frangi dicat, quamvis nullam Plato afferret rationem. Cæterum hic non possum non mirabiles artium et philosophiæ periodos commemorare. Neque enim etiam artes ipsæ eodem semper in honore habentur, sed alias magis vigent, alias minus, et nunc illud nunc aliud floret philosophiæ genus. Nostro igitur sæculo genus philosophandi Platonicum fere exolevit, in scholis vero omnibus Aristotelica traduntur, unde accidit ut præceptores et recta institutio ad Platonis philosophiam desideretur hodie, quibus tamen omnino opus est volenti recte ad istud philosophandi genus et cum fructu accedere. Sunt enim Platonica pleraque tam obscura, præsertimque illa quæ numeris et figuris sunt involuta, ut proverbio locum dederint, quo aliquid dicitur, « Numeris Platonicis esse ob curius.» Ætate vero Ciceronis contra accidit, qua nimirum pauci fuerunt, quibus philosophia peripatetica esset cognita. Omnes itaque scholæ tum Platonem legebant, discebant, convertebant, neglecto interim spretoque Aristotele, vel saltem secundas post Platonem partes obtinente.

Sed hæc hactenus. Ad te venio, princeps reverendissime, cui rationem instituti mei breviter exponam. Cum ego commemoratas ob causas Platonis scripta etamem et admirari soleam, non potui prætermittere quin libellum de comparatione Platonis et Aristotelis Græce conscriptum a Georgio Gemisto in Latinam transferrem linguam, quo et mihi redderem familiarem, simulque aliis quibus lingua Græca minus esset cognita hac translatione prodessem. Neque me operam perdidisse opinor, quod hujus auctoris opusculum in manus sumpserim neque alios qui idem sunt lecturi, tempus inaniter contrituros existimo. Fuit enim Gemistus hic vir in omni scientiarum genere eminentissimus, cognomenque Plethonis accepit, quasi Platonis, eo quod Platoni philosophorum principi proxime accederet. Hanc igitur translationem T. R. patrocinio offerre volui, quod nimirum tum alias tum præsertim nuper datis ad T. R. litteris cognovissem T. R. tanto philosophiæ, præsertim Christianæ, qualis est Platonica, amore teneri, tantisque studiosos illius beneficiis persequi, ut vere Mecænas ejusdem appellari possit. Præterea quod audivissem T. R. locupletissimam omnium omnis linguæ ac disciplinæ scriptorum bibliothecam in suo collegio instruere, undique conquisitis magna pecunia editis libris. Quamobrem facere non potui quin hoc stipatus munusculo T. R. iterum accederem, nec dubito quin hoc quoque scriptum philosophi atque mathematici præstantissimi T. R. eo sit complexura animo, quo Musas et optimos quosque scriptores amplecti solet, suæque bibliothecæ ornamentum judicare. Quod sane exiguum munusculum si T. R. quo non dubito animo susceperit, ipsumque suo favore complectetur, dabo certe manibus pedibus operam, ut majora dignioraque T. R. auspicio beneficioque, ad manus T. R. perveniant, bibliothecæque tuæ inserantur. Quod superest, Deum precor, ut T. R. diu servet salvam atque incolumem, quo possit litterarum studia promovere ad nominis divini gloriam aliorumque hominum salutem.

Basileæ, die Laurentii anno 1574.

T. R. addictissimus GEORGIUS CHARIANDER.

Digitized by Google

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΓΕΜΙΣΤΟΥ ΤΟΥ ΚΑΙ ΠΛΗΘΩΝΟΣ

ΠΕΡΙ ΩΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ ΠΡΟΣ ΠΛΑΤΩΝΑ ΔΙΑΦΕΡΕΤΑΙ.

GEORGII GEMISTI PLETHONIS

DE PLATONICÆ ET ARISTOTELICÆ PHILOSOPHIÆ DIFFERENTIA:

Οἱ μὲν ἡμῶν παλαιότεροι καὶ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων Πλάτωνα Ἀριστοτέλους πολλῷ τῷ μέσῳ προετίμων· τῶν δὲ νῦν, καὶ μάλιστα τῶν πρὸς ἑσπέραν οἱ πολλοὶ, ἅτε ἐκείνων σοφώτεροι οἰόμενοι γεγονέναι, Ἀριστοτέλη πρὸ Πλάτωνος θαυμάζουσιν, Ἀβερόῃ τινὶ Ἄραβι πειθόμενοι μόνον Ἀριστοτέλη φάσκοντι τέλειόν τι τῆς φύσεως ἐς σοφίαν ἔργον ἀποτελεῖσθαι, ἀνδρὶ εἰ μὲν τἆλλα σπουδαίῳ οὐκ ἂν οὕτω ῥᾳδίως εἰπεῖν ἔχοιμι, τὸν μέντοι περὶ ψυχῆς λόγον οὕτω φαύλῳ ὡς καὶ θνητὴν αὐτὴν τίθεσθαι. Καίτοι ὅς γ' ἂν ταύτην τὴν ἀμαθίαν τυγχάνοι ἀμαθαίνων, τίνος ποτ' ἂν σπουδαίου πράγματος κριτὴς γένοιτο ἄξιος; καὶ ταῦτα οὐδ' Ἀριστοτέλους ταύτην δοκοῦντος τὴν ἀμαθίαν ἀμαθαίνειν; χρὴ γὰρ τἀληθῆ λέγειν καὶ μὴ συκοφαντεῖν τὸν ἄνδρα, καίτοι πλείστους γε τῶν πρὸ αὐτοῦ σεσυκοφαντηκότα. Ἀλλ' εἰ μὴ οὐδὲ τὸ συκοφάντην ἀντισυκοφαντεῖν εὐαγὲς εἶναι δοκεῖ, ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν εἰσιν οἱ Πλάτωνι μᾶλλον τὴν ψῆφον τίθενται, ἡμεῖς τούτοις τε χαριζόμενοι κἀκείνους, εἰ μὴ σφόδρα φιλονείκως ἔχουσιν, ἐπανορθοῦντες, βραχέα περὶ ὧν διαφέρονται τὼ ἄνδρε ἐροῦμεν, καὶ δείξομεν τὸν ἄνδρα τάνδρὸς οὐ μικρὸν λειπόμενον οὐ μακρὰς οὐδ' ἐριστικὰς, ἀλλ' ὡς οἷόν τε διὰ βραχυτάτων ποιούμενοι τὰς ἀποδείξεις.

A Tam Græci quam Romani veteres, qui nostrum sæculum antecesserunt, Platonem Aristotele multo præstantiorem fecerunt, nostri vero temporis homines et præcipue major pars eorum qui ad occidentem habitant reliquis sapientiores existimati, Aristotelem magis quam Platonem admirantur persuasi ab Averroe quodam Arabe qui maximam Aristoteli laudem tribuit, audetque affirmare, illum suis libris sapientiam naturæ perfectissime complexum esse. Et fuerit sane Aristoles, sic magnus et incomparabilis, quod ad alia attinet, de quo tamen ipso non facile ferre sententiam ausim; at quod ad opinionem ipsius de animo, tam perversi fuit ingenii ut ipsum mortalem corruptibilemque facere non vereatur. At qui hujusmodi ignorantiæ atque insaniæ patronus fuerit, illumne alicujus egregii operis aut negotii judicem arbitratum fore idoneum? Et non eodem modo insanire eum quo Aristoteles, qui hanc sententiam tuetur? Non possum enim non veritatem fateri et non reprehendere eum, qui antiquiores, antecessoresque suos reprehenderit. Verum enim vero ne mihi quidem decorum videretur mutuis conviciis calumniatorem afficere, sed quoniam nostro etiam sæculo reperiuntur multi, qui Platoni palmam tradunt, nos quidem illis hoc instituto nostro gratificari, et alios nisi amore contentionis laboraverint corrigere conabimur, paucis explicando differentiam doctrinæ utriusque Platonicæ nimirum et Aristotelicæ, et ostendendo, alteram ab altera non parum differre, in qua explicatione non prolixis et contentiosis, sed, ut decet, brevissimis utemur demonstrationibus.

B

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Πρῶτον μὲν οὖν τὸν πάντων βασιλέα Θεὸν Πλάτων δημιουργὸν τῆς νοητῆς τε καὶ χωριστῆς πάντη οὐσίας, καὶ δι' αὐτῆς τοῦ παντὸς τοῦδε οὐρανοῦ τίθεται· Ἀριστοτέλης δὲ δημιουργὸν μὲν οὐδενὸς οἱδαμοῦ αὐτόν φησιν εἶναι, ἀλλὰ μόνου τοῦ οὐρανοῦ τοῦδε κινητικόν· καὶ εἰ μὲν οἰόμενος εἶναί γε δη-

C

CAP. I.

Ac primum quidem, Deum summum illum omnium principem Plato omnis intelligibilis, separatæque naturæ, et per ipsam hanc naturam universi cœli, conditorem constituit. Aristoteles autem ipsum nullius omnino rei conditorem facit, sed solius hujus cœli, quod contemplamur, motorem.

Digitized by Google

Quamvis autem quispiam putaverit sensisse ipsum, quod Deus sit conditor, cum tamen nullibi hoc aperte fateatur, malitiose profecto suam contexuit philosophiam, maximum Dei opus dissimulans, id vero quod longe minus est, dumtaxat celebrans. Sed fortasse dicet aliquis quod Deum finem et finalem causam faciat, verum ne hoc quidem videtur omnino sincere dixisse, neque ita ut Deo dignum fuisset, quandoquidem ipsum non naturæ singulorum, sed notionis solius finem constituit. Jam vero si Deum neque putavit conditorem esse hujus universitatis, ideoque nec dixerit ullibi hac sane ratione rursus adhuc deterior fuerit, ut qui nec dixerit, nec crediderit optimam philosophiæ sententiam, nec tantum philosophiæ, sed etiam omnium sapientiorum hominum. Cæterum nos demonstrabimus, ipsum etiam non credidisse. Primum quidem, quod credibile non est eum, qui hujus sententiæ fuerit, tam arduum pulchrumque dogma dissimulaturum fuisse, in omnibus omnino libris, quos scripsit, in quibus adeo prolixe et curiose de fetibus et ostreis aliisque rerum naturalium causis disputat. Deinde quod numerum etiam causæ generationis describit, nec tempus ullum nominat sed causam tantum, imo eos reprehendit, qui ab eo dissentiunt, et absurdum, inquit, est ac potius eorum unum, quæ fieri nullo modo possunt, rerum sempiternarum ortum aliquem facere. Quo loco se manifeste prodit Aristoteles, sicut etiam fortasse alii quod senserit posita causa generationis, necessario etiam sequi tempus ejusdem. Id quod Plato non fecit, qui in *Phædro* quidem animam ponit ingenitam quoad tempus videlicet attinet, in *Timæo* autem genitam quoad causam. Hinc itaque appareat, quod non senserit, necessario statim sequi, ut si generationis causa adsit mox eadem incipiat. Verum enim vero quis dubitat Aristotelem nullam posuisse hujus universi generationem, quandoquidem sensit, ipsum esse sempiternum? Quod si autem generationem negavit, procul dubio etiam opificem sive conditorem exclusit.

A μιουργόν, ἔπειτα οὐδαμοῦ λέγει, φαύλως· ἂν ἐξετίθετο τὴν αὐτοῦ φιλοσοφίαν, τὸ μὲν μέγιστον τοῦ Θεοῦ ἔργον ἀποσιωπῶν, τὸ δὲ πολὺ τούτου μεῖον μόνον σεμνύνων. Ἀλλὰ φαίη ἄν τις, ὡς καὶ τέλος αὐτὸν, καὶ τελικὸν αἴτιον τίθεται. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο φανήσεται πάνυ σεμνῶς λέγων, οὐδὲ ἀξίως τοῦ Θεοῦ, εἴ γε οὐ τοῦ εἶναι οὐδὲ τῆς οὐσίας ἑκάστων ἀλλὰ τῆς κινήσεως μόνης τέλος αὐτὸν τίθεται. Εἰ δὲ οὐδ' οἰόμενος δημιουργὸν τοῦ παντὸς εἶναι τὸν Θεὸν, διὰ τοῦτο οὐδὲ λέγει οὐδαμοῦ, οὕτω γε αὖ καὶ πολὺ ἔτι ἂν φαυλότερος εἴη, μήτε λέγων, μήτε δοξάζων τὸ κάλλιστον τῶν φιλοσοφίας δογμάτων, καὶ οὐ μόνον φιλοσοφίας, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν τὰ βελτίονα φρονούντων ἀνθρώπων. Ἡμεῖς γε μὴν δείξομεν οὐδὲ δοξάζοντα. Πρῶτον μὲν ὅτι οὐκ εἰκὸς ἦν δοξάζοντα B οὕτω κάλλιστον δόγμα ἀποσιωπῆσαι, πανταχοῦ τῶν βιβλίων τὸ περὶ ἐμβρύων καὶ ὀστρέων καὶ τοῦ δέοντος περαιτέρω πολυπραγμοῦντα· ἔπειθ' ὅτι καὶ τῆς αἰτίας γενέσεως ἀριθμὸν ἀποδιδοῦσιν, οὐ χρόνον λέγων οὐδένα ἀλλ' αἰτίαν, ὡς δῆλοί εἰσιν ἐξ ὧν αὐτὸς λέγοντας αὐτοὺς ἐκτίθεται, τούτοις μεμφόμενος ἐπάγει, « Ἄτοπον δὲ καὶ τὸ γένεσιν ποιεῖν οἰῶν ὄντων, μᾶλλον δὲ ἕν τι τῶν ἀδυνάτων. » Ἐξ ὧ δῆλός ἐστιν Ἀριστοτέλης, ὥσπερ καὶ ἄλλοι ἴσως τινὲς, τῇ κατ' αἰτίαν γενέσει καὶ τὴν χρονικὴν δοξάζων ἕπεσθαι ἐξ ἀνάγκης. οὐχ ὥσπερ Πλάτων τὴν ψυχὴν ἐν μὲν τῷ *Φαίδρῳ* ἀγέννητον, δηλονότι τῷ χρόνῳ, γεννητὴν δ' ἐν τῷ *Τιμαίῳ*, δηλονότι τῇ αἰτίᾳ τιθέμενος, δῆλός ἐστιν οὐ πάντως ἐπομένην τῇ κατ' αἰτίαν γένεσει καὶ τὴν χρονικὴν δοξάζων· εἰ C δὲ ἀΐδιον τόδε τὸ πᾶν Ἀριστοτέλης νομίζει, δῆλον ὅτι οὐδ' ἂν γένεσίν τινα αὐτοῦ δοξάζοι· εἰ δ' οὐ γένεσιν, οὐδ' ἂν δημιουργὸν αὐτῷ οὐδένα. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἱκανῶς.

CAP. II.

Præterea etiam illud de Deo Aristoteles absurde, contraque omnem rationem docuit. Cum enim orbes cæteros a mentibus quibusdam et essentiis separatis gubernari moverique censuisset, singulos distribuendo singulis, unum quoque summo illi rerum principi Deo orbem assignat, quem ab illo moveri existimat, tradens ipsi hac ratione partem quamdam laboris, quem aliæ quoque mentes post ipsum sustineant. Hoc vero quam sit absurdum, inde aliquis animadvertat. Oportet ea quæ distribuuntur cum iis quibus sunt distributa, quamdam habere proportionem, si nimirum distributio illa juxta debeat judicari, quemadmodum ipse etiam Aristoteles in libro suo de justitia admonet. Atqui apud ipsum omnes cœli orbes eamdem invicem obtinent substantiam. Omnes enim sunt corpora quædam nulli subjecta corruptioni, ex sententia Aristotelis, iidemque sempiterni tam ipsi quam motus ipsorum. Hinc itaque necessario sequitur, etiam mentes illas separatas inter quas orbes illi

ΚΕΦΑΛ Β'.

Ἔτι δὲ κἀκεῖνο ἄτοπον Ἀριστοτέλης ἐς τὸν Θεὸν τοῦτον πεπραγμάτευται. Διανέμων γὰρ τὰς σφαίρας καὶ κινήσεις αὐτῶν τοῖς χωριστοῖς νοῖς καὶ οὐσίαις, μίαν καὶ τῷ Θεῷ τούτῳ σφαῖράν τε καὶ κίνησιν ἀπονέμει ἀντιμέριστον αὐτὸν τοῖς μετ' αὐτὸν ποιῶν νοῖς. Τοῦτο δ' ὅσον ἔχει τὸ ἄτοπον ἐνθένδε ἂν τις συνίδοι. Ἀνάλογον δεῖ οἷς διανέμεται ἔχειν τὰ διανεμόμενα, εἰ μέλλει καλῶς ἡ γε διανέμησις ἕξεσθαι, ἣ καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ δικαιοσύνης ἀξιοῖ λόγοις· οὐκοῦν ἐνταῦθα αἵ γε σφαῖραι πᾶσαι οὐσίας ἀλλήλαις τῆς αὐτῆς. Σώματά τε γὰρ ἅπασαι ἄφθαρτα ἔχουσι κατ' αὐτὸν Ἀριστοτέλη, καὶ ἀΐδιοι αὐτοί τε καὶ αἱ κινήσεις αὐτῶν· οὐκοῖν ἀνάγκη καὶ τοὺς χωριστοὺς ἐκείνους νοῦς, οἷς αἱ σφαῖραί γε οὗται διανενέμηνται, τῆς αὐτῆς τε οὐσίας ἅπαντας εἶναι ἀλλήλοις, καὶ οὐδένα γε αὐτῶν τοῖς ἄλλοις οὐκ ἐνάριθμον, ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον ὑπερέχοντα τὸν πρεσβύτατον αὐτῶν, ὅσον ἡ ἀπονενεμημένη αὐτῷ σφαῖρα τῶν λοιπῶν σφαιρῶν. Αὕτη δ' ὅτι οὐκ ἀξία τοῦ Θεοῦ τούτου ἐστὶν ὑπεροχὴ, οὐδενὶ ὅτῳ οὐ δῆ-

Digitized by Google

λον· ἐπεὶ καὶ Ἀβινσέναςὁ Ἄραψ συνεὶς τὸ τοῦ λόγου τούτου ἄτοπον, τὰ μὲν ἄστρα καὶ σφαίρας τοῖς ἄλλοις χωριστοῖς νοῖς καὶ αὐτὸς κατ' αὐτόν πως Ἀριστοτέλη διανέμει, τῷ δὲ θεῷ τούτῳ οὐκ ἄστρον, οὐ σφαῖραν οὐδεμίαν ἀπονέμων, τῶν πάντων ἐξαίρων ὑπερτίθησιν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων τοσαῦτα εἰρήσθω.

A sunt distributi, eamdem omnes inter sese obtinere substantiam, nullumque ex illis sibi invicem non esse æqualem, sed tanto duntaxat excellentiorem illam quæ est senior, quanto assignatus ipsi orbis reliquos orbes superat. Hæc autem quod non sit præstantia Deo summo conditore digna, nemini non est notum, si quidem et Avicennas, licet Arabs et a vera religione alienus, absurditatem tamen hujus opinionis animadvertit, et astrorum quidem atque orbium cœlestium motum atque gubernationem etiam ipse secutus quodammodo Aristotelem, separatis quibusdam mentibus attribuit, Deo autem supremo rerum præsidi neque astrum aliquod neque orbem ullum assignavit, sed unum e numero omnium eximens, supremam illi cunctarum rerum attribuit excellentiam. Sed de his ista sufficienter dicta sunt.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Μέτειμι δὲ καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ ὄντος ἐκείνην ὁμωνυμίαν, ἣν αὐτὸς Ἀριστοτέλης ὡς σοφόν τι οἴεται ἐξευρηκέναι, καὶ οὐδενὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ ἐπὶ νοῦν ἐληλυθέναι. Οὐκοῦν εἰ κατὰ μὲν τὸ τοῦ ὄντος τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δ' ἧττον μετέχειν, καὶ ὁμώνυμα ἀλλήλοις ἀξιοῖ εἶναι τὰ ὄντα, οὐκ ἂν δή ὀρθῶς ἀξιοῖ (οὐ γὰρ εἰ τὸ ἐν τῷ ἐρίῳ λευκὸν τοῦ ἐν χιόνι ἧττον, ὁμώνυμον τὸ ἐν τῷ ἐρίῳ λευκὸν τῷ ἐν χιόνι), οὐδέ γε εἰ κατὰ τὸ τὰ μὲν πρότερα τῶν ὄντων εἶναι, τὰ δ' ὕστερα, καὶ τὰ μὲν συνεισάγοντα θάτερα, τὰ δ' οὐ συνεισάγοντα. Τῶν γὰρ ἀριθμῶν οἱ μὲν πρότεροι οἱ δ' ὕστεροι ὄντες, ὅμως οὐχ ὁμώνυμοι ἀλλήλοις, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ λόγῳ ἀριθμοὶ πάντες εἰσί, καὶ ἔτι τὰ πρεσβύτατα τῶν σωμάτων στοιχεῖα, ἐξ ὧν τἆλλα σώματα συνέστηκε, πρότερα ὄντα τῶν ἐξ αὐτῶν συντιθεμένων, οὐδέν γε ἧττον οὐσίαι αὐτά τε καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν συντεθειμένα ἐστὶν οὐχ ὁμωνύμως· οὐδεὶς γὰρ τὸ τοιοῦτο μέχρι τοῦ νῦν ἠξίωσεν· οὐδέ γε εἰ καὶ ἄλλο τι τοῦ ὄντος ἀντικατηγορεῖται, οἷόνπερ τὸ ἕν, διὰ τοῦτο οὐχὶ γένος τὸ ὂν ἔσται τῶν πάντων, ἢ ὁμώνυμόν τι. Τοῦ οὖν ἀνθρώπου ἀντικατηγορεῖται τὸ γελαστικὸν, καὶ οὐδὲν ἧττον καθόλου τέ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος καὶ τῶν καθέκαστον ἀνθρώπων εἰ μὴ γένος ἀλλ' οὖν γε εἶδος, καὶ οὐδ' ὁπωσοῦν ὁμώνυμον. Εἰ δ' ἐπ' εἴδους τοῦτο συμβαίνει, κἂν ἐπὶ γένους τὸ αὐτὸ συμβαίη. Ἀνάλογον γὰρ ἔχει ὡς τὸ εἶδος πρὸς τὰ ὑπ' αὐτὸ, οὕτω καὶ τὸ γένος. Πλήν γε δὴ τοῦ τὰ μὲν εἴδη τά γε ἔσχατα κατὰ ἀπείρων εὐθὺς τά γε πλείω εἶναι, τὰ δὲ γένη κατὰ πεπερασμένων πρῶτον. Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ γένους δεῖ τινος τὸ τοιοῦτο θεωρῆσαι, εἴ τι; τὸ ζῷον ὁρίζεται μὴ τῷ αἰσθητικῷ ἀλλὰ τῷ φανταστικῷ διακρίνων αὐτοῦ τὸ τῶν ζωοφύτων γένος, ἔπειτα ἀποδίδωσι παντὶ ἴδιον ζῴῳ τὸ πορευτικὸν (ἔξει γὰρ οὐ κακῶς), ἀντικατηγορεῖτο μὲν ἂν οὕτω τό τε ζῷον τοῦ πορευτικοῦ καὶ τὸ πορευτικὸν τοῦ ζῴου, καὶ οὐδὲν μέντ' ἂν ἧττον τὸ ζῷον γένος εἴη τῶν ὑπ' αὐτὸ καὶ οὐδαμῇ ὁμώνυμον. Ἀλλ' ἤν τις, φησὶ, μεταβαλὼν, μὴ τὸ λογικὸν τῷ ζῴῳ ἀποδιδοῖ διαφορὰν ἀλλὰ τὴν λογικότητα, ὡς δὴ καὶ δέον οὕτω ταῖς διαφοραῖς χρῆσθαι, οὐκ ἂν κατηγορεῖτο τῆς λογικότητος τὸ ζῷον, οὐδ' ἂν ἄλλο οὐδὲν γένος οὐδεμιᾶς ταύτης διαφορᾶς. Ἐπεὶ δὲ τὸ τοιοῦτον τῷ ὄντι οὐ συμβαίνει (οὐ γὰρ οἷόν τε εὑρεῖν ὅτιοῦν οὗ τὸ ὂν οὐ κατηγορηθήσεται), οὐδ' ἂν γένος εἴη τὸ ὄν. Πρῶτον μὲν οὖν οὐκ ἀναγκαῖον, ἤν τι τοῖς ἐπὶ μέ-

CAP. III.

Transeo autem ad illam entis æquivocationem, quam Aristoteles ut magnum quiddam existimatur invenisse, et quæ ante ipsum nulli philosophorum in mentem venerit. Atqui si propterea quod hæc quidem magis, illa vero minus de ente participant, idcireo entia inter se æquivoca esse existimat, non utique recte ratiocinatur (neque enim si albedo in lana sit minor albedine, quæ est in nive, idcireo albedo in lana ei quæ est in nive erit æquivoca), neque si propterea, quod entium alia sunt priora, alia vero posteriora, et hæc quidem secum trahunt altera, illa vero non trahunt. Accipiamus enim exempli gratia numeros, inter quos etsi alii quidem sunt priores, alii autem posteriores, non tamen sunt æquivoci invicem sed secundum eamdem rationem omnes sunt numeri, ita elementa quoque, quæ sunt corpora antiquissima, ex quibus nimirum alia omnia constant corpora, priora suis sunt compositis, attamen tum ipsa, tum ea quæ ex ipsis constant, pari ratione sunt et dicuntur substantiæ, non sane æquivoca prædicatione. Nemo enim ad hoc usque tempus aliter sensit. Neque sane propterea, si aliud quidpiam de ente prædicatur, sicut unum, ens genus esse omnium negabitur, aut æquivocum quiddam, dicendum erit. De homine namque prædicatur, quod sit visibile, neque tamen propterea homo universi rationem amittit, neque singularium sive individuorum, si non genus, attamen species, eaque nullo modo æquivoca, non dicetur. Quod si in specie hoc contingit, idipsum certe etiam in genere continget. Eamdem enim utrumque habet rationem, utque species ad ea quæ sub ipsa continentur, refertur, sic etiam genus; præterquam quod species illæ quæ sunt infimæ, de infinitis prædicantur, suntque multo plures, genera vero de finitis et divisionem suscipientibus. Age vero etiam in genere aliquo, si quis dubitet, idem dispiciamus, et nunc verbi gratia accipiamus id quod animal dicitur. Si quis igitur animal non persensibile definiverit, sed percapax imaginum, distinguens ipsum a genere illorum quæ tertiam quamdam, non animalium neque fruticum, habere naturam dicuntur, ac deinde ipsi attribuat quod omni proprium est animali ut videlicet gressibile appellet (faciet enim non male). Hoc namque pacto animal de gressibili et gressibile de animali prædicabitur, et nihilominus animal generis

Digitized by Google

rationem habebit, illisque præficietur, quæ sub ipso continentur, nulla interim concessa æquivoca nominis communione. At si quis, inquit Aristoteles, hoc convertat et rationale non dicat animalis esse differentiam sed rationalitatem, ut ex hoc appareat usum differentiarum talem esse oportere, tum de rationalitate animal, neque aliud ullum genus de ulla hujúsmodi differentia, prædicari non poterit. Quando igitur idem enti non contingit (neque enim inveuire licet aliquid, de quo ens non prædicetur), idipsum quoque nunquam fuerit genus. Primum igitur non est necesse ut si quid in generibus subalternis contingat, idem in supremo quoque contingat. Nihil enim prohibet inesse aliquid illi supremo peculiare, quod cæteris non insit generibus. Deinde mendacio non caret, quod dicit. Nam si ipse rationalitatem fingit, ut differentia animalis non sit rationale, sed rationalitas, non vicissim adversus ipsum animalitatem fingemus. Deinde jubebimus animalitatis nobis reddi differentiam. Et quam reddet? Neque enim rationale animalitatis, rationalitatem autem animalis differentiam faciet. Tum quis tandem non indignetur adversus ipsum, qui leges sermonis tam fœde pervertat? Nempe dubium nemini esse debet, quin rationale constituat differentiam animalis, rationalitas autem, si modo sit differentia, non alterius erit differentia quam animalitatis. Atque ita prædicabitur omne genus de sua differentia, quemadmodum etiam lex et ratio loquendi docet. Quam igitur imbecilles, nulliusque momenti sint Aristotelis rationes æquivocationem entis conatur introducere, hactenus demonstravimus. Jam vero ostendemus etiam fieri non posse, ut ens sit æquivocum. Si namque ab uno eoque summe uno, omnia exsistunt, licet sint plurima et innumerabilia, fieri certe non potest, quin unum quippiam et commune invicem possideant omnia. Illud vero quid aliud tandem fuerit nisi ens et hoc ipsum non æquivocum? Quippe si æquivocum erit, non amplius unum fuerit. Affirmat autem quodam in loco etiam ipse Aristoteles, Entia in mala republica nolle versari, et non esse bonum ut multi regant, sed unum principem regemque esse oportere, valde quidem ille pie et sapienter hoc verbis prædicans, at re ipsa malam in entia rempublicam ipse maxime introducens, utpote qui ens in plura dispertiat, idque unum non esse patiatur. Talem autem ex his quæ diximus, formabimus divisionem.

ρους γένεσι συμβαίνει, τοῦτο καὶ τῷ ἀνωτάτῳ γένει συμβαίνειν· οὐδὲν γὰρ κωλύει εἶναί τι ἐκείνῳ ἐξαίρετον, ὃ μὴ τοῖς ἄλλοις γένεσιν ὑπάρξει· ἔπειτα καὶ ψευδές ἐστιν ὃ λέγει. Εἰ γὰρ αὐτὸς τὴν λογικότητα ἀναπλάττει, ἵνα μὴ τὸ λογικὸν ζῷου ἀλλ' ἡ λογικότης ᾖ διαφορά, ἡμεῖς αὐτῷ τὴν ζωότητα ἀναπλάσομεν· ἔπειτα ἀναγκάσομεν τὴν τῆς ζωότητος ἡμῖν ἀποδοῦναι διαφοράν. Τίνα ποτ' οὖν ἀποδώσει; οὐ γὰρ δὴ τὸ μὲν λογικὸν τῇ ζωότητι, τὴν δὲ λογικότητα τῷ ζῴῳ διαφορὰς ἀποδώσει. Καὶ τίς ἂν αὐτοῦ ἀνάσχοιτο τοιαῦτα ἐς τῶν λόγων τὰς καὶ μεθόδους παρανομοῦντος; Ἀλλὰ δῆλον ὡς ζῴου μὲν τὸ λογικὸν διαφορά· ἡ δὲ λογικότης, εἴπερ ἄρα οὐκ ἂν ἄλλου εἴη διαφορὰ ἢ τῆς ζωότητος. Καὶ κατηγορηθήσεταί γε ἅπαν γένος τῆς διαφορᾶς ἑαυτοῦ, ἥ καὶ ὁ τῆς μεθόδου τῶν λόγων ἔχει νόμος. Ὡς μὲν οὖν ἀσθενεῖς Ἀριστοτέλει οἱ ὁμώνυμον τὸ ὂν πειρώμενοι δεικνύναι λόγοι, τοσαῦτα εἰρήσθω· δεῖ δὲ ἡμᾶς καὶ ἀποδεῖξαι ὡς οὐδ' ἂν οἷόν τε εἴη τὸ ὂν ὁμώνυμον εἶναι. Εἰ γὰρ ἀφ' ἑνὸς, ἅπαντα πρόεισι, καὶ ἄκρως ἑνὸς, κἂν πολλά τε ᾖ καὶ παμπληθῆ, ἀμήχανον ὅμως μὴ οὐ καί ἕν τι ἔχειν καὶ κοινὸν ἅπαντα ἀλλήλοις. Τί οὖν τοῦτ' ἂν εἴη εἰ μὴ τὸ ὄν, καὶ τοῦτο μὴ ὁμώνυμον ὄν; εἰ γὰρ ὁμώνυμον ἔσται, οὐκ ἔτ' ἂν ἓν εἴη. Φησὶ δέ που καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης, τὰ ὄντα μὴ ἐθέλειν πολιτεύεσθαι κακῶς, καὶ, «Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,» τῷ μὲν λόγῳ μάλα που σεμνῶς λέγων, τῷ δὲ ἔργῳ αὐτὸς ὢν ὁ τὴν κακοπολιτείαν ἐς τὰ ὄντα μάλιστα εἰσάγων τῷ τὸ ὂν μὴ ἓν μένειν.

ens		ὄν	
substantia	accidens	οὐσία	συμβεβηκὸς
corporea	incorporea	σῶμα	ἀσώματον
animata	inanimata	ἔμψυχον	ἄψυχον
animal	planta	ζῷον	φυτὸν
rationale	irrationale	λογικὸν	ἄλογον
homo	angelus	ἄνθρωπος	ἄγγελος
Socrates	Plato.	Σωκράτη	Πλάτων.

CAP. IV.

Incurrit autem eamdem ignorantiæ accusationem Aristoteles etiam hanc ob causam, quod simpliciter universum minus facit particulari, dum singulares et individuas essentias primas et principales appellat, species autem et genera ipsarum secundas substantias, easque primis inferiores ac minores. Atqui si substantia, ut ipse quoque Aristoteles fatetur, maxime ens appellari meretur, eo quod pars universo sit minor, eamdem quoque in substantiæ ratione minorem inferioremque oportet sta-

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Τῆς δ' αὐτῆς ἀμαθίας ἔχοιτ' ἂν καὶ τῷ τὸ ἁπλῶς καθόλου ἐλαττοῦν τοῦ κατὰ μέρος, οὐσίας μὲν πρώτας καὶ κυριωτάτας τὰς καθέκαστα λέγοντα, τὰ δ' εἴδη τε καὶ γένη αὐτῶν δευτέρας τε οὐσίας κἀκείνων μείους. Εἰ δ' ἡ οὐσία καὶ κατ' αὐτὸν Ἀριστοτέλη τὸ μάλιστα ὄν, κἂν τοῦ καθόλου μεῖον ὂν τὸ κατὰ μέρος, ἐς οὐσίας λόγον ἧττον ἂν εἴη. Καὶ εἰ μὲν περὶ τοῦ καθόλου λαμβανομένου καθόλου ἔλεγέ τι τοιοῦτον, εἶχεν ἂν λόγον, ἔστι γὰρ καὶ τὸ καθόλου οὐ καθόλου λαμβάνειν, μὴ πάντα ἀλλά

Digitized by Google

τινα ἄνθρωπον λαμβάνοντα, μηδὲ πᾶν ζῶον ἀλλά τι· τῶν δ' οὐ περὶ τοῦ καθόλου οὐ καθόλου φαίνεται τὸν λόγον ποιούμενος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἁπλῶς καθόλου, καὶ τῶν ἁπλῶς γενῶν καὶ εἰδῶν, ὑπ' ἐκείνης ἴσως τῆς ἐννοίας συναρπασθείς. Ἐκεῖ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τοῦ τινὸς ζώου ἔσθ' ὅτε βελτίων, καὶ ὁ Σωκράτης τοῦ τινὸς ἀνθρώπου. Ἐπὶ δὲ τοῦ καθόλου λαμβανομένου καθόλου οὐκ ἔστι τὸ τοιοῦτον εἰπεῖν. Εἰ γὰρ ὁ πᾶς ἄνθρωπος οὐδὲν τῶν πάντων ἀνθρώπων διαφέρει, οἱ δὲ πάντες ἄνθρωποι τῶν καθέκαστον πάντων ἀνθρώπων οὐδενὶ ἄλλῳ ἢ τῷ ὁμοῦ καὶ χωρὶς διαφέρουσι· τίν' ἂν ἔχοι λόγον τοὺς καθέκαστον ἀνθρώπους κυριωτέρας τε οὐσίας εἶναι τοῦ παντὸς ἀνθρώπου, καὶ μᾶλλόν γε εἶναι, εἰ μὴ ἄρα τῷ τοὺς μὲν χωρὶς τὸν δ' ὁμοῦ λαμβάνεσθαι; Τοῦτο δὲ κατὰ μὲν αὐτὸν τὸν Ἀριστοτέλη εἴη ἂν ἴσως πρὸς λόγου, διὰ τὸ τῷ μὲν ἑνὶ ὡς τὰ πολλὰ τὸν ἄνδρα πολεμεῖν, τῇ δὲ τοῦ ὄντος κατατομῇ μάλιστα χαίρειν· ἡμεῖς δ' οὐκ ἂν ἐποίμεθα τάνδρὶ λογιζόμενοι καὶ τὸν Θεὸν οὐ τοῦ τινὸς ἕνεκα ἀνθρώπου τὴν ὅλην ἀνθρωπείαν φύσιν, ἀλλὰ τῆς ὅλης ἀνθρωπείας φύσεως ἕνεκα τοὺς καθέκαστον ἀνθρώπους διατιθέντα, αὐτήν τε τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν τῆς ὅλης λογικῆς ἕνεκα φύσεως, καὶ ὅλως μέρος ἕνεκα ὅλου, οὐχ ὅλον ἕνεκα μέρους ἀπεργαζόμενον. Ἴσμεν δὲ καὶ τὴν τοῦ καθόλου ἐπιστήμην τῆς τοῦ κατὰ μέρος βελτίω οὖσαν, ᾗ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ἀποδεικτικῇ, ὥσπερ ἑαυτοῦ ἐκλαθόμενος, ἀξιοῖ. Οὐκ ἂν δὲ βελτίων ἦν, εἰ μὴ μᾶλλόν τε ὄντος καὶ διὰ τοῦτο βελτίονος ἦν. Ἀλλ' Ἀριστοτέλει μὲν οὐδὲν πρᾶγμα ἐνταῦθά τε καὶ ἄλλοθι αὐτῷ ἀσυμφώνῳ εἶναι· ἡμεῖς δ' οὔποτε τοῦ κατὰ μέρος τὸ καθόλου ἧττον φήσομεν, ἕως ἂν μὴ μέρος τοῦ ὅλου, ἀλλὰ τὸ ὅλον τοῦ μέρους μεῖζον ᾖ.

A tuere. Quamvis si de eo loqueretur universo prout universum sæpenumero solet accipi, tum a ratione illud quod dicit non esset alienum. Potest enim idque non raro, universum rationem universi amittere, cum non omnem sed aliquem hominem, neque omne animal, sed quoddam intelligimus. Nunc autem non de illo universo, quod rationem universi amisit, videtur sermonem facere, sed de simpliciter accepto universo et de simpliciter intellecta ratione generum et specierum, tali fortassis argumento adductus ad hanc sententiam. Esse enim interdum quodam homine Socratem præstantiorem. At vero de universo rationem universi retinente, non potest tale quippiam dici. Nam si nulla horum duorum est differentia, omnis homo et omnes B homines; omnes porro homines a singulis, iisque cunctis hominibus nulla alia re differunt, quam eo quod illi simul, hi vero seorsim accipi solent, quam tandem habebit rationem, ut individui homines sint substantiæ omni homine principaliores, magisque sint ac verius, quam omnis homo, nisi sane omnia quæ seorsim capiuntur sint principaliora iis, quæ simul et conjunctim? Atque hoc quidem ex ipsius Aristotelis sententia non fuerit non probabile, propterea quod ille cum eo quod est unum, libenter litiget, multum autem gaudeat divisione entis atque multiplicatione. Verum enimvero nobis hoc placere non potest, dum cogitamus etiam a Deo non alicujus homini gratia universam hominum C naturam, sed universæ hominum naturæ gratia singulos creatos conditosque homines ipsamque hominum naturam universæ rationi præditæ naturæ gratia exstitisse, et omnino partem propter totum, non autem totum propter partem factum. Praterea scimus scientia partis scientiam universi multo esse præstantiorem, quemadmodum ipse etiam Aristoteles in libris de demonstratione, a seipso deficiens deflectensque affirmat. Id quod probari defendique non posset, nisi totum sive universum de ente magis particiaret quam pars, ideoque ipsum esset præstantius. Sed non constat sibiipsi Aristoteles diversam nimirum hoc loco et in aliis secutus opinionem. Nos quidem haud unquam eo adducemur, ut singularibus universalia minora dicamus, donec non totum sua parte majus, sed partem suo toto majorem videamus.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Παραπλήσιον δὲ τούτῳ κἀκεῖνο, τὸ τὸ μὲν καθόλου τῇ ὕλῃ φάσκειν ἀνάλογον ἔχειν, τὸ δὲ κατὰ μέρος εἶδει. Τοὐναντίον γὰρ ἂν ἅπαν εἴη, εἴγε ὅλον μέν τοι τὸ καθόλου, μέρος δὲ τὸ κατὰ μέρος, τὸ δ' εἶδος πανταχῇ ἐν τῷ ὅλῳ μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς μέρεσι. Καὶ ἐνεργείᾳ δὲ μᾶλλον τὸ καθόλου ἐστὶν ἢ τὸ κατὰ μέρος· τὸ μὲν γὰρ καθόλου, καθόλου ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων λαμβανόμενον, αὐτό τε ἐνεργείᾳ ἐστὶ, καὶ τὰ κατὰ μέρος ἅπαντα ἐνεργείᾳ περιέχει· τὸ δὲ καθόλου ἐν ἑαυτῷ οὐ καθόλου ἔχει, ἀλλ' ὅσον μόνον κἀκείνου τι ἑαυτῷ προσήκει. Καὶ τέλειον μέν τοι τὸ καθόλου, ἀτελὲς δὲ τὸ κατὰ μέρος.

CAP. V.

Huic autem illud non est dissimile, quod idem Aristoteles ait, universum materiæ, particulare autem formæ habere rationem. Contrarium enim omnino verum fuerit, si quidem universum totum quippiam est, id autem quod in parte consideratur, pars: species vero ipsa omnino in toto magis quam in partibus exstitit. Et universum quoque magis est et verius ipso actu, quam id quod in parte spectatur. Universum namque si universali ratione de ipsis rebus accipiatur et ipsum actu est, et ea omnia, quæ in parte spectantur, actu continet, coercetque, universum vero ipsum in seipso non ut universum continet, sed quoad ex illo solummodo aliquid sibi competit. Atque universum quidem, perfectum quiddam est, id vero quod in parte consideratur, imperfectum.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Καὶ μὲν δὴ οὐδ' ἂν ἐκεῖνο αὐτῷ ὀρθῶς λέγοιτο, τὸ τὸ αἰσθητὸν πρότερον χρόνῳ οἷόν τε εἶναι τῆς

CAP. VI.

Neque illud ab eodem recte dicitur quod sensibile sensu ipso posset esse prius et antiquius, quo opi-

Digitized by Google

nione id tollitur, quod omnino recte se habet, nullamque parit dubitationem, et nimirum quæ ad aliquid dicuntur, et mutuam habent inhærentiam, simul esse necessario. Si namque hoc dicit, tanquam nullo unquam futuro sensu, tum quanam, quæso, ratione poterit sensibile aliquid ejus esse dicique, quod ad eum sensum inferatur, qui neque nunc sit, neque in posterum futurus unquam judicetur? Sin autem tanquam aliquando futuro sensu, tum patet quod futurus exspectatur is qui possit esse. Itaque tum sensibile ipsum potentia erit sensibile, et ad sensum referetur, qui etiam non sit actu sed potentia, tum sensus quoque, qui est potentia, referetur ad sensibile non actu sed potentia exsistens. Actu autem alterum altero prius non est, antequam ambo actu exsistant. Atque hoc modo nullum dari potest sensibile, quod sensu prius sit et antiquius.

A αἰσθήσεως εἶναι, ἀναιροῦντι τὸν καλῶς ἔχοντα καθόλου λόγον, ὡς τὰ πρός τί τε καὶ σχετικὰ ἀναγκαῖον εἴη ἅμα εἶναι. Εἰ μὲν γὰρ ὡς οὐδέποτ' ἂν ἐσομένης αἰσθήσεως, πῶς ἂν οἷόν τε εἴη αἰσθητὸν εἶναι μήτε οὔσης, μήτ' ἂν ποτ' ἐσομένης αἰσθήσεως; Εἰ δὲ ὡς ποτε καὶ ἐσομένης, δῆλον ὅτι ἐκ τῆς δυνατῆς ἂν ἔσεσθαι ἐσομένης. Ὥστε ἔσται καὶ τὸ αἰσθητὸν αὐτό τε δυνάμει αἰσθητὸν, καὶ πρὸς δυνάμει αἴσθησιν, ἥ τε δυνάμει αἴσθησις πρὸς δυνάμει αἰσθητόν. Ἐνεργείᾳ δ' οὐδέτερον οὐδετέρου πρότερον, πρίν γ' ἂν ἐνεργείᾳ ἄμφω ᾖ. Καὶ οὕτως οὔποτ' ἂν γένοιτο αἰσθητόν τι αἰσθήσεως πρότερον.

CAP. VII.

Alia quoque ab eodem tollitur notio, quam alioqui omnes et recte quidem amplectuntur et sic habet, quod contradictio nunquam possit simul vera reperiri. Ille vero e diverso contendit indefinitam contradictionem veram simul posse deprehendi, quod tamen manifeste a ratione abhorret. Neque enim indefinita negatio unquam determinatam ad partem, sed semper ad universum relatam denotare potest negationem: cum contraria assertio semper de parte intelligatur. Atque communis quidem apud omnes loquendi ratio idem etiam demonstrat.

B

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Καὶ ἕτερος δ' αὐτῷ καθόλου καὶ καλῶς ἔχων ἀναιρεῖται λόγος ὁ τὴν ἀντίφασιν μηδέποτε συναληθεύειν ἀξιῶν, φάσκοντι τὴν μὲν ἀπροσδιόριστον συναληθεύειν ἀντίφασιν, ψευδομένῳ δὲ περ φανῶς. Οὐ γὰρ ἡ ἀπροσδιόριστος ἀπόφασις τὴν ἐν μέρει προσδιωρισμένην δύναται ἀλλὰ τὴν καθόλου ἀπόφασιν, ἅτε μερικῆς οὖσα καταφάσεως ἀπόφασις. Καὶ ἡ κοινὴ δὲ παρὰ πᾶσι τοῦ λόγου χρῆσις οὕτως ἔχει.

CAP. VIII.

Est præterea aliud axioma, quod sic habet: Conclusionem semper imitari eam ex præmissis, quæ minor appellatur, eam vero quæ partem respicit esse minorem universali, negativam item affirmante, præterea necessaria minorem simplicem et simplici contingentem. Ipse vero Aristoteles ex duabus præmissis, altera necessaria, altera simplici, necessariam ait fieri conclusionem. Atqui si medium illud est, quod primum terminum extremo connectit, non utique aliter ipsum poterit illi connectere, quam ea ratione, qua primus extremo conjunctus est. Quocirca si ille quidem ad alterum necessariam habet rationem, habebit etiam hic ad extremum eamdem rationem, ideoque necessaria duntaxat ex illis educetur conclusio. Sin autem idem medium non necessario cum alterutro terminorum conjungatur, tum ne primus quidem cum extremo poterit conjungi necessario. Atque hæc quidem Aristotelis pronuntiata sunt hujusmodi.

C

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Καὶ ἔτι ἕτερος ὁ τῇ ἥττον ἀεὶ τῶν προτάσεων τὸ συμπέρασμα ἕπεσθαι ἀξιῶν, ἥττω δ' εἶναι τὴν μὲν ἐν μέρει τῆς καθόλου, τὴν δ' ἀποφατικὴν τῆς καταφατικῆς, τὴν ὑπάρχουσαν δὲ τῆς ἀναγκαίας, καὶ ἐνδεχομένην τῆς ὑπαρχούσης. Αὐτὸς δὲ ἐξ ἀναγκαίας τε καὶ ὑπαρχούσης προτάσεων ἀναγκαῖον φησι συμπεραίνεσθαι συμπέρασμα. Καίτοι εἰ τὸ μέσον ἐστὶ τὸ τῷ ἐσχάτῳ τὸ πρῶτον ἄκρον ἐπιφέρον, οὐκ ἂν δὴ ἄλλως αὐτὸ ἐπιφέρειν οἷόν τ' εἴη ἢ ᾗ ἂν αὐτὸ τῷ ἐσχάτῳ ὑπάρχοι· καὶ εἰ μὲν αὐτό τε ἐκείνῳ ἀναγκαίως ἔχει, καὶ αὐτὸ τῷ ἐσχάτῳ ἀναγκαίως ὑπάρχει, οὕτως ἂν μόνως ἀναγκαῖον συμπεραίνοιεν. Εἰ δ' αὐτὸ μὴ ἀναγκαίως πρὸς ὁπότερον ἔχει, οὐδ' ἂν τὸ πρῶτον τῷ ἐσχάτῳ οἷόν τε εἴη ἀναγκαίως ἐπισυνάγειν. Καὶ ταῦτα μὲν Ἀριστοτέλους τοιαῦτα.

CAP. IX.

Venio jam ad ea, quæ in libris *De anima*, non recte docuit. Platonici itaque illud quidem supernaturale unum simpliciter unum faciunt, usque adeo ut subsistentiam, potentiam, et actum ipsius a se invicem non discernant. In aliis vero quæ post et infra ipsum sunt, formis et mentibus, non eodem modo tria illa unum esse arbitrantur, sed autem quidem a subsistentia, potentiam vero non omnino ab actu discernunt, et quod mentes illæ sive formæ cum sint immobiles, nihil quidquam potentia, sed ea omnia reipsa et actu semper habent præsentia, quæ sibi insunt. At in anima tria

D

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Μέτιμεν δὲ καὶ ἐπὶ τὰ περὶ ψυχῆς αὐτῷ οὐ καλῶς διῃρημένα. Οἱ μὲν οὖν περὶ Πλάτωνα τὸ μὲν ὑπερούσιον ἓν ἄλλως ἓν εἶναι τίθενται, οὔτε οὐσίαν αὐτοῦ, οὔτε δύναμιν, οὔτε ἐνέργειαν διακρίνοντες· τὰ δὲ μετ' αὐτὸ εἴδη τε καὶ νοῦς οὐχ ὁμοίως ἁπλῶς ἔχειν ἀξιοῦσιν, ἀλλ' ἐνέργειαν ἤδη αὐτῶν τῆς οὐσίας διακρίνουσι, δύναμιν δ' οὐ πάνυ τοι τῆς ἐνεργείας, διὰ τὸ ἀκίνητα ὄντα μηδοτιοῦν δυνάμει, ἀλλ' ἅπαντα ἐνεργείᾳ ἀεὶ ἑαυτοῖς ἔχειν παρόντα τὰ προσόντα. Ψυχῆς δ' ἤδη καὶ οὐσίαν καὶ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν διακρίνουσι, διὰ τὸ κινουμένην ἀπὸ νοήματος ἐπὶ νόημα, τὴν δ' ἀνθρωπίνην καὶ ἀπὸ

Digitized by Google

τοῦ νοεῖν ἐπὶ τὸ μὴ νοεῖν, ἢ μὴ νοεῖν ἐπὶ τὸ νοεῖν μὴ ἀεὶ ἢ μὴ πᾶσαν ἐνεργείᾳ ἀλλὰ καὶ δυνάμει ἔχειν μᾶλλον τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν. Καίτοι Ἀριστοτέλης καὶ ἀκίνητόν φησι τὴν ψυχὴν εἶναι· εἰ μὲν τὴν κατὰ τοπον κίνησιν φάσκων, καλῶς, εἰ δ' ἁπλῶς ἅπασαν κίνησιν (οὐ γὰρ πάνυ τοι τὸ τοιοῦτον διασαφεῖ), οὐκ ἔτι καλῶς. Πῶς γὰρ ἥ γε ἀπὸ νοήματος ἐπὶ νόημα φαινομένη ἑκάστοτε μεταβαλλομένη, ἢ καὶ ἀπό τε τοῦ νοεῖν ἐπὶ τὸ μὴ νοεῖν, καὶ τοὐναντίον; ᾧ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης ἐπὶ τοῦ νοῦ τοῦ γε ἀνθρωπίνου συγχωρεῖ. Ἀλλὰ τούτων μὲν ἀφείσθω· ἡμῖν δ' ἐπανιτέον ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον. Οἱ μὲν γὰρ περὶ Πλάτωνα οὕτω διαιροῦσιν· Ἀριστοτέλης δ' οὐδὲν διακρίνων, ἁπλῶς ἅπαντα νοῦν τῇ οὐσίᾳ ἐνέργειάν φησιν εἶναι. Πῶς οὖν αὐτῷ ὅ γε ἀνθρώπινος νοῦς εἰ ταυτὸν αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ τὴν οὐσίαν ἕξει, ἐπειδὴ μὴ νοῇ μηδὲ ἐνεργῇ; οὐ καὶ τὴν οὐσίαν τῇ ἐνεργείᾳ συναπoβαλεῖ; καὶ ἀπολεῖται γε, ἀναβιώσεται δ' αὖ νοῶν αὖθις; Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὅλως ἐστὶν Ἀριστοτέλης λίαν ἀπερισκέπτως εἰρηκώς.

A hæc, subsistentiam, potentiam et actum omnino distinguunt, eo quod una cogitatione ad aliam movetur, humana vero anima etiam ex intelligente fit non intelligens, aut ex non intelligente intelligens, ideoque non semper, aut non omnem actu sed potius potentia habet rerum cognitionem. Aristoteles porro animam facit immobilem et sane si intelligit mobilem, quod ad motum localem, tum recte dicit, si vero simpliciter, quod ad omnem motum (neque enim hoc ille plane admodum explicat), non amplius recte. Quomodo enim illa ab una cogitatione ad aliam videtur subinde mutari, aut (quod Aristoteles de humana mente concedit) ex non intelligente intelligens, et e contra fieri, si immobilis intelligatur? Sed relinquamus ista et revertamur illuc, unde digressi sumus. Ac Platonici quidem has faciunt divisiones. Aristoteles autem nulla omnino utitur distinctione, sed omnem mentem sua ipsius subsistentia simpliciter actum esse affirmat. Quomodo vero in humana mente id verum esse defendet, quam ponamus non intelligere neque agere? Neque enim jam amplius secundum ipsum mens manebit, si actus nimirum, et essentia unum idemque sunt: imo essentiam una cum actu amittet, ipsaque morietur, reviviscet autem quando rursus intelligens fiet. Sed jam manifeste apparet, Aristotelem incaute admodum hoc de animo pronuntiasse.

B

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Πῶς δὲ κἀκεῖνο οὐ φαύλως καὶ ἀσυμφώνως αὐτὸς ἑαυτῷ; συγχωρῶν γὰρ, ὡς ἐκ τῶν περὶ ζώων αὐτοῦ γενέσεως βιβλίων ἔστι λαβεῖν, τόν γε ἀνθρώπινον νοῦν τοῦδε τοῦ σώματος πρεσβύτερον χρόνῳ εἶναι, ἔπειτα ταῖς τῆς μαθήσεις ἀναμνήσεις λέγουσι μέμφεται. Εἰ γὰρ τοῦδε σώματος πρεσβύτερος ἦν που ὁ νοῦς, πῶς οὐκ ᾔδει οὐδ' ἐνόει, καὶ ὑπὸ τοῦ κωλυόμενος; Εἰ δ' ᾔδει τε καὶ ἐνόει; πῶς ἐν μὲν τῇ εἰς τὸ σῶμα τόδε καθόδῳ ἐκλαθόμενος, ἔπειτα ἀναλαμβάνων αὖθις ἃ ποτε ᾔδει, οὐκ ἀναμιμνήσκεται;

C

CAP. X.

Quomodo autem illud non male ab eodem dictum et in quo a seipso omnino discrepat? Nempe concedit ille, sicut apparet ex libris ipsius de generatione animalium, nostro hoc corpore esse humanam mentem antiquiorem, postea vero eos insectatur, qui recordationes quasdam esse disciplinas aiunt, et quod discere nihil aliud sit quam reminisci. Si namque hoc corpore antiquior est animus, quid prohibebat ne cogitaret, ne cerneret, ne cognosceret, antequam corpus ingrederetur? Quod si cogitabat, cernebat, cognoscebat, quomodo in prima sua in corpus nostrum ingressione illorum oblitus, postea vero recipiens eadem quæ antea scivit non reminisci dicatur?

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Οὐκ ἄμεμπτον δ' αὐτοῦ οὐδ' ἐκεῖνο. Τὸν γάρ τοι ἀνθρώπινον νοῦν ἄφθαρτόν τε καὶ ἀΐδιον εἶναι τιθέμενος, ὡς ἔκ τε τῶν περὶ ψυχῆς αὐτοῦ βιβλίων, πρὸς δὲ καὶ ἐκ τῆς μετὰ τὰ φυσικὰ πραγματείας ἔστι λαβεῖν, ἔπειτα ἐν ταῖς ἠθικαῖς πραγματείαις οὐδαμοῦ φαίνεται τούτῳ τῷ λόγῳ χρώμενος, τῷ μέγιστον συμβαλλομένῳ ἐς τὴν ἠθικὴν πραγματείαν τοῖς περὶ ἀρετῆς λόγοις. Ὃ δὲ τούτου πολλῷ χεῖρον, ὅτι οὐδ' εἶναι τῷ ἀνθρώπῳ μετὰ τελευτὴν τοῦ βίου τοῦδε οὐδοτιοῦν ἀγαθὸν ἀξιοῖ. Οὕτω συνῳδὸν αὐτὸς αὑτῷ Ἀριστοτέλης οἶδε φθέγγεσθαι. Εἰ γὰρ μένει τι ἀθάνατον τῶν τοῦ ἀνθρώπου, δῆλον ὅτι τοῦτ' ἂν μάλιστα καὶ κυριώτατα εἴη ὁ ἄνθρωπος. Πῶς οὖν αὐτῷ ἐκ τοῦδε τοῦ βίου οἰχομένῳ, οὐκ ἔτι οὐδὲν ἔσται ἀγαθόν; Τοὐναντίον μὲν οὖν τότ' ἂν γένοιτ' αὐτῷ, τοῦ θνητοῦ τοῦδε ἀπηλλαγμένῳ καὶ πολὺ ἔτι μακαριώτερον πρᾶξαι. Διὰ δὲ ταῦτα καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Ἀφροδισιέα ταύτας ἔχοντα ἀφορμὰς, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μοχθηρίαν ἕλκοντα τὸν λόγον, θνητὸν

D

CAP. XI.

Reprehensione non caret etiam illud inter cætera. Quamvis enim ille mentem humanam nulli corruptioni obnoxiam, necnon sempiternam esse affirmasset, tum in libris quos de anima scripsit, tum in illis quos vocant metaphysica, non tamen postea in ethicis ullam immortalitatis animorum videtur facere mentionem, quæ una res maximum ad virtutis commendationem pondus attulisset. Cæterum hoc ipso illud longe deterius æstimari debet, quod nullum homini jam defuncto attribuit bonum, quo fruatur post mortem. Ita nimirum seipsum sedulo observat Aristoteles, ne suis dictis contrariam inferat orationem. Si namque immortale quippiam possideat homo, quod post obitum remanet, id unum certe et maxime et verissime ipsummet oportet esse hominem. Quomodo igitur ipsi ex hac vita emigranti nullum restabit bonum? imo contrarium eveniet, ut nimirum post ejus, quod in ipso mortale est, depositionem beatius et melius

Digitized by Google

vivendi facultatem adipiscatur. Quam ob causam etiam Alexander ille Aphrodisiensis, deducto ad suam improbitatam sermone illo, inde occasionem sumpsit, ut diceret, ab ipso quoque Aristotele animæ humanæ immortalitatem esse negatam. Atque de his quidem hactenus.

τὴν καὶ Ἀριστοτέλη τὴν ψυχὴν τὴν γε ἀνθρωπίνην δοξάζοντα τίθεσθαι. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἐς τοσοῦτον.

CAP. XII.

Placet autem etiam quasdam ipsius de virtutibus disputationes paucis attingere, atque planum facere, quam etiam in his sermonibus a veritate alienam sequatur opinionem. Virtutes sit ille esse mediocritates, vitia autem extremitates, ubi nimirum mediocritates intelligit passionum, quæ sunt in anima et contra in vitiis earumdem extremitates. De quo autem mediocritatis genere interim loquatur (est enim multiplex mediocritas) utrum videlicet de ea quæ in qualitate, vel ea quæ in quantitate consistit ille non satis aperte explicat : nisi quod paucis quibusdam ipsius verbis, quæ alio in loco fecit, id ipsum possit animadverti, ubi nimirum vitio vertit, si quis fulmina et terræ motus non metuat. Ex quo apparet illum non timenda et timenda non qualitate metiri atque distinguere, sed magno et parvo quod est quantitate. At Platonici non ita, nec alii quidem qui rem accuratius examinant, sed omnem quidem turpitudinem esse timendam, sive magnam sive parvam ; quidquid vero turpe non sit, non timendum existimant, atque ita qualitate non quantitate timenda et non timenda metiuntur. Proinde non esse dignos metu terræmotus et fulmina, si quidem hæc vitio careant, nec pejorem faciant hominem. Et quomodo tandem stultitiæ non tribuatur, si quem terrent fulmina, idque non ob hanc duntaxat causam, quod turpe non sit feriri fulmine, atque hoc modo mortalem vitam commutare (neque enim hoc ipsum etiam in nostra situm est potestate, ut sic nobis vel laudi vel vitio tribui possit), sed etiam quod hæc ipsa res quidem ex illarum rerum sit numero, quæ rarissime contingunt, quæ autem ejusmodi sunt, extremæ sunt stultitiæ illa exspectare et metu illorum terreri, deinde quod aliquis formidans, non magis liberatur quam is qui non formidat. Atque ingruentem quidem qui metuit tempestatem et hiemem, is seipsum adversus illa quadam ratione munire potest, et qui bestiam aliquam pertimescit, tuendi fortasse seipsum facultatem habet. At quem fulmen terret, is omnino frui rare afficitur, quo prorsus affici non deberet. Præterea illud quoque silentio præterire non possum. Cum bonum et sapientem virum contrariis agitari animi affectionibus nihil prohibeat, dum fidit modo, modo metuit, dum cupit modo et rursus contemnit, turpi tamen re et non turpi, item bona et non bona, illa omnia metientem, ex hoc sequetur, etiam eum qui hæc omnia contraria facit, quique sit vitiosissimus, nihilominus in mediocritate quadam etiam ipsum consistere. Aristotele interim omne vitium in solis extremis collocante, et is quidem, qui omnia concupiscit tam ea quæ oportet, quam illa quæ non oportet, nunquam idcirco quod ea concupiscit quæ oportet vitiosus fuerit, neque is qui omnia contem-

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

(25) *Ἐξ ὑπολήψεως.* Quam conjunctam sibi habet persona vel res, qua de agitur : bonam, bona; malam, mala, et quæ fere gaudium, gratiam, invidiam, iram, vel alium aliquem affectum gignit in eo, apud quem agitur, vel illo, qui agit, unde postea exordium formatur. V. Hermog. lib. I, part. cap. 1. Fabio est exordium *per occupationem*, Græcis aliis προοίμιον κατὰ τὴν πρόληψιν. Exemplum ejus est in oratione Tullii pro Milone, Cluentio, Roscio et aliis.

(26) *Ἐξ ὑποδιαιρέσεως.* Cum quod alias unum esset ac simplex, ingenio oratoris dividitur in plura, et de omnibus dicendum esse, contra quam primo intuitu videbatur, ostenditur.

(27) *Ἐκ περιουσίας.* Quando in accusatione dicitur : Poteram de majori crimine agere, sed hoc ero contentus. In defensione : Putabam præmium mihi fore paratum, nunc me accusari video.

(28) *Ἀπὸ καιροῦ.* Quando ab insigni eventu vel in re, vel in eis, apud quos loquimur, ostenditur, comprobari id, quod petimus, adeoque fas esse, ut de eo agamus, petitionemque obtineamus. De his omnibus generibus cum cura agit Hermogenes in Partitionum toto libro primo.

(29) *Τὰ πρόσωπα καὶ τὰ πράγματα.* Quorum nempe respectu ins tuendum est exordium, id præcipue, quod est ἐξ ὑπολήψεως, quamquam non in exordiis solum, sed reliquis orationum partibus necessaria sit horum observatio. Vulgo de causarum sive rerum divisione tantum agunt, omissa divisione personarum, verum perperam. Vide Voss. *Inst. orat.* 3, cap. 2, § 2.

(30) *Ἔνδοξα, ἄδοξα.* Fabius, l. XIV, c. 1, reddit *honesta, humilia, dubia vel ancipitia, admirabilia*, ubi et naturam cujusque explicat ac rationem. Eodem modo vocat Curius Fortunatianus lib. II, et Sulpicius Victor in *Inst. orat.* Augustinus ita de hac re : *Themata, id est figuræ controversiarum quatuor, ἔνδοξον, quod nos opinionis bonæ ex utroque bono possumus dicere, ἀμφίδοξον, quod nos opinionis ex utroque bono et malo confusæ possumus dicere, παράδοξον, quod nos opinionis malæ possu-*

Digitized by Google

autem modi sunt tres, simplex, probabilis et illustris, quos et characteres vocant, tenuem, magnificum et medium. At tenuis quidem ac simplex character, qui est sine probatione, panegyrico competit. Genus enim panegyricum laudem continet vel vituperium eorum, quæ ab omnibus habentur pro bonis aut malis.

Quod vero clarum vulgoque sic habetur, probatione non indiget. Magnificus autem et validus, qui et probabilis, pluribus utitur probationibus et natura pertinet ad genus judiciale. Fidem enim oportet habere civilem ac forensem orationem, nec destitui argumentis.

Media vero forma et character mediocriter ac neque nimium utitur argumentis, nec etiam sine omni probatione aliquid affert, aut nimis frequenter, sed aliquando culta, et per probationes, aliquando simpliciter et per descriptiones, qui et tribus generibus est conveniens, et jure medius appellatur. Ex reliquis autem maxime deliberativa orationi competit, aut iis, quæ historiam continent. Nam qui historias scribunt, interdum simpliciter narrant, interdum probant, quæ a fide remotiora sunt, interdum personas, res, tempora, loca describunt, omnisque generis animantium figuras. Atque hæc narrationum explicatio. Quamus dicere. *Quarta est facies controversiæ, quæ Græce ἄδοξον dicitur, quam nos non ut vulgo, malæ opinionis, sed nullius opinionis, id est humilem et sordidam possumus dicere.* Ita Augustinus verba ista reddit, simulque in locis causis ac controversiis ostendit observari, indeque illas sua habere nomina.

(31) *Τρεῖς δὲ τρόποι.* Ipsa sunt Hermogenis verba ex lib. II, *de Invent.* ubi de narratione loquitur.

(32) *Ἁπλῆς.* Cum res aut factum enarratur absque expositione causarum, aut descriptione, qua velut ob oculos res ponitur. His enim duabus rebus maxime narratio amplificatur.

(33) *Ἐγκατάσκευος.* Quando et modus indicatur facti, et illius exponuntur causæ. Igitur et ab aliquibus *confirmata* narratio appellari solet.

(34) *Ἐνδιάσκευος.* Quando per ὑποτυπώσεις res velut oculis subjicitur, omnesque ejus afferuntur circumstantiæ ubi, quando, qua occasione, apud quos, etc., quid gestum.

(35) *Οἵς καὶ χαρακτῆρας.* Ita mox: Τρεῖς διηγήσεων τρόποι, οἱ καὶ χαρακτῆρες καλούμενοι. Quod si concedimus, non penitus omiserit doctrinam de tribus characteribus Hermogenes, ut putant, sed hic quidem proposuerit, alio quodam fine, ac mox in *de Ideis* affectiones eorum accuratius tractaverit. Alio dixi fine, quia in eo quidem loco tantum monstrabat Hermogenes, quomodo inter alias etiam hac ratione, id est per triplices hos orationis τρόπους sive modos narratio augeri atque dilatari possit.

(36) *Τινές.* Ostendit, non omnium, ac ne multorum quidem hanc fuisse sententiam, quod fuit eadem οἱ τρεῖς τρόποι διηγήσεων, velut Aristoteles appellat εἴδη, ut Latini, *formæ narrationum*, et οἱ τρεῖς χαρακτῆρες λόγου. Et profecto distinctis de eis fere locis agunt: de his in *Elocutione*, de istis in *Dispositione*. Interim si rem bene examinamus, parum differunt, aut nihil, quando triplices istæ narrationes absque triplici illo charactere esse nequeunt. Nam a l narrationem ἁπλοῦν sufficit character simplex, ad ἐνδιάτεκευον requiritur mediocris, ad ἐγκατάσκευον magnificus et gravis, ipsaque fere illa ratione character quisque, qua istiusmodi narratio formatur. Adde subsequentia.

(37) *Τῷ πανηγυρικῷ.* Omnia hæc aliunde Noster habet, quam ex Hermogene. Is enim de his talibus nil disserit. Vid. interim, quæ habet Voss. l. VI, *Inst.* c. 7, § 29.

(38) *Ὁμολογουμένων.* Notabilis definitio demonstrativi generis, in qua id potissimum notandum, quod non quævis bona aut mala dicat Noster sibi sumere laudanda vel vituperanda, sed τὰ ὁμολογούμενα, hoc est ea, quæ ab omnibus sic reputantur, qualia sunt e. g. deus, victores in ludis Olympiis, qui fortiter pro patria occubuerunt in pugna Marathonia, et ejusmodi. Hi enim ab omnibus, apud quos istiusmodi orationes habebantur, boni habiti, ac proinde laude digni æstimati. Atque hoc sufficere arbitror ad consensum illum de bonis aut malis, ut materiam dent generi demonstrativo. Non omnium simpliciter est necessarius, sed eorum omnium, apud quos oramus. Ex quo tamen sequitur, laudationes rerum reconditarum, itemque earum, quæ a multis vituperantur, locum proprie in hoc genere non invenire. Ac profecto πανηγυρικοὺς de iis habitos apud veteres esse non existimo, nisi postquam eloquentia alicubi ex publico in scholas umbramque, et paucorum auditoria compulsa est.

(39) *Τὸν πολιτικὸν καὶ δικανικόν.* Pro eodem genere orationis ponit. Et sic Hermogenes sæpe πολιτικὸν γένος, genus orationis politicum, accipit pro forensi, quod in accusando aut defendendo occupatur.

(40) *Καὶ λόγοις τὴν ἱστορίαν.* Locus notabilis de historico dicendi genere seu charactere, non quod quæ de eo rhetores proponunt, exhauriat totum, quod in historico genere est observandum, sed, quod habeat multa huc pertinentia. Vide quæ de hac re dixi in opusculo de Stylo.

ράδοξα. Οὕτω μὲν εἰσὶ τέσσαρα εἴδη τῶν προσωπείων. Τρεῖς δὲ τρόποι (31) τῶν διηγήσεων· ἁπλοῦς (32), ἐγκατάσκευος (33), καὶ ἐνδιάσκευος (34). οὓς καὶ χαρακτῆρας (35) τινες (36) ὀνομάζουσι, χαλαρὸν, ἀδρὸν, μέσον. Καὶ χαλαρὸς μὲν καὶ ἁπλοῦς χαρακτὴρ ὁ ἄνευ κατασκευῶν τῷ πανηγυρικῷ (37) ἐφαρμόττων. Τὸ γὰρ πανηγυρικὸν ἡ ἔπαινος ἢ ψόγος ἐστὶν ὁμολογουμένων (38) ἀγαθῶν ἢ πονηρῶν.

Τὸ προφανὲς δὲ καὶ ὁμολογούμενον ἀποδείξεων οὐ δεῖται· ἀδρὸς δὲ καὶ σύντονος, ὁ ἐγκατάσκευος, ὁ πυκνοτέραις κεχρημένος ταῖς ἀποδείξεσι, προσφυὴς τῷ δικανικῷ εἴδει τελῶν. Δεῖ γὰρ τὸ πίστιν ἔχειν τὸν πολιτικὸν καὶ δικανικὸν (39) λόγον, καὶ μὴ ἀναπόδεικτον εἶναι.

Μέσος δὲ τρόπος καὶ χαρακτὴρ ὁ ἐνδιάσκευος, ὁ μέσως καὶ μὴ κατακόρως κεχρημένος ταῖς ἀποδείξεσι, μήτε πάντη ἀναπόδεικτα λέγων, μήτε μὴν συνεχέστερον κεχρημένος, πῇ δὲ ἐγκατασκεύως καὶ ἀποδεικτικῶς, πῇ δὲ ἐνδιασκεύως καὶ κατ' ἐφρασιν, ὃς καὶ τοῖς τρισὶν εἴδεσίν ἐστι προσφυὴς καὶ μέσος καλεῖται εἰκότως. Μᾶλλον δὲ τῶν λοιπῶν τῷ συμβουλευτικῷ λόγῳ ἁνεῖται, καὶ λόγοις τὴν ἱστορίαν (40) συντάττουσι. Τοῖς ἱστοροῦσι γὰρ τὴ μὲν ἁπλῶς διηγεῖσθαι, πῇ δὲ κατασκευάζειν δυσπιστούμενα, πῇ δὲ πρόσωπά τε καὶ πράγματα, καιρούς τε καὶ τόπους ἐκφράζειν, καὶ παντοίων ζώων ἰδέας. Τοιαῦτη μὲν ἡ ἑρμηνεία τῶν διηγήσεων. Τέσ-

Digitized by Google

σαρα μὲν εἴδη τῶν προοιμίων, ὡς τριῶν τρόπων ὧν προειρήκαμεν· καὶ τρεῖς διηγήσεων τρόποι, οἱ καὶ χαρακτῆρες καλούμενοι, προσφυεῖς οἷς ἔφημεν εἴδεσιν. Ὅμηρος δὲ (41) καὶ τέταρτον (42) τὸν δι' ἀλληγορίας παρέδωκε, τῷ πανηγυρικῷ μὲν καὶ αὐτὸν ἐφαρμόττων· ἁρμοδιοφυέα δὲ τίθεσθαι, ὅταν εὐτέλειαν λόγου πρὸς ὄγκον καὶ μέγεθος ἐξᾶραι βουλώμεθα. Οἱ ἀγῶνες δὲ διαιροῦνται εἰς ἀντιθέσεις καὶ λύσεις. Αἱ ἀντιθέσεις δὲ καὶ αἱ λύσεις τὴν σύστασιν ἔχουσιν (43) ἐκ κεφαλαίων (44), ἐπιχειρημάτων, ἐργασιῶν καὶ ἐνθυμημάτων, καὶ ἐξ ἐπενθυμημάτων ἐνίοτε καὶ πλαστῶν. Καὶ τὸ μὲν οἰκεῖον κεφάλαιον δεῖ θετικῶς εἰσάγειν (45) τὸν ῥητορεύοντα, εἶτα χρῆσθαι τοῖς ἐπιχειρήμασιν, ἐργασίαις καὶ τοῖς λοιποῖς (46). Τὸ δὲ τοῦ ἀντιθέτου κεφάλαιον πρῶτον χρὴ λύειν προτάσει, ὑποφορᾷ, ἀντιπροτάσει καὶ λύσει. Εἶτα χρεὼν χρῆσθαι κἀκεῖ τῷ ἐπιχειρήματι καὶ τοῖς λοιποῖς, οἵσπερ ἔφημεν.

tuor igitur sunt species procœmiorum trium formarum, quas prædiximus, et tres formæ narrationum, quæ et characteres vocantur, propriæ iis, quæ diximus, generibus. Homerus autem addidit et quartam allegoricam, quæ et ipsa apta est generi panegyrico, maximeque idonee adhiberi potest, si tenuitatem orationis in sublimitatem ac magnitudinem volumus attollere. Contentiones autem dividuntur in objectiones et solutiones. Objectiones autem et solutiones componuntur ex capitibus, epicheirematis, tractationibus, enthymematis et ex epenthymematis, aliquando quoque fictione. Atque caput quidem proprium oportet simpliciter adducere oratorem, postea uti epicheirematis, tractationibus atque cæteris. Caput autem objectionis ante omnia oportet solvere propositione, subsumptione, propositione contraria et solutione. Postea utile, adhibere illic quoque epicheirema cæteraque, ut diximus.

Καὶ τὸ μὲν κεφάλαιον ἐξ ὧν γίγνεται (47) εἰπομεν· τὸ ἐπιχείρημα δὲ ἐκ τῶν περιστατικῶν (48), ἢ πάντων ἅμα ἢ τινων κατασκευάζεται. Ἡ ἐργασία (49) δὲ γίγνεται· ἀπὸ παραβολῆς, ἀπὸ παραδείγματος, ἀπὸ μείζονος, ἀπὸ μικροτέρου, ἀπὸ ἴσου, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐναντίου, ἢ πάντων, ἢ τινων. Τὸ ἐνθύμημα σύγκρισις (50) καὶ συμπέρασμά ἐστι τοῦ ἐπι-

Atque sic, ex quibus fiat caput indicatum est. Epicheirema vero ex circumstantiis vel omnibus simul, vel aliquibus conficitur. Tractatio vero nascitur ex similitudine, exemplo, majori, minori, ab æquali, itemque a contrario, vel omnium, vel aliquorum. Enthymema est comparatio et conclusio epicheirematis et tractationis. Epenthymema est se-

(41) *Ὅμηρος δέ.* Notabilis et hic locus de auctore orationis allegoricæ. Puto autem illud genus intelligi, quo secreta naturæ præceptaque morum traduntur sub fabulis. Hujus auctor exstitit non simpliciter, sed apud Græcos Homerus, atque ita post oratoribus occasionem præbuit excolendi illud etiam in civilibus argumentis.

(42) *Τέταρτον.* Ergo ex Nostri quidem sententia quatuor sunt dicendi genera, non tria, quartumque (quod a nemine ante traditum existimo) allegoricum. Et profecto frequens generis hujus fuit usus apud veteres, non poetas modo, verum etiam philosophos, ut ex universa Democriti, Pythagoræ, Socratis, et similium philosophia constat. Codex sacer non alio genere gaudet magis, ipsiusque Christi doctrina in plerisque fuit tradita per allegorias. Sed ut verum fatear, non video, quomodo hoc sit peculiare genus, a reliquis distinctum, cum allegoria orationis sit figura, quæ si per se distinctum efficere genus potest, nescio, cur non idem possit alia figura. Igitur affectionem potius existimo generis magnilici ac gravis, et sub eo comprehendendum esse, quo etiam pertinet, quod hoc genere statim sit uti nos posse, quoties quid attollendum est in sublimitatem magnitudinemque : item, quod in sequentibus ubique fere trium tantum generum mentionem facit. Porro undecunque hoc de genere Allegoricæ habeat, non sane habet ex Hermogene, qui illius nullam plane fecit mentionem.

(43) *Τὴν σύστασιν ἔχουσιν.* Hoc iterum est Hermogenis ex lib. III, *Invent.* cap. 2 et 7.

(44) *Κεφαλαίων.* Dixi de his supra nonnihil, et definiet Noster in sequentibus, ubi plura huc pertinentia trademus.

(45) *Δεῖ θετικῶς εἰσάγειν.* Reddidi *simpliciter adducere*, quia sic Hermogenes locutus est. Verba sunt in dicti libri c. 4 : Ἐὰν μὲν οὖν ἡμεῖς εἰσάγωμεν κεφάλαιον, ἁπλῆς δεήσει τῆς θέσεως, καὶ τῆς εἰς τοῦτο κατασκευῆς εὐπορήσομεν ἀπὸ τῶν ἐπιχειρημάτων μετὰ προτάσεως. Porro simplex intelligendum est hoc loco in respectu ejus, quod sequitur de capite adversarii. Illud enim tractandum προτάσει, ὑποφορᾷ, et cæteris, quæ hic non sunt necessaria. Vide ipsum Hermogenem.

(46) *Καὶ τοῖς λοιποῖς.* Paulo ante memoratis, cum ageret de oppositione ac solutione, et ex quibus componantur, ostenderet.

(47) *Ἐξ ὧν γίγνεται.* Non quidem simpliciter ac necessario, sed sæpe tamen, et quoties causæ conditio permittit, quam semper attendere orator debet. Quare ipse etiam Hermogenes non μέρους, verum κόσμον κεφαλαίων appellavit.

(48) *Ἐκ τῶν περιστατικῶν.* Hermagoras, ut observat Cassiodorus, appellat περιστάσεις. Tullius vertit *attributa*. Nos *circumstantias* ex Fabio reddimus. Alii *elementa* vocant, ut prædictus Cassiodorus testatur. Et profecto Theodoro sunt στοιχεῖα τοῦ πράγματος; apud Augustinum. Sunt autem numero fere sex : persona, res, locus, tempus, modus, causa, quæ quomodo epicheirema constituant, exemplo exponitur in fine hujus opusculi a nostro auctore.

(49) *Ἡ ἐργασία.* Puta, ἐπιχειρημάτων· ita enim plene Hermogenes appellat lib. III, cap. 6, ubi de hac re prolixe loquitur. Alii, interque eos Curius Fortunatianus, lib. II, ἐξεργασίαν, Latine *elocutionem* vocant; a quibusdam quoque expolitio nuncupatur. De re ipsa quoque Fortunat. d. l.

(50) *Τὸ ἐνθύμημα σύγκρισις.* Quia fit κατὰ σύγκρισιν, hoc est, comparationem vel adversantium, vel relativorum, vel privantium, et habituum, vel affirmationis et negationis, aut aliter a se dissidentium discrepantiumque. Vide Hermog. lib. III *Invent.* c. 7, et ad eum notas Sturmii. Enthymema porro Ciceroni, tale quidem, quale hoc in loco Noster intelligit, *conclusum ex contrariis*, Fabio *probatio ex pugnantibus*. Nam alias laxius accipitur, ita ut argumentum omne significet, quod Curius Fortunatianus, lib. II, *ratiocinationem* vocat, et in quinque genera partitur, ἐλεγκτικόν, γνωμικόν, δεικτικόν, παραδειγματικόν, συλλογιστικόν. Adde ejusdem lib. III.

Digitized by Google

cundum enthymema. Fictio vero est id omne, quod quidem factum non est, causæ tamen conducit. Jam vero propositio est oratio, in qua spem habet subsumptio. Subsumptio autem est oratio adversarii. Contraria propositio est promissio refutationis. Refutatio fit per instantiam et depulsionis rationem contrariam, et per violentum.

Hæc de contentione. Conclusio vero dividitur in amplificationem bonorum, aut ultimam destructionem et eversionem, et in repetitionem capitum præcipuorum, et actionem secundam.

Et hæc quidem de quatuor orationis partibus, exordio, narratione, contentione et conclusione. Cum vero omnem orationem rhetoricam, cujuscunque sit generis ex illis tribus, ad ideas quasdam componi sit usitatum, age, etiam idearum numerum vobis describemus. Sunt autem septem ideæ

A χειρήματος καὶ τῆς ἐργασίας (51). Τὸ ἐπενθύμημά ἐστι δεύτερον ἐνθύμημα (52). Πλαστὸν (53) δέ ἐστι πᾶν τὸ μὴ γεγονὸς, ἐπιτιθέμενον δὲ καθ' ὑπόθεσιν. Πρότασις (54) νῦν ἐστι λόγος, ἐν ᾧ ἐλπίζεται ἡ ὑποφορά. Ὑποφορὰ δὲ ὁ τοῦ ἐχθροῦ λόγος. Ἀντιπρότασις δὲ ἡ τῆς λύσεως ἐπαγγελία. Ἡ λύσις (55) δὲ γίγνεται κατὰ ἔνστασιν (56), καὶ ἀντιπαράστασιν (57), καὶ κατὰ τὸ βίαιον (58).

Ταῦτα περὶ ἀγώνων. Ὁ ἐπίλογος (59) δὲ διαιρεῖται εἰς αὔξησιν 60) ἀγαθῶν, ἢ καὶ ἐλλείαν ἐνβολὴν καὶ ἐξαίρεσιν, καὶ εἰς ἀνακεφαλαίωσιν (61) τῶν κυριωτέρων, τὴν καὶ διευτερολογίαν (62).

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τῶν τεσσάρων λόγου μερῶν, προοιμίων, διηγήσεων, ἀγώνων, ἐπιλόγων· ἔστι δὲ πᾶς λόγος ῥητορικὸς, ὁποῖος ἂν τῶν τριῶν εἰδῶν εἴη, διά τινων ἰδεῶν (63) ἁρμοδίων αὐτῷ συν-
B τίθεσθαι εἰωθώς, φέρε καὶ τὸν τῶν ἰδεῶν ἀριθμὸν ὑμῖν διαγράψωμεν. Ἑπτὰ (64) δέ εἰσιν ἰδέαι λόγου

(51) *Τοῦ ἐπιχειρήματος καὶ τῆς ἐργασίας.* Utrumque enim enthymemate firmatur. Ἐργασία primum ac proxime, ἐπιχείρημα per consequens. Nam ut ἐργασία firmat ἐπιχείρημα, sic ἐνθύμημα ἐργασίαν. Hermogenes : Ὥσπερ ἡ ἐργασία κατασκευάζει τὸ ἐπιχείρημα, οὕτω καὶ τὸ ἐνθύμημα κατασκευάζει τὴν ἐργασίαν.

(52) *Δεύτερον ἐνθύμημα.* Quoniam majoris confirmationis vel expolitionis gratia subjungitur primo ἐνθυμήματι seu probationi, et ejusdem conclusioni, sitque quasi continuata conclusio. De quo, et generibus ejusdem, multa habet Sturmius ad Hermog. lib. III, *de Inv.* c. 7.

(53) *Πλαστόν.* Supple, τοῦ ἐπιχειρήματος : ita enim vocat Hermogenes, qui de eo agit dicto libro C cap. 16 toto. Nempe quoniam præcipuum post elaborationem ἐπιχειρήματος habet locum. Ut, epicheirema est : *Non oportet hosti aliquid postulanti obtemperare.* Sequitur ἐργασία sive expolitio per exemplum : *Neque enim majores nostri obtemperarunt Xerxi terram et aquam postulanti.* Nunc subjungitur πλαστὸν seu fictio : *quod si quis tunc suasisset obtemperandum Xerxi esse, nonne eum omnes obruissent lapidibus ?*

(54) *Πρότασις.* De his et sequentibus supra fecit mentionem, ubi de partibus spectantibus ad κεφάλαιον seu caput. Nunc quid per singula intelligi oporteat, exponit. Habet autem ista quoque ex Hermogene prædicto lib. III, cap. 2. Exemplum dat hujusmodi : suadet quispiam, cum adventantem videret hostem, Isthmum esse perfodiendum, πρότασις seu propositio est : *Isthmum perfodere debemus.* Ὑποφορὰ seu subsumptio sequitur, et continet illud, quod dicere adversarius posset : *Sed hoc forte difficile videtur.* Huic occurritur ἀντιπρότασις, qua id negamus. *Habemus in promptu, quod respondeamus, quoque ostendemus falsum hoc esse.* Tum hoc totum elanditur λύσει seu solutione : *quid enim ? anne res est facilis fodere ?* Hæc postea rationibus et causis suis amplificantur et illustrantur.

(55) Ἡ *Λύσις.* Quæ Latinis *confutatio*, vel *refutatio*, Cassiodoro etiam *reprehensio*. V. Hermog. lib. III *Invent.* c. 5, toto.

(56) *Κατὰ ἔνστασιν.* Disserit hic de triplici refutandi ratione, ad modum Hermogenis. De ἔνστασι adde Voss. *Inst. orat.* c. 5, § 9.

(57) Ἀντιπαράστασιν. Per hanc intelligit rationem, quæ juvat primariam depulsionem, eamque confirmat, estque velut depulsio subsidiaria, ut, *sum immunis a reddendis rationibus*, verba adversarii, quæ in se habent κεφάλαιον. Hæc refutantur primo ἔνστασις, et inficiatione, *non es immunis.* deinde ἀντιπαράστασις, hoc est ratione, qua ἔστασις juvatur ; *etiamsi immunis esses, non tamen ideo id factum ut obsis patriæ.*

(58) *Κατὰ τὸ βίαιον.* De quo Hermog. cap. sequenti, et Vossius prædicto loco. Facit autem duplex Hermogenes, unum quasi ἀντιστρέφον, cum quod dixit adversarius, invertitur, et in ipsum torquetur, ut, *occidisti, quia adstitisti interfecto.* Λύσις hujus fit per βίαιον, *imo quia adstiti, non occidi, nam si occidissem, conjecissem me in fugam.* Alterum, quando consequens adversarii negatur, et probatur contrarium.

(59) Ὁ *ἐπίλογος.* De quo non puto Hermogenem quid tradere. Nam quod est in partitionibus, id huc non pertinet.

(60) *Εἰς αὔξησιν.* Quando nostra attollimus, et adversarii deprimimus, hæc enim prior epilogi pars est, ac in se continet δείνωσιν aut ἔλεγχος, vel quid simile. Vide Curium Fortunatianum lib. II *Rhet.*

(61) *Ἀνακεφαλαίωσιν.* Quando summa capita, quæ Græcis, uti supra dictum, sunt κεφάλαια, repetuntur. Cassiodorus a quibusdam ex Latinis *renumerationem* ait appellari.

(62) *Καὶ διευτερολογίαν. Hoc est* δευτέραν ἀπόδειξιν, *seu* ἐπεργασίαν. *Postequam enim res est demonstrata multis argumentis, signis et exemplis, deinde hæc omnia repetuntur, et conglobata in unum locum coguntur, ut rideantur tractata esse copiosius, et sic* διευτερολογία *nihil aliud est, quam* ἐπανάληψις. Hæc Sturmius ad Part. Hermog. ubi mentio fit hujus rei.

(63) Ἰδεῶν. De quibus peculiariter agit Hermo- D genes libris duobus integris. Sunt autem Ideæ, imitatione Platonica dictæ, nil aliud, quam quædam formæ seu figuræ orationis, quæ non tam cerni, quam animo cogitari possunt. Aristoteles τὰ εἴδη λόγου appellat ; alii, ut testis Cicero, χαρακτῆρας nominarunt. Quanquam hæc non nihil differant ab ἰδέαις, etiam ex Nostri sententia, qui ista εἴδη seu χαρακτῆρας ait συντίθεσθαι διά τινων ἰδεῶν. Unde et errare eos certum est, qui doctrinam veterum de characteribus evertisse, eique suam de Ideis opposuisse Hermogenem existimant. Ea enim potius, quæ ab ipsis generalius erant exposita, ille distinctius explicavit. Et sic Vossius, quem vide lib. IV *Inst.* cap. 6, § 11, ubi et ostendit, proprie nil esse aliud ideas, quam trium characterum quasdam veluti affectiones. Adde Sturmium lib. III *de Elocut.* c. 6.

(64) Ἑπτά. Sed quidem vult Hermogenes ; v. eum lib. I *de Id.* Cur autem tot, et neque plures,

Digitized by Google

ῥητορικοῦ· σαφήνεια (65), μέγεθος (66), κάλλος (67), γοργότης (68), ἦθος (69), ἀλήθεια (70), δεινότης (71). Μᾶλλον δὲ ἓξ· ἡ γὰρ ἀλήθεια (72) ὑπὸ τὸ ἦθός ἐστι ταττομένη. Τρεῖς γὰρ τούτων εἰσὶ γενικαί (73)· ἡ σαφήνεια, τὸ μέγεθος, καὶ τὸ ἦθος· αἱ δὲ λοιπαὶ εἰδικαί. Τῶν γενικῶν τριῶν ἰδεῶν ἡ μὲν σαφήνεια δύο ἰδέας ἔχει ὑποβεβηκυίας αὐτὴν, ἐξ ὧν δὴ γίγνεται, τήν τε εὐκρίνειαν (74) καὶ τὴν καθαρότητα (75)· τὸ δὲ μέγεθος ἓξ· σεμνότητα (76), περιβολὴν (77), τραχύτητα (78), λαμπρότητα (79), ἀκμὴν (80), καὶ σφοδρότητα (81)· τὸ δὲ ἦθος ἐπιείκειαν (82), ἀφέλειαν (83), ἀλήθειαν (84)

A rhetoricæ; claritas, magnitudo, pulchritudo, celeritas, mores, veritas, efficacia. Vel potius sex, nam veritas posita est sub moribus. Harum autem tres sunt generales, claritas, magnitudo, mores, reliquæ vero speciales. Ex tribus generalibus ideis claritas quidem duas habet alias ideas sibi subjectas, unde nascitur, distinctionem et puritatem. Magnitudo autem sex, gravitatem, complexionem, asperitatem, splendorem, vigorem, et vehementiam. Mores vero æquanimitatem, simplicitatem, veritatem, et gravitatem, quæ non spectatur per se ipsa, sed in simplicitate et modestia consistit. Quælibet ex ideis specia-

neque pauciores, id interpretes Hermogenis sic declarant, quia primo perspicuitatem habere omnis debet oratio, cum sine ea non intelligatur, deinde justam magnitudinem, ut aures impleat, tertio pulchritudinem, ut etiam placeat, quæ corrumpitur, nisi quarto accedat nobilitas, qua quasi fluat. Jam ut fluxus iste sit decens, opus quinto est animo, indole, moribus, quæ sexto sola commendat veritas. Denique ut ista justa ratione legeque sese habeant pro diversitate argumentorum, opus est septimo vi quadam eloquentiæ, ad expedienda ista. Adde Sturmium *de Elocut.* lib. III, c. 6 seq. Voss. *Inst.* l. VI, c. 6, 13.

(65) *Σαφήνεια. Claritatem* reddit Sturmius, item *apertum orationis genus*, *Perspicuitatem* appellasse Fabium Scaliger existimat, Ciceronem vero *evidentiam*. Lib. IV *Poet.* c. 1. *Perspicuitas* vocem retinet et Vossius in virtutis hujus nominatione; usurpatque non raro ipse etiam Sturmius. Agit autem de hac Hermogenes, lib. I *de Id.* cap 1.

(66) *Μέγεθος*. Sturmius modo *amplitudinem* vertit, modo *magnitudinem*. Cæteri fere omnes retinent posterius vocabulum. Agit de ea Hermog. dicto lib. c. 4.

(67) *Κάλλος*. *Pulchritudinem* reddunt omnes.

(68) *Γοργότης*. Sturmio hæc virtus est *celeritas*, Trapezuntio *velocitas*. Sed notat Scaliger prædicto loco, Græcum plus significare. Vossius rectissime *incitatum* sive *concitatum dicendi genus* appellari putat.

(69) *Ἦθος. Affectionem* vertit Trapezuntius, judicio Scaligeri apposite. Cæteri *orationem moratam* reddere maluerunt.

(70) *Ἀλήθεια*. Hanc omnes *veritatem* appellant.

(71) *Δεινότης*. Trapezuntio *gravitas*, Sturmio cum addito *occulta gravitas* in peculiari de virtute hac Hermogenis libello. At in II, *de Ideis*, ubi pariter de ea agitur, *aptam dicendi figuram* vertit. Scaliger a Fabio et aliis *vim* seu *acrimoniam* vocari dicit, idque cæteris præfert, unde et Vossius *vim dicendi* exponit, rejecta Nunnesii interpretatione, qui *prudentiam* interpretatus est.

(72) *Ἡ γὰρ ἀλήθεια.* Non tantum nostri judicio, sed ipsius Hermogenis auctoritate, qui in capite de moribus hoc genus illi subjicit. Ἦθος, ait, τοίνυν ἐν λόγοις ποιεῖ ἐπιείκεια, καὶ ἀσφάλεια, καὶ πρὸς τούτοις τὸ κατ' αὐτῶν ἐμφαινόμενον ἀληθές· habuit haud dubie in animo hæc verba noster, cum ista scriberet.

(73) *Γενικαί.* Quia in plures dividuntur species, cum reliquæ non dividantur.

(74) *Εὐκρίνειαν*. Trapezuntius *elegantiam*, Sturmius *perspicuitatem* reddidere. *Distinctionem* appellare maluit Ger. Vossius. Quanquam et distinctio id potius videatur, unde nascitur εὐκρίνεια. Cum enim distincte omnia proponuntur et exponuntur, ut εὐκρίνεια, quæ nil aliud, quam judicandi facilitas et promptitudo, propter remotionem obstaculi omnis, quod etiam in pura oratione quoque modo exoriri potest.

(75) *Καὶ τὴν καθαρότητα* Recessit ab ordine Hermogeniano noster. Hermogenes enim hanc speciem alteri præmisit, et merito, quia illa hujus quasi custos est. Porro virtus hæc a Sturmio vocatur *puritas*, a Vossio *simplicitas*, cui nihil esse aliud putatur, quam ornatio ἀκατάσκευος. Naturam ejus explicat Hermog. lib. I, *Idear.* cap. 2.

(76) *Σεμνότητα. Gravitatem* omnes reddunt: Aristoteli, teste Scaligero, est μετρία βαρύτης, non simpliciter βαρύτης. Cæterum ea virtus est, in qua auctoritas et dignitas. V. Hermog. ib. c. 5.

(77) *Περιβολήν*. Trapezuntius *circumductionem* vertit, quem reprehendit Scaliger et *complexionem* ait appellandam. Vossius videtur malle *cumulationem* dicere, quia orationem hac virtute instructam vocat *cumulatam*. At Sturmio est oratio *exaggerata*, ut sic etiam *exaggeratio* vocari possit, quomodo et aliquoties in commentariis appellat Hermog. dict. lib. c. 18, ubi ostendit eam esse virtutem, qua oratio allatis variis circumstantiis non amplius est nuda, sed fit ampla et magna.

(78) *Τραχύτητα. Asperitatem* vertunt omnes. Fitque amaritudine et acerbitate orationis, quando evadit ingrata auribus et animo, propter reprehensiones. Vid. Hermog. dicto loco, cap. 6.

(79) *Λαμπρότητα*. Reddunt omnes *splendorem*. Scaliger tamen etiam *illustre* seu *luculentum* genus, Vossius *festivum* dici posse putant. Est autem ea virtus, qua commemoramus res magnas, vel a nobis præclare gestas, quo majorem demus fiduciæ significationem. V. Herm. d. l. c. 8.

(80) *Ἀκμήν*. Scaliger vertit *vim* orationis, cæteri plerique *vigorem*, id quod ego rectius opinor, cum vis aliquid amplius significet, ac sic etiam δεινότης exponatur. Hermogenes hac voce illam intelligit virtutem, cujus beneficio omnia sunt valida et lacertosa, roburque, ac vires habent. Vide eum libro dicto, cap. 9.

(81) *Σφοδρότητα. Acrem et vehementem dicendi figuram* Sturmius appellat. *Vehementiam* Trapezuntius et cæteri appellant. Est autem asperitas adversus inferiores vel æquales. V. Herm. cap. 7.

(82) *Ἐπιείκειαν*. Trapezuntius *modestiam* appellat, *æquanimitatem* verti rectius Scaliger et Vossius ex Terentio existimant, cum modestia pateat latius. Sturmio est *moderatio* et *mitigatio*, cum orator non solum de jure suo remittit, verum etiam cum vulgo se comparat, et si non sit e vulgi numero. Vide Hermogenem lib. II, cap. 6, ubi et *æquabilitatem* Sturmius non nunquam vocat.

(83) *Ἀφέλειαν*. Qua tollimus omnia, quæ nobis obstant, ut in nobis significationes vitiorum, in adversario significationes virtutum, atque ita sine calliditate nos et adversarium judici proponimus. *Simplicitatem* vulgo reddunt. Scaliger *virtutem* vocat *quotidianæ locutionis, non apud plebem solum, sed lectorum civium, qualem Gracchorum matri M. Tullius attribuit.* Agit de hac Herm. lib. II, c. 3, *de Id.*

(84) *Ἀλήθεια*. De qua Hermogenes dicto libro, cap. 2, estque virtus, qua significamus morum sim-

Digitized by Google

libus constat ex octo partibus quibus Iam, sententia, A methodo, dictione, figuris, membris, compositionibus, clausula, et numero.

Ac cæteræ quidem omnes, quæ enumeratæ sunt, idearum partes, sunt notæ. Figuras autem Hermogenes quidem prodidit paucas quasdam contenplicitatem et candorem, vera suavitate ac modestia, prudentia etiam et urbanitate. λόγος ἐνδιάθετος.

(85) *Βαρύτητα. Gravitatem* uno verbo vocat Vossius. Sed est ambigua hæc vox, et de eo fere genere usurpatur, quod oppositum est tenuitati. Igitur cum additis *gravitatem in objurgando et expostulando* Sturmius interpretatur, quia non illud, sed hoc virtutis hujus est officium. Scaligero est *Oratio succendens*. V. Hermog. d. l. c. 8. Differentiam inter σεμνότητα, βαρύτητα et δεινότητα hanc facit Sturmius, quod σεμνότης sit gravitas, qua consideratur natura rerum, cujusmodi sunt divinæ ac cœlestes, deinde humanæ in quibus majestas reip. consistit; δεινότης gravitas, propter decorum ab Oratore observatum in personis, locis, temporibus; βαρύτης vero gravitas, propter molestiam audientis, et propter auctoritatem objurgantis et exprobrantis.

(86) *Αὐτὴ καθ' ἑαυτήν*. Habet ex Hermogenis lib. II, *de Id.* c. 2 cujus hæc sunt verba: *Gravitas vero* (ἡ βαρύτης) *cadit ipsa quidem in hoc moratum dicendi genus, verumtamen non illam* (scribendum, *illud*) *complet, atque constituit, ut facit simplicitas, et moderatio, et veritas, et expressi mores personarum. Neque per se ipsum potest considerari, ut illæ per se singulæ formæ: sed opus habet simplicitate, aut moderatione, aut alia aliqua forma morati generis.* In Græco est: Ἀλλὰ δεῖ αὐτῇ ἀφελείας ἢ ἐπιεικείας, ἢ τινος τῶν ἄλλων ἠθικῶν τι πάντως προσεῖναι. Unde constat illud καὶ inter ἀφελείας et ἐπιεικείας non conjunctive simpliciter, sed magis disjunctive intelligendum esse, nec de solis duabus istis virtutibus, sed et aliis Hermogenem loqui.

(87) *Συνίστανται*. Non simpliciter; habet enim duas res proprias, sententias, et earum tractandi rationem, quæ qualia hic requirantur, docet Hermogenes in hac Idea; sed in respectu verborum, membrorum, compositionis, etc. De quibus ipse Hermogenes: *Genus autem verborum, aut etiam cæteræ partes dicendi, quæ post verba sequuntur, eorum nullum est, quod proprium quidem sit gravitatis. Illud tamen ausim dicere quod præ cæteris dicendi formis magis conveniant illæ partes, quæ in morati dicendi generis partibus conveniebant, hoc est in simplicitate et æquabili dicendi forma seu modestia, præterea etiam, quæ in oratione affecta et veluti ex animo expressa.* Et hæc noster respexit.

Ἐξ ὀκτώ. De quibus quid Scaliger sentiat, operæ pretium est videre librum ejus IV, *de Poet.* c. 1, simulque addere Vossium, lib. VI, *Inst. Or.* cap. 7, § 12.

(88) Ἀγνοίας. Ita vitiose editum est ab Hœschelio, scribendum ἐννοίας, ex ipso Hermogene, qui de his et sequentibus prolixe agit lib. I, *de Ideis*, cap. 1. Intelligit autem per ἐννοιαι non quæ vulgo tantum sic dicuntur, Græcisque alias sunt γνῶμαι, sed in universum omnia pronuntiata, quæ alias νοήματα et ἐννοήματα. Vide Sturmium, lib. I, *de universa ratione elocutionis*, c. 6. Incipit porro a sententiis, non quod alii faciunt in harum rerum consideratione a verbis, quia de verbis cogitare nemo rite potest, nisi prius de sententia verbis formanda cogitaverit.

(89) *Μεθόδου*. Sic appellat tractationem, ἐργα-

καὶ βαρύτητα (85), ἤτις βαρύτης αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν (86) οὐ θεωρεῖται, ἐκ δὲ τῆς ἀφελείας καὶ τῆς ἐπιεικείας συνίσταται (87). Ἑκάστη τῶν εἰδικῶν

Ἰδεῶν ἐξ ὀκτώ τινων μορίων συνίστανται, ἀγνοίας (88), μεθόδου (89), λέξεων (90), σχημάτων (91), κώλων (92), συνθήκης (93), ἀναπαύσεως (94), καὶ ῥυθμοῦ (95).

Καὶ τὰ μὲν λοιπὰ σύμπαντα τῶν ἰδεῶν μόρια ἠριθμημένα καὶ γνώριμα· σχήματα δὲ Ἑρμογένης μὲν βραχέα τινὰ παραδέδωκεν ἀγωνιστικὰ (96),

σίαν, elocutionem, quæ consistit in apta et convenienti sententiarum prædictarum dispositione, amplificatione, comparatione, ac similibus. Nec enim aliud Hermogeni μέθοδος, quam σχῆμα διανοίας ut docet pluribus Sturmius prædicto libro, c. 15, et confirmat Vossius *Instit.* VI, c. 6, §. 12, hoc est, conformatio certa et excogitata sententiæ, per idoneum elocutionis habitum ornatumque. Non autem ipse primus hoc vocabulum sic usurpavit, sed accepit a Theodecte, qui de fine rhetorices sic disseruit in Compendio Rhetor. Hermog.: *Finis rhetorices est non simpliciter persuadere, sed persuasibilibus methodis* [illegible]. Scaliger *Instructionem* dici posse putat.

(90) Λέξεων. Verba intelligit, quæ ad habitus prædicti sive methodi constitutionem conformationemque requirantur, de quibus multa Sturmius, lib. II, cap. 1 et seq. dicti operis.

(91) Σχημάτων. Quæ ad verba, de quibus egit proxime, pertinent, non dispositionem, quæ methodo continetur. Debent nempe verba habere proprietatem vel natura sua, vel tractatione, cum ad explicationem apponuntur aliis, vel potestate, ut melius sonent, plus significent. Ea proprietas seu habitudo, seu qualitas et modus, fit idonea omnium conformatione, hoc est σχῆμα efficit, quod nil aliud, quam certo aptoque modo positum vocabulum, latiusque aliquanto patet, quam quod a Latinis figura nominatur.

(92) Κώλων. *Membrum* omnes reddunt. Intelligitur autem membrum sive pars periodi, quæ alias a Græcis κόμμα quoque dicitur, non ea tantum, quæ κῶλον, unde oratio fit vel κομματική, vel κωλική. Vide de his Sturmium lib. III dicti Oper. cap. 1, et sequentibus agentem accurate.

(93) Συνθήκης. Hæc eadem; quæ et σύνθεσις. Ita enim ab Hermogene ipso vocatur lib. I, de ideis cap. 1, quæ eidem mox συνθήκη. Distinguunt Trapezuntius et Scaliger, ac συνθήκην quidem vocant *compositionem*, σύνθεσιν vero *collocationem*. Ac compositio quidem Scaligero ordo partium inter se cohærentium, elementorum puta, syllabarum, dictionum; collocatio vero, elementorum vocumque numerosa collocatio, non qualiscunque, sicut compositio.

(94) Ἀναπαύσεως. Quæ non solum est in conclusione, sed in omnibus orationis partibus, et in una parte interdum aliquoties. Id enim agit ἀνάπαυσις, ne membra nimium excurrant, et sint enormia; item ne alicubi ruat oratio, aut præcipitet, sed decenter desinat.

(95) Ῥυθμοῦ. Qui oritur ex decenti illa συνθήκῃ et ἀναπαύσει, exque iis spectatur, sicut ipse docet Hermogenes. Scaliger paulo aliter: *Numerus est conveniens sententiæ sonus ex compositione et dispositione partium*; ἀνάπαυσιν seu clausulam omittit. Sed forte sine causa argutus est.

(96) Ἀγωνιστικά. Tales intelligit, quæ potissimum ad ἀγῶνας, hoc est, contentiones pertinent. Proposuit autem illas, quas noster innuit, figuras Hermogenes toto lib. IV *De invent.* ubi λόγου σχήματα appellat, hoc est, ut rectissime exponit Sturmius, λόγου ἐπιχειρηματικοῦ, ἐργαστικοῦ, ἐνθυμηματικοῦ vel ut uno verbo noster, ἀγωνιστικοῦ, qui opponitur λόγῳ παναγυρικῷ, quia non, ut iste, tam

Digitized by Google

σπαράδην δὲ καὶ ἑτέρων ἐμνήσθη σχημάτων· ἡμεῖς δέ σοι καὶ τὸν περὶ τούτων πρανώσομεν ἀριθμὸν, ὡς Φοιβάμονι τῷ σοφιστῇ (97) καὶ Μινουκιανῷ (98) τῷ τεχνογράφῳ (99) δοκεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις (1) τῶν ῥητόρων. Ἀρξώμεθα λέγειν κατὰ Φοιβάμονα τὸν ὅρον τοῦ σχήματος, ἔπειτα κατὰ Τιβέριον (2). Σχῆμά ἐστιν (3) ἐξάλλαξις κατὰ διάνοιαν ἢ λέξιν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἄνευ τροπῆς γιγνομένη. Τιβέριος οὑτωσί· σχῆμά ἐστι τὸ μὲν κατὰ φύσιν (4) τὸν νοῦν ἐκφέρον, μηδ' ἐπ' εὐθείας, ἀλλ' ἐκτρέπον καὶ ἐξαλλάττον τὴν διάνοιαν κόσμου τινὸς τῇ πλάσει, ἢ χρείας ἕνεκα. Λέξεως δὲ σχῆμά ἐστιν ἐξάλλαξις τοῦ ἐν ἕθει κατά τινα πλάσιν κόσμου, ἢ χρείαν τινὰ παρέχουσα τοῖς λόγοις. Ἀλλὰ γὰρ τὸν ὁρισμὸν ἀποδόντες, φέρε καὶ τὸ κατ' ὄνομα τῶν σχημάτων διατρανώσωμεν. Πάντα τὰ τῆς ἐννοίας καὶ τῆς λέξεως σχήματα κατὰ τέσσαρας τρόπους (5) γίγνεται ἤτοι αἰτίας· κατὰ ἔνδειαν (6), κατὰ πλεονασμὸν (7), κατὰ μετάθεσιν (8), καὶ κατὰ ἐναλλαγήν (9). Ἀρκτέον δὲ ἀπὸ τῶν τῆς

tionum, sparsim vero cæterarum quoque fecit mentionem. Nos vero tibi et harum exponemus numerum, ad Phœbamonis Sophistæ, et Minuciani, qui de Arte scripsit, cæterorumque Rhetorum sententiam. Incipiemus autem dicere secundum Phœbamonem a definitione figuræ, tum secundum Tiberium. Figura est immutatio ratione sententiæ aut dictionis in melius, facta absque tropo. Tiberius ita : Figura est, quod quidem naturaliter mentem exponit, non tamen recte, sed vertens ac immutans sententiam, ficti ornatus alicujus aut utilitatis gratia. Dictionis vero figura et immutatio ejus, quod suetum est ad ornatum aut commoditatem exhibita in verbis. Sed quoniam definitionem dedimus, age et secundum nomina figuras dividamus. Omnes et sententiæ et dictionis figuræ quatuor oriuntur modis, sive causis, vel propter indigentiam, vel propter abundantiam ; vel per transpositionem, vel per immutationem. Incipiendum vero a figuris dictionis. Indigentiæ igitur

requirit πίστιν, et ἀπόδειξιν, quam ἰσχὺν et πάθος, atque ideo dicendi genus ἀξιωματικὸν et amplum. Alias figuræ λόγου Fortunatiano l. III, quæ sunt in compositione elocutionis, et opponuntur figuris λέξεως et διανοίας ve. eum p. m. 73.

(97) *Φοιβάμονι τῷ σοφιστῇ.* Quis hic fuerit, aut quando vixerit, vix arbitror constare. Suidas nullum ejus affert nomen. Vossius in *De rhetorices natura*, cap. 9, Apsini seniori jungit ; quod si probamus, floruerit paulo ante tempora Constantini, cum Apsines ille fuerit pater Onasimi Sophistæ, qui sub Constantino floruit, ut Suidas ait. Sed necesse est ut vixerit longo ante, cum secutus eum sit Hermogenes, quem Marci æqualem ipse ille Suidas facit. Verum et Apsinem secutus dicitur Hermogenes in sequentibus apud nostrum, ut vetustior fuerit Apsines, quam Suidas putaverit, aut alius sit Apsines, de quo ipse sit locutus, quod postea videlimus. Phœbamonis Sophistæ alicujus librum *De figuris rhetoricis* in bibliotheca Joannis Sambuci exstare ait Simlerus in Epist. Gesneriana. Legitur et in catalogo mss. biblioth. regis Galliarum ; an hujus nostri sit, ignoro.

(98) *Μινουκιανῷ.* *Minuciannm* vocat Vossius in dicto libro, sed *Minucianus* etiam est Suidæ, qui eum facit Alheniensem, Nicagoræ filium, et Galieni Principis ætate ait floruisse, ut scribit Simlerus. At in florentina Suidæ editione non est Γαλήνου αὐτοκράτορος, sed Γαληνοῦ sine ullo addito. Γεγονὼς ait ἐπὶ Γαληνοῦ, quo puto Galeni medici ætatem intelligere. Vixit autem Galenus sub Antonino Pio et Antonino Philosopho, hoc est, illo ipso tempore, quo Hermogenes, quod omnino necesse est, si ut noster postea scribit, aliqua ex eo hausit. Lapsus est Simlerus similitudine vocabuli, et pro medico imperatorem accepit.

(99) *Τεχνογράφῳ.* Ita eum vocat, quis scripsit præter alia etiam *De arte rhetorica*, cujus meminit et Suidas. Puto hoc de figuris, partem ejus operis fuisse, quemadmodum fortassis et illud *De epicherematis*, quod subjectum est Apsini in corpore rhetorum Græcorum ab Aldo editorum, et ab aliis Nicagoræ tribuitur, de quo videant, qui otio abundant.

(1) *Καὶ τοῖς ἄλλοις.* E quibus et Tiberius, de quo mox.

(2) *Τιβέριον.* Quis hic fuerit Tiberius, aut quando vixerit, incertum. Meminit Tiberii alicujus philosophi et Sophistæ Suidas, multaque ejus *De arte rhetorica* scripta commemorat : qualia sunt de formis, de apparatu, de dispositione, et compositione

orationis, et alia ; sed nec ætatem ejus ostendit, et de hac parte nihil memorat, ut dubitem, an idem sit cum nostro. At Tiberii de figuris seu schematibus liber ms. Venetiis apud Diegum Hurtadum laudat Simlerus in Epitome Gesneri, quem magis censeo esse nostrum.

(3) *Σχῆμά ἐστιν* Sic Alexander Rhetor *de Fig.* Σχῆμά ἐστιν ἐξάλλαξις λόγου ἐπὶ τὸ κρεῖττον κατὰ λέξιν, ἢ κατὰ διάνοιαν ἄνευ τρόπου, cujus definitionis explicationem vide apud Vossium lib. v, *Inst.* c. 1, § 2. Observa autem, quod hic adhat λόγου, item pro τροπῆς scribat τρόπου, hoc enim rectius videtur.

(4) *Σχῆμά ἐστιν τὸ μὲν κατὰ φύσιν.* Puto hic deesse aliquid, ac scribendum σχῆμα διανοίας, sequitur enim post : Λέξεως δὲ σχῆμα. Porro ex his nostri verbis emendanda et supplenda puto, quæ leguntur absque sensu in prædicto Alexandro Rhetore his verbis : Ὁρίζονται δή τινες καὶ ἰδίᾳ ἑκάτεροον τῶν σχημάτων, τὸ μὲν τῆς διανοίας οὕτω· σχῆμά ἐστι διανοίας, μετάπλασις διανοήματος, ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν πλάττουσα πρὸς τὸ χρησιμώτερον τὴν ἀναγκαίαν διάνοιαν· τὸ δὲ τῆς λέξεως χρείας χάριν. Quid enim hic, τῆς λέξεως, χρείας χάριν? scribendum sine dubio τῆς λέξεως, τὴν λέξιν χρείας χάριν, ut sensus sit τῆς δὲ λέξεως σχῆμα εἶναι μετάπλασιν, πλάττουσαν πρὸς τὸ χρησιμώτερον τὴν λέξιν, sicut illa altera τὴν διάνοιαν. Considerent et videant, qui a libris melioribus sunt instructi ; nobis enim præter Aldinam veterem anni 1508, alia nulla editio est ad manus.

(5) *Κατὰ τέσσαρας τρόπους.* Non ergo nova ista Scaligeri inventio, schemata dividentis in classes quatuor, ratione essentiæ, quantitatis, qualitatis et situs, lib. III *Poet.* c. 32, ac forte ex hoc aut simili, tunc parum noto hausit. Minimum falsum est, quod neminem ante ad certas species deduxisse figuras affirmat. Consule et Scholia Anonymi de Figuris.

(6) *Κατὰ ἔνδειαν.* Vossius vocat schemata secundum essentiam, quæ figurantur subticentia lib. v, *Inst.* c. 2, ubi vide alia huc pertinentia.

(7) *Κατὰ πλεονασμόν.* Possent dici schemata quantitatis cum Vossio, ex præd. loco.

(8) *Κατὰ μετάθεσιν.* Conveniunt schematibus situs.

(9) *Κατὰ ἐναλλαγήν.* Conveniunt schematibus qualitatis. Habet autem hæc ipsa nescio quis Scholiorum Græcorum auctor de figuris, ab Aldo editus cum aliis rhetoribus, sed corrupte, quem idcirco emendare ex nostro debebimus. Ἐστίν, inquit,

Digitized by Google

species sunt tres, asyndeton, præcisio, ellipsis. Abundantiæ species undecim, tautologia, diplosis, epanaphora, apanadosis, epanalepsis periphrasis, epiphrasis, paronomasia, epexegesis, epimone, epitasis. Transpositionis species quatuor: Hyperbaton, anastrophe, prolepsis causæ, proepizeuxis. Immutationis vero species octo: Heterogenes, heterarithmon, heteroptoton, heteroschematiston, heterochronon, heteroprosopon, apostrophe personæ, et antistrophe. Ex figuris vero sententiæ aposiopesis et epitrochasmus sunt indigentiæ: abundantiæ vero sex sunt figuræ: prodiorthosis, epidiorthosis, procatalepsis, prolepsis, diatyposis, epimone.

A λέξεως σχημάτων. Τῆς τοίνυν ἐνδείας εἴδη τρία· ἀσύνδετον, ἀπὸ κοινοῦ (10), Ἔλλειψις. Τοῦ πλεονασμοῦ εἴδη ἕνδεκα· ταυτολογία, δίπλωσις (11), ἐπαναφορά, ἐπανάδοσις (12), ἐπανάληψις, περίφρασις, ἐπίφρασις (13), παρονομασία, ἐπεξήγησις, ἐπιμονή, ἐπίτασις (14). Τῆς μεταθέσεως εἴδη τέσσαρα· ὑπερβατόν, ἀναστροφή, πρόληψις αἰτίας (15), προεπίζευξις (16). Τῆς δὲ ἐναλλαγῆς εἴδη ὀκτώ· ἑτερογενὲς (17), ἑτεράριθμον (18), ἑτερόπτωτον (19), ἑτεροσχημάτιστον (20), ἑτερόχρονον (21), ἑτεροπρόσωπον (22), ἀποστροφὴ προσώπου (23), καὶ ἀντιστροφή (24). Τῶν τῆς διανοίας σχημάτων ἡ ἀποσιώπησις

ὅτι πάντα τὰ σχήματα κατὰ δ' γίνονται, ἤτοι *αἰτίας*, κατὰ ἔνδειαν, κατὰ πλεονασμόν, κατὰ μετάθεσιν, κατὰ ἐναλλαγήν, supplendum utique, κατὰ δ' τρόπους γίνονται, quia sequitur illud ἤτοι, quod sine hoc non consistit. Observandum amplius, quod quæ in Scriptore illo sequuntur, ad verbum omnia conveniant cum nostro, adeoque dubium vix esse patiantur, quin ex eo noster hauserit. Ex quo id consequi videtur, quod is anonymus non sit alius, quam Tiberius ille, de quo supra quærebatur. Sed hoc melius perspicient, qui ms. Venetum cum his conferent. Sive autem hic, sive alius, sit, Christianum fuisse necesse est, cum citet Apostolum, dicatque ὡς ὁ θεῖος ἀπόστολός φησι.

esse, quam quod vulgo *Prolepsis*, Latinis *occupatio* vocatur.

B (16) *Προεπίζευξις.* Alia est figura, quam quæ vulgo dicitur ἐπίζευξις, et fit, cum inter duo aut plura nomina interseritur verbum, quod servari alias solet in fine. Consule prædictum auctorem, quæ figuræ hujus hoc dat exemplum: Ὁ δεῖνα ἐποίησε· καὶ ὁ δεῖνα, ἢ ὁ δεῖνα, ἢ ὁ δεῖνα, γενναῖοί εἰσι, καὶ ὁ δεῖνα. Vitiosa est scriptura et primo sic distinguenda: Ὁ δεῖνα ἐποίησε, καὶ ὁ δεῖνα. Deinde alterum ἢ ὁ δεῖνα ut superfluum delendum, quanquam etiam retineri possit. Sensus est: *Hic fecit, et hic. Hic aut ille gnari sunt, et iste.*

(10) Ἀπὸ κοινοῦ. Definit hanc figuram, ut omnes reliquas, prælictus auctor, istis verbis: Ἀπὸ κοινοῦ ἐστι λέξις ἅπαξ μὲν λεγομένη, πολλάκις δὲ νοουμένη καὶ συντασσομένη. *Cum una vox semel quidem ponitur, sæpius autem subintelligenda, et ex priori repetenda est.* Ita e. g. *Ad hæc, quæ visum est, Cæsar respondit,* exple; *quæ visum est respondere.* Agunt de hac figura Grammatici.

(11) Δίπλωσις. Vulgo ἀναδίπλωσις. Non enim aliam intelligere cum ea definitione apud dictum auctorem comperimus etiam ex eo, quia quam ante δίπλωσιν, eamdem mox ἀναδίπλωσιν appellat. Latinis est *reduplicatio.*

(12) Ἐπανάδοσις. Est ea ipsa, quæ vulgo ἐπάνοδος ex prædictis argumentis colligimus.

(13) Ἐπίφρασις. Est periphraseos genus. Auctor anonymus. Περίφρασίς ἐστι λόγος τινὶ ἢ τισιν ἐξαιρέτως ἐπιφωνούμενος, ὃ δι' ἧς γίνεται. Προτασσομένου γὰρ τοῦ ὀνόματος κατ' ἐξοχὴν λέγεται· ὡς ἵνα εἴπω ὁ δεῖνα ὁ σχολαστικὸς ἦλθε, καὶ ὅλος ὁ φόρος. Ὑποτασσομένου δὲ ἰδίως ἐπίφρασις· οἷον ὅλος ὁ φόρος ἦλθε, καὶ ὁ δεῖνα ὁ σχολαστικός. Tota ergo differentiæ inter paraphrasin et epiphrasin ratio ea est, quod in illa quidem figuratum præponatur, in hac postponatur non figurato, sicut iste auctor vult.

(14) Ἐπίτασις. Puto non aliud intelligere genus, quam quod alias ἐπίθετον Græce, Latine *appositum* vocatur, sive *additum ad nomen.* Auctor prædictus sic definit: Ἐπίτασίς ἐστιν ἐπιμονῆς μὲν εἴδος, οὐκ ἐπίσης δὲ δηλοῦν τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ἐξαλλαγὴν ἔχον ἐπὶ τὸ μεῖζον· ὡς ἵνα εἴπω περὶ εὐσωματοῦντος διαλεγόμενος καὶ μεγάλου, ὅτι κίων ἐστὶ τῷ μεγέθει, ὅτι ὄρος ἐστίν. *Epitasis est species quidem epimones, quæ tamen non æqualiter exponit factum aut rem, sed eam attollit in majus continens exallagen. Ut cum quis de corpulento et procero loquens appellet eum propter magnitudinem columnam, vel montem.* Sane aut parum, aut nihil differt.

(15) *Πρόληψις αἰτίας.* Sic plane appellat sæpe laudatus Scholiastes, sive is ipse est Tiberius, sive alius, de quo nil pronuntiamus. Definit autem Παρεμβολὴν τῆς προφάσεως· ὧν ἐροῦμεν, ἐν μέσῳ τῆς ἀρχῆς τοῦ λόγου ἐκ τῆς ἀρχῆς τοῦ λόγου, καὶ αὐτῶν οἷον, Ἑταῖρε πάντα ἔχεις, σῖτον, οἶνον, ἔλαιον, μὴ κλέψῃς, μὴ καταγνωσθῇς. Patet, aliud quid

(16) *Προεπίζευξις.* Alia est figura, quam quæ vulgo dicitur ἐπίζευξις, et fit, cum inter duo aut plura nomina interseritur verbum, quod servari alias solet in finem. Consule prædictum auctorem, quæ figuræ hujus hoc dat exemplum: Ὁ δεῖνα ἐποίησε· καὶ ὁ δεῖνα, ἢ ὁ δεῖνα, ἢ ὁ δεῖνα, γενναῖοί εἰσι, καὶ ὁ δεῖνα. Vitiosa est scriptura et primo sic distinguenda: Ὁ δεῖνα ἐποίησε, καὶ ὁ δεῖνα. Deinde alterum ἢ ὁ δεῖνα ut superfluum delendum, quanquam etiam retineri possit. Sensus est: *Hic fecit, et hic. Hic aut ille gnari sunt, et iste.*

(17) Ἑτερογενές. Fit, cum ab uno genere transimus in aliud, nec dissimile est figuræ, quam vocant *enallagen generis*, quanquam potius sit ellipsis nominis, quod subintellectum respondet genere diverso apposito adjectivo. Exemplum auctor dictus dat hujusmodi, τὰ παρὰ θάλασσαν φοβερά ἐστιν, ἐρημίαι οὖσαι. Figura est grammatica.

(18) Ἑτεράριθμον. Quando singularis ponitur C pro plurali. Grammatici hanc enallagen numeri vocare solent. In Anonymo figuræ hujus exemplum est ejusmodi, τὰ παιδία παίζουσι, καὶ πίπτουσι. In quo nihil video figuræ huic convenire. Fortasse scribendum est παίζει καὶ πίπτει.

(19) Ἑτερόπτωτον. Antiptosin vel enallagen casuum appellare quidam solent. Exemplum ejus tale profertur: Ἄρχει τῆς πόλεως, ἀντὶ τοῦ, ἄρχει τῇ πόλει *imperat urbis* pro *imperat urbi.* Pertinet et hæc figura ad grammaticam doctrinam.

(20) Ἑτεροσχημάτιστον. Cum verbum mutatur in participium. Exemplum dat anonymus ejusmodi: Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, Ἐπειδὴ ἔτρεχεν ὁ δεῖνα (sic legendum, non ὀδεῖνα, ut est in Aldina) τόδε ἐγένετο, εἶπω, Τρέχων τόδε ἐγένετο. Ipsum vide. Est autem, et hæc ex grammaticis figuris.

(21) Ἑτερόχρονον. Cum tempus verbi unum mutatur in aliud.

(22) Ἑτεροπρόσωπον. Cum personam aliam D introducimus loquentem ea, quorum ipsi sumus auctores. Anonymus exempla hæc proponit: Πάντες Αἰγύπτιοι τόδε λέγουσι περὶ ὑμῶν. Θηβαῖοι; εὑρὼν ἀτακτοῦντας, τόδε καὶ τόδε εἶπον. H. e. *Omnes Ægyptii hæc de vobis loquuntur,* nempe quæ subjicienda sunt, et hic debent subintelligi.

(23) Ἀποστροφὴ προσώπου. Referri et hanc inter figuras dictionis cum a nostro, tum ab Anonymo, notandum. Putabat Vossius Hermogenem hoc solum facere. Cur autem inter hoc genus referatur, causa est, quia quod aliis dici præstasset in tertia, sic in secunda dicitur persona. Vid. Sturmium, cap. 22, *De elocut.* Etiam illud hic non plane prætereundum, quod quam noster et Scholiastes in expositione appellant ἀποστροφὴν προσώπου, illam Scholiastes idem in enumeratione figurarum penitus omittat, ut proinde nomen ejus ex his eo loco restituendum videatur.

(24) Ἀντιστροφή. Cum dictionum significatus et usus invertitur. Exemplum tale dat Scholia-

Digitized by Google

καὶ ὁ ἐπιτροχασμὸς (25) τῆς ἐνδείας εἰσί· πλεονασμοῦ δὲ ἓξ εἰσι σχήματα· προδιόρθωσις (26) ἐπιδιόρθωσις (27), προκατάληψις (28), παράληψις (29), διατύπωσις, ἐπιμονή (30).

Δεῖ δὲ σημειώσασθαι, ὅτι τούτων τῶν σχημάτων (31) τῶν τῆς διανοίας, τῶν κατὰ πλεονασμὸν οὐδὲν ἐμπίπτει τοῖς ἀπὸ τῆς λέξεως, πλὴν τοῦ καλουμένου πλεονασμοῦ ἤτοι ταυτολογίας· καὶ τῶν κατὰ ἔνδειαν ἓν μόνον εἶδος ἐμπίπτει, ἡ ἔλλειψις. Κατὰ δὲ μετάθεσιν πάλιν ἓξ εἰσι (32) τὰ τῆς διανοίας σχήματα· προσωποποιία, ἠθοποιία (33), μικτὸν (34), ἐρώτησις, πεῦσις (35), ἀπόκρισις (36). Κατὰ ἐναλλαγὴν δὲ σχήματα τῆς διανοίας τέσσαρα· εἰρωνεία, διαπόρησις (37), διασυρμὸς, καὶ ἀποστροφή· τοσαῦτα μὲν περὶ σχημάτων ῥητορικῶν. A

Ἐπεὶ δέ ἐστι τὸν οὕτως ῥητορεύειν ἐθέλοντα εἰδέναι χρῆσθαι μεθόδῳ δεινότητος (38), ἤτοι οἰκονομίᾳ ἐπιτηδειότητος τεχνικῆς, καὶ πάντα γράφειν δεόντως καὶ προσφυῶς, ἀλλὰ μὴ παραληρεῖν τε καὶ φύρειν τοὺς λόγους εἰδὼς ἀκριβῶς διδάσκειν δεινότητα. ἀλλ' οὐ κατ' Ἑρμογένην ὑποσχεθέντα διδάξαι δεδυνημένον, μηδαμοῦ περιπατοῦν τὴν ὑπόσχεσιν, προσποιησάμενον νενοσηκέναι τὸν λήθαργον (39). B

Δεινότητος μέθοδός ἐστι τὸ εἰδέναι πᾶσι χρῆσθαι

Indicandum autem est, quod harum figurarum, quæ sunt sententiæ per abundantiam nulla cadat in eas, quæ sunt dictionis, excepta ea, quæ vocatur pleonasmus, aut tautologia, ex iis quoque, quæ per defectum una tantum cadat species, nempe ellipsis. Per transpositionem vero iterum sex sunt figuræ sententiæ, prosopopœia, ethopœia, micton, erotesis, peusis, apocrisis. Per immutationem denique figuræ sententiæ sunt quatuor, ironia, diaporisis diasyrmus, et apostrophe. Ac tantum quidem de figuris rhetoricis.

Post qui cupit tradere eloquentiam, eum oportet scire uti methodo facultatis et structura artis idonea, omniaque scribere decenter atque convenienter, nec nugari, aut oratione uti turpi, ut qui sciat accurate docere facultatem, nec secundum Hermogenem, doctrinam tantum possit promittere, promissa vero nunquam implere, simulando morbum oblivionis.

Est autem methodus facultatis, scire uti omni-

ses : Ἠχῶν ἐπέσασα, ἀντὶ τοῦ, Πεῤῥῶν ἦχησα. Sic Aldina. Verum vitiose ; scribendum ἐπέσησα, vel ἐπέσασα. Sensus : *Frangens cecidi, pro cadens fregi.*

(25) *Ἐπιτροχασμός.* Mentionem figuræ hujus facit quoque Aquila Romanus, verum noster aliter usurpat, ut ex auctore ejus intelligimus, quem dixi esse Scholiastem sæpe nominatum. Is enim ita : Ἐπιτροχασμός ἐστιν ὀνομασία πραγμάτων κατὰ μόνην ἀπαρίθμησιν γενομένη, ἄνευ τῆς περὶ αὐτῶν διηγήσεως, ὡς ἵνα τις αἰτιώμενός τινα ὡς πολλὰ κακὰ πεποιηκότα ἀναριθμήσηται αὐτὰ λέγων· Τόδε καὶ τόδε πέπρακταί σοι· τὸ δὲ πῶς μὴ λέγω. Exemplum quod hic adducit, Latine ita sonat : *Hoc et illud tu fecisti, et quomodo, non dico.* Patet omnino differre, nisi dicamus per illam ipsam velocitatem narrationis diversarum rerum, hic intelligendam esse simplicem earum nominationem, absque expositione earum. C

(26) *Προδιόρθωσις.* De hac vide Aquilam Romanum. Exemplum ejus Scholiastes tale profert : Ἵνα διηγούμενός τινι ξένον πρᾶγμα προθεραπεύσω λέγων, ὅτι θαυμάσεις μὲν ἀκούων καὶ ἴσως ἀπιστήσεις εἰ γέγονε τὸ πρᾶγμα· ὁ δεῖνα δὲ τόδε ἐποίησεν. Est quasi mitigatio sequentium. Adde Alexandrum Sophist.

(27) *Ἐπιδιόρθωσις.* Figura præcedenti opposita, cum talis mitigatio postponitur. Meminit ejus præter Scholiastem etiam Hermogenes, *De inv.* lib. IV, c. 12. Latini non distinguunt, sed genus utrumque *correctionem* appellare solent. Adde Alexandrum.

(28) *Προκατάληψις.* De hac consule Julium Rufinianum, qui Latine ait hanc figuram dici *præceptionem* seu *anticipationem*, fierique, cum ultro afferimus et defendimus, quæ contra nos adversarius dicere posse videbatur. Solet alias et hæc *prolepsis* a quibusdam nominari.

(29) *Παράληψις.* Nota hæc figura. Sed eam noster paulo aliter usurpat, quam ut solet vulgo : nempe ut significet ὑποσιώπησιν. Ita enim Scholiastes, ex quo sua noster habet : Παράληψις δὲ ἤτοι ὑποσιώπησίς ἐστι, etc. Est autem ὑποσιώπησις, quando quod odiosum est, non dicimus, sed obscure ac per ambages potius innuimus, ut exponit Ulpianus Rhetor. Vide Voss. Inst. Orat. lib. V, cap. 6, § 5.

(30) *Ἐπιμονή.* Nota et hæc. Vocant quoque ἐξεργασίαν. ex Latinis aliqui *congeriem.* Vide Sturmium *De elocut.* cap. 34.

(31) *Τούτων τῶν σχημάτων.* Habet etiam hoc dictus sæpe Scholiastes, ut vix dubium sit, esse vel Tiberium, vel Phœbamonem. Cæterum apud ipsum legitur τούτων σχημάτων omisso articulo, et mox οὐδὲ ἓν συνεμπίπτει. Typographine culpa, an quod ita ipse scripserit haud dixerim.

(32) *Πάλιν ἓξ εἰσι.* Perperam in dicto auctore ἓξείσι conjunctim, spirituque contrario : quod idcirco corrigendum est ex nostro.

(33) *Προσωποποιία ἠθοποιία.* De utraque figura, et unius differentia ab altera, vide Aquilam Romanum, præter alios Rhet.

(34) *Μικτόν.* Quale intelligatur genus nec aliunde cognosco, nec ex Scholiaste, qui hac parte non modo valde corruptus, sed multis quoque locis laceratus est. Puto autem illud esse, cum utraque figura præcedens jungitur, unaque cum altera miscetur. Hujusmodi est oratio duplex una mentis accusantis corpus, altera corporis accusantis mentem Gregorii Palamæ, archiepiscopi Thessalonicensis, quam idcirco χαρακτῆρι μικτῷ scriptam dici existimo. D

(35) *Πεῦσις.* Habent pro eadem figura hanc et præcedentem rhetores. At noster distinguit, quod est observandum. Scholiastes : Διαφέρουσι δὲ ταῦτα τῆς ἐρωτήσεως καὶ τῆς πεύσεως (sic scribendum est, non πέψεως, ut Aldina habet) ὅτι αὐτοῖς κατὰ ἀνάγκην ἀποκρίσεως περιτίθεμεν οἷς βουλόμεθα λόγοις. Cætera manca sunt. Itaque quid velit, non satis video : forte hoc, quod in ἐρωτήσει necesse erit subdi responsionem, in πεῦσι non sit.

(36) *Ἀπόκρισις.* In eodem est ἀποποίησις, sed ex nostro censeo corrigendum.

(37) *Διαπόρησις.* Apud dictum auctorem et sic, et cum geminata littera διαπόῤῥησις reperitur. Definit eam ζητήσεως προσποίησιν. Aquila Romanus Latine explicat *addubitationem*, quem vide. Vocatur quoque ἀπορία. Vide Vossium in Institutionibus orator.

(38) *Μεθόδῳ δεινότητος.* Revertitur noster iterum ad Hermogenem, cujus exstat liber singularis sub hoc titulo.

(39) *Νενοσηκέναι τὸν λήθαργον.* Invehitur noster in Hermogenem, tanquam plus promisisset, quam posset præstare cum susciperet περὶ δεινότητος scribere ; ideoque ut sub speciosiori excu-

Digitized by Google

bus, ubicunque conveniens est, præmiis, narrationibus, contentionibus, conclusionibus. Quibus ideis, in quo genere orationis, quibus sententiis, methodis, dictionibus, figuris, reliquisque, ut et qua in persona et re. Scire namque oportet, quæ sint horum differentiæ, convenientesque eis adhibendæ orationes, docendumque probe accurateque proœmium quod, et ubi, et quomodo, et quale adhiberi par sit, et quousque extendi debeat, item ubi unum, aut duo, aut plura exordia usurpanda, et ubi plane non, rursum ubi utile adhibere constitutionem narrationis et narrationem, et ubi non modo non constituere, sed nec narrare, verum præteritione ac reticentia ad finem decurrere. Sicut et Geometra ex iis quæ de Sardibus scribit, videtur horum non fuisse imperitus, ut et alius aliquis ex oratorum choro clarus. Ad hæc, cui sit conveniens uti contentione, et quomodo, et quousque et cui non, et cui epilogo non uti, item quibus figuris, in quo genere ac parte orationis conveniat uti, tenes hæc accurate propter oratores falsos (non nunc fori purgamenta loquor), insolentes protervosque, qui etiam cœlo se superiores arbitrantur, cum tamen eos etiam pueri traducant.

Cæterum quandoquidem a progymnasmatibus usque ad facultatis methodum omnem artem Rhetoricam proposuimus, age, etiam ejus aliquas tradamus definitiones vobis, addentes simul pauca quæ-

A οὗπερ δεῖ, προοιμίοις, διηγήσεσιν, ἀγῶσι, καὶ ἐπιλόγοις· ποίαις ἰδέαις, ἐν ποίῳ εἴδει τοῦ λόγου, καὶ ποίαις ἐννοίαις, μεθόδοις, λέξεσι, σχήμασι καὶ ἐν ποίῳ δὲ προσώπῳ καὶ πράγματι. Δεῖ γὰρ εἰδέναι τὰς τούτων διαφορὰς, καὶ προσφυεῖς τοὺς λόγους εἰσάγειν. Ταῦτα διδάσκειν εἰδὼς ἀκριβῶς προοίμιον ὅτε, καὶ ὅπου, καὶ ὅπως, καὶ οἷον εἴθεσθαι δέον, καὶ μέχρις ὅπου δέον πλατύνεσθαι, καὶ οὗ ἑνὶ, καὶ δυσὶ (40), καὶ πλείοσι προοιμίοις χρηστέον, καὶ οὗ μηδαμῶς, καὶ οὗ χρεὼν χρῆσθαι προκαταστάσει (41), καὶ διηγήσει, καὶ οὗ μὴ μόνον οὐ διασκευάσαι (42), ἀλλὰ μηδὲ διηγήσασθαι (43)· παραλείψει δὲ καὶ ἀποσιωπήσει τελείᾳ παραδραμεῖν κἂν ὁ γεωμέτρης (44) ἐξ ὧν κατὰ τοῦ Σάρδεων γράφει ἐφάνη τοῦτο οὐκ ἐγνωκὼς, καὶ λοιπὸς ἄλλος (45) χορὸς
B ῥητόρων διωνύμως. Πρὸς τούτοις καὶ οὐ δέον ἐστὶν ἀγωνίσασθαι, καὶ ὅπως καὶ μέχρι πόσου, καὶ οὗ μηδαμῶς (46), καὶ οὗ μὴ ἐπιλογίσασθαι, καὶ οἷοις σχήμασιν ἐν οἵῳ εἴδει καὶ μέρει τοῦ λόγου χρῆσθαι χρεών, εἰδὼς ἀκριβῶς διὰ τοὺς ψευδορήτορας, νῦν οὐκ ἐρῶ τὰ ἀγοραῖα καθάρματα (47), τοὺς κατειλημένους καὶ βδελυροὺς, οἳ καὶ τοῦ αἰθέρος (48) αὐτοὺς ὑπερτέρους εἶναι νομίζουσι, μειρακυλλίοις (49) ἀμούσως περιθρυλλούμενοι.

Ἀλλ' ἐκ προγυμνασμάτων (50) μέχρι καὶ τῆς περὶ μεθόδου δεινότητος τὴν πᾶσαν ῥητορικὴν προδιδάσαντες δύναμιν, φέρε καὶ τούτων τινὰς ὁρισμοὺς ὑμῖν παραδόντες, καί τινα ἕτερα, βραχέα πρὸς τού-

satione cœptum relinqueret inconfectum, simulasset morbum oblivionis. Respexit ad repentinum Hermogenis morbum, aut subitam oblivionem, de qua qui scire vole', Suidam legat in ipsius Vita. Cæterum qua fronte hoc noster faciat, non video, nisi quatenus commune est Græculis, nugari, et per mutua convitia velle inclarescere.

(40) *Ἑνὶ, καὶ δυσὶ, καὶ πλείοσι.* Puta in media non nunquam oratione, quibus via paratur ad sequentia, et interim auditor veluti reficitur. Hæc intelligit exordia per illa δυσὶ καὶ πλείοσι. Vid. Vossium *Inst. Or.* lib. III, cap. 2, § 2.

(41) *Προκαταστάσει.* De qua Hermog. lib. II, de *Invent.* c. 1, ubi alias vel ὑποδιήγησιν docet appellari, nempe quia quæ recentioribus διήγησις, ea priscis etiam κατάστασις, ut Sturmius testatur. Est autem præparatio quædam per expositionem personarum ad majorem fidem facti, quod narrandum est. Vide Vossium. *Inst.* III, cap. 3 § 3, exemplum est in Verrina sexta.

(42) *Διασκευάσαι.* Videtur hoc membrum opponere priori ac si διασκευάσαι usurpare pro προκαταστῆσαι. Alias διασκευὴ si in narratione consideratur, aliud quid, quam προκατάστασις, nec tam pars ejus, quam species, ut ex Fortunatiano discimus, qui l. II, definit eam, *quæ res gestas non tam docet, quam exaggerat.*

(43) *Μηδὲ διηγήσασθαι.* Hæc, et quæ sequuntur, corrupta mihi, et mutila videntur. Sane sententia, et præcedens ἀλλὰ requirunt, ut post διηγήσασθαι colon, uti vocant, ponatur, non punctum majus, eique connectantur sequentia, usque ad παραδραμεῖν, quod majori puncto a reliquis separandum.

(44) *Ὁ γεωμέτρης.* Locus obscurus, quis enim hic geometra iste? Num aliquem ex mathematicis veteribus intelligit? at quem? Num potius est nomen alicujus auctoris, sic ex officio seu munere, aut virtute singulari formati, sicut Joannis aut Saxonis

C Grammatici, Attei Philologi, Solini Polyhistor's, qui scripsit de Sardorum vel urbe, vel populo, nobis hodie incogniti? In hoc magis inclinem. Laudat enim et Joannem Geometram, auctorem Hymnorum quotumdam in Mariam Simlerus ex Catalogo biblioth. Vaticanæ.

(45) *Καὶ λοιπὸς ἄλλος.* Omnia hæc valde sunt obscura, nescio an non mutila. ego sane nil ex his elicio, quod mihi satisfaciat. Agent forte alii, qui libris melioribus erunt instructi.

(46) *Καὶ οὗ μηδαμῶς.* Scilicet ἀγωνίσασθαι, per quod non qualemcunque confirmationem, sed contentionem specialius sic dictam intelligit, quæ in pugna quadam cum adversario consistit. Hæc non in omnibus causis ac generibus est necessaria.

(47) *Τὰ ἀγοραῖα καθάρματα.* Sic appellat non tam oratores, quam causidicos et rabulas, fæcem fori, atque his opponit declamatores aut Sophistas ineptos in scholis.

C (48) *Οἳ καὶ τοῦ αἰθέρος.* Cum his omnibus, quæ prædicta sunt, promiscue, ac sine discrimine utuntur: ut qui cogitant, non tam quid dici debeat, quam quid possit, ut ex eo meliorem putant orationem, quo figuris, sententiis, acute dictis, ut ejusmodi magis abundat, sive utilia ea sint ac necessaria sive non sint.

(49) *Μειρακυλλίοις.* Qui prima etiam dicendi præcepta ex idoneis magistris perceperunt.

(50) *Ἐκ προγυμνασμάτων.* Sic appellat partes orationum. Nempe nihil aliud in progymnasmatibus agitur, quam ut quæ cujusque partis sit tractandi ratio in integra oratione, discatur. Huc enim pertinent narrationes, confirmationes, refutationes, laudationes, amplificationes, comparationes, et id genus. Eodem modo in sequentibus ῥητορικὸν προγύμνασμα nil aliud, quam exercitatio per singulas orationis partes, quarum ibi definitiones proponuntur. Quod vel ex ipsis definitionibus apparet.

Digitized by Google

τοὺς προσεπαιπόντες, μεγάλην τὴν λυσιτέλειαν περιέχειν δεδυνημένα τοῖς ῥητορεύειν ἐθέλουσι τεχνικῶς, τὸν τῶν ῥητορικῶν προεκθέσεων λόγον λοιπὸν καταπαύσωμεν. Ἀλλὰ τίνες μὲν ῥητορικῆς ὁρισμοὶ καὶ καθολικοῦ καὶ ῥητορικοῦ προγυμνάσματος, οἶδατε· στάσις δέ ἐστιν ἀμφισβήτησις λογικὴ καὶ ἐκ μιᾶς φράσεως (51) χαρακτηριζομένη τῶν ἐν τῷ πολιτικῷ ζητήματι (52) κειμένων, καθ' ἣν ἡ διαίρεσις (53) γίγνεται τῶν κεφαλαίων τῶν εἰς πίστιν κομιζομένων. Εὕρεσίς ἐστιν ἐπίνοια νοημάτων (54) ἁρμοδίων τῷ ὑποκειμένῳ πράγματι. Καὶ ἄλλως νοημάτων καὶ ἐπιχειρημάτων περιέχων εὐπορίαν ἁρμοδίων τῷ ὑποκειμένῳ πράγματι. Ἰδέα (55) ἐστὶ ποιότης λόγου ἁρμόδιος τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις τε καὶ πράγμασι κατά τε ἔννοιαν (56), καὶ λέξιν καὶ τὴν ὅλην τῆς ἁρμονίας διαπλοκήν (57). Μέθοδός (58) ἐστι διοίκησις καὶ ποιὸς σχηματισμὸς ἐξαιρέτως περὶ τὴν ἔννοιαν, καὶ τἆλλα· ἡ τάξις εὐτακτος πρὸς τὸ οἰκεῖον συμφέρον οἰκονομουμένη. Καὶ ἄλλως μέθοδός ἐστι τρόπος ἐπιστημονικὸς (59) τοῦ πῶς δεῖ τὰ νοήματα ἐξάγειν· διὰ ποίων πτώσεων, ἐγκλίσεων, διαθέσεων, σχημάτων, προσώπων, καὶ τῶν ὁμοίων, πόρρωθεν ἄρχεσθαι ἢ ἐγγύθεν, ἐπεικῶς ἢ παρρησίᾳ. Κατὰ ποῖον πάθος καὶ ἦθος, καὶ καθ' ὅσους τρόπους ἡ φύσις τὴν φωνὴν (60) προΐσχεται. Προοίμιόν ἐστι λόγος παρασκευάζων (61) τὸν ἀκροατὴν εἰς ὑποδοχὴν τῆς ὑποθέσεως καὶ οἰκεῖος τὸν ὑποκείμενον λόγον διατιθείς (62). Διήγησίς

dam alia, quæ possunt magnam afferre utilitatem illis, qui secundum artem sectari volunt eloquentiam, reliquarum regularum Rhetoricarum traditionem faciemus missam. Sed primum quasdam Rhetoricæ in universum et Rhetoricæ exercitationis videte definitiones. Status est controversia rationabilis, et ex una locutione formata eorum, quæ sunt in quæstione civili, secundum quam divisio capitum instituitur, quæ ad fidem faciendam adducuntur. Inventio est excogitatio noëmatum aptorum rei subjectæ; item aliter: noematum et epicheirematum, subjecto negotio congruentium, copiam in se comprehendens. Idea est qualitas orationis, conveniens personis et negotiis subjectis, secundum sententiam et dictionem et totum harmoniæ contextum. Methodus est administratio et quædam quasi figuratio singularis sententiæ et aliorum, vel, est ordo conveniens ad utilitatem certam constructus. Item aliter: Methodus est ratio artificialis, qua oporteat noemata adducere, per quales casus, declinationes, dispositiones, figuras, personas, et similia, num a remotis exordiri, an ex propinquis per insimulationem, an aperte; quo animi motu, quibus moribus, et secundum quos modos natura vocem exigit. Exordium est oratio, præparans auditorem ad probationem causæ, et commode orationem subjectam disponens. Narratio est expositio rerum in causa, vel res ipsa, ex qua causa constat. Contentio est

(51) Ἐκ μιᾶς φράσεως. Ut: *Occidisti Clodium, Milo*, est intentio adversarii. Respondet ipse per ἀντιπροβολὴν seu depulsionem: *Occidi, sed recte.* Ex hac φράσει oritur status a parte Milonis: *Milo recte occidit Clodium.* Hic enim velut consistit, et pugnat cum accusatore, allatis argumentis velut armis, quibus monstret, se recte Clodium occidisse.

(52) Ἐν τῷ πολιτικῷ ζητήματι. Quod conjunctum est cum statu, et respicit utramque partem, ut in præcedenti exemplo, *an Milo recte Clodium interfecerit?* Porro quæstionem hanc Hermogenes definit ita, quod sit Ἀμφισβήτησις λογικὴ ἐπὶ μέρους, ἐκ τῶν παρ' ἑκάστοις κειμένων νόμων ἢ ἐθῶν, περὶ τοῦ νομισθέντος δικαίου, ἢ τοῦ καλοῦ ἢ τοῦ συμφέροντος, ἢ καὶ πάντων ἅμα, ἢ τινων. *Controversia in disserendo posita, sive ratione dicendi expedienda rei finitæ et singularis ex unius cujusque populi constitutis legibus aut moribus, de eo, quod videtur esse, aut justum, aut utile: de his vel omnibus vel aliqua eorum parte.* Vocatur autem ζήτημα πολιτικὸν, aut quæstio civilis, in respectu ad ζητήματα φυσικὰ et λογικά. Adde Cassiod. p. m. 336; Sulp. Victorem, p. 240.

(53) Ἡ διαίρεσις. Prout enim status est, ita et κεφάλαια adducuntur seu argumenta, vel a re desumpta, vel a persona. Unde Hermogenes lib. I, part. cap. 1, Ἀμφισβήτησιν τοῖς ἐπιγνοῦσι, ῥᾴδιον ἤδη τὰς διαιρέσεις συνιδεῖν τὰς εἰς τὰ κεφάλαια τῶν ζητημάτων. *Quæstionem si qui teneant, facile deinceps erit partitiones simul intelligere, quæ applicantur capitibus.*

(54) Νοημάτων. Addit mox καὶ ἐπιχειρημάτων. Vulgo de noëmatis nil hic loquuntur. Intelligit autem noster per noëmata, quæ Hermogeni etiam ἔννοιαι, hoc est pronuntiata quacunque forma, et de re quacunque: quæ sunt veluti materia idearum, et ad elocutionem alias referuntur. Ex quo putes Nostrum statuisse, inventionem non

ad argumenta tantum pertinere, sed et verba elocutionemque.

(55) Ἰδέα. De quibus vide, quæ notavi supra.

(56) Κατά τε ἔννοιαν. Non tam externam sententiarum intelligit formam, quam res sub eis comprehensas. Vult, ideam duo ante omnia respicere, res et verba.

(57) Ἁρμονίας διαπλοκήν. Hoc tertium est, quod Idea requirit, nempe ut res et verba decentia, decenter per omnes orationis partes proponantur, secundum ista septem, quæ in ideis singulis alia aliaque pro diversitate earum Hermogenes requirit.

(58) Μέθοδος. Non eam hic intelligit, quæ est pars ideæ, verum illam, quam in præcedentibus cum addito vocavit μέθοδον δεινότητος.

(59) Τρόπος ἐπιστημονικός. Habet ista omnia ex Hermogenis lib. II *De Ideis*, cap. 9, quo tamen loco Hermogenes non per ἐπιστημονικόν τι exponit, sed per χρῆσιν ὀρθὴν πάντων εἰδῶν, *rectum usum omnium idearum*. Sed nempe nemo uti potest, nisi qui sciat uti. Igitur et ipse Hermogenes in sequentibus; Ἔστι δὲ τοῦτο μεγάλης καὶ τελεωτάτης ἐπιστήμης, οἶμαι, τὸ χρῆσθαι τοῖς καιροῖς, εἰδέναι τε καὶ δύνασθαι.

(60) Τὴν φωνήν. De hac nihil Hermogenes: ratio, quia δεινότης pertinet ad elocutionem: at φωνὴ in Actione seu pronuntiatione consideranda. Puto hoc nostrum addidisse de suo, absque judicio et causa.

(61) Λόγος παρασκευάζων. Ita Scholiastes Aphthonii, ut testatur Voss. *Inst. or.* lib. III, c. 2, § 2; et Cicero, I *Rhet.* v. Victorinum.

(62) Διατιθείς. Exordii officium esse, ut orationem disponat, non memini me alias legere. Forsitan respexit eo noster, quod partitio interdum præmitti solet narrationi. Sed hoc rarum est, nec ideo pars exordii vocari potest. Deinde etiam διάθεσιν partitionem dici non existimo. Puto aliquid

Digitized by Google

confirmatio et probatio nostrorum capitum, refutatio vero eorum, quæ sunt adversarii, facta per epicheiremata, tractationes, et enthymemata. Caput est pars orationis, demonstrationem continens propositi negotii, ex noematis et epicheirematis composita. Epicheirema est inventum, quod præparat propositam quæstionem, vel, ratio exterius assumpta ad probationem eorum circa quæ versamur. Tractatio est comparatio rei alicujus ad subjectum epicheirema. Enthymema est syllogismus rhetoricus contortus, imperfectus. Et aliter : allati epicheirematis conclusio. Epenthymema vero est in uno eodemque problemate dupliciter conjuncta dilatatio, vim ulteriorem concilians enthymemati. Epilogus seu conclusio est oratio post prædictas demonstrationes, collectionem rerum, morum, et affectuum complectens, vel, augmentum et viseorum, quibuscum pugnavimus, nam et aliter millies prædicta omnia definiuntur. Sed omittenda sunt, quæ supervacua.

Α ἐστιν ἔκθεσις τῶν ἐν τῇ ὑποθέσει *πραγμάτων*, ἢ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα (63), ἐξ οὗ συνέστηκεν ἡ ὑπόθεσις. Ἀγών ἐστι πίστις καὶ ἀπόδειξις τῶν οἰκείων κεφαλαίων, λύσις δὲ τῶν τοῦ ἀντιδίκου δι' ἐπιχειρημάτων καὶ ἐργασιῶν καὶ ἐνθυμημάτων γιγνομένη. Κεφάλαιόν (64) ἐστι μέρος λόγου ἀπόδειξιν ἔχον τοῦ προκειμένου *πράγματος* (65) ἐκ νοημάτων (66) καὶ ἐπιχειρημάτων συγκείμενον. Ἐπιχείρημά ἐστιν ἐπινόημα, ὃ προκατασκευάζει τὸ προκείμενον ζήτημα, ἢ λόγος ἔξωθεν παραλαμβανόμενος (67) πρὸς ἀπόδειξιν τῶν ὑποκειμένων. Ἐργασία ἐστὶν ἀφομοίωσις (68) τινος πράγματος πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπιχείρημα. Ἐνθύμημά ἐστι συνεστραμμένος (69) ῥητορικὸς συλλογισμὸς ἀτελὴς (70)· καὶ ἄλλως, τὸ τοῦ προηγουμένου ἐπιχειρήματος συμπέρασμα (71). Β Ἐπενθύμημα (72) δέ ἐστιν ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ προβλήματι διπλῆ συγκριτικὴ ἐπίτασις, περιττοτέραν δριμύτητα χαριζομένη τῷ ἐνθυμήματι. Ἔπιλογός (73) ἐστι λόγος ἐπὶ προειρημέναις ταῖς ἀποδείξεσιν, ἀθροισμὸς πραγμάτων καὶ ἠθῶν καὶ παθῶν, περιέχων, ἢ αὔξησις καὶ δύναμις τῶν ἠγωνισμένων. Καὶ ἑτέρως δὲ μυριαχῶς τὰ προειρημένα πάντα ὁρίζονται. Ἀλλ' ἐκτέον τὰ περιττά.

deesse his verbis, ac οἰκείως εἰς τὸν ὑποκείμενον λόγον διατεθεὶς scribi oportere, ut διατεθεὶς referatur ad τὸν ἀκροατήν, non vero λόγον. Ita conveniret definitioni Cassiodori, qui *exordium* vocat *orationem, animum auditoris idonee comparantem, ad reliquam dictionem.*

(63) *Ἢ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα.* Quomodo narratio factum ipsum, et non potius ejus expositio aut declaratio? An per αὐτὸ τὸ πρᾶγμα narrationem intelligit nudam, per ἔκθεσιν obliquam, quæ aliquibus κατάστασις vocatur? Num potius respicit ea genera orationum, in quibus non proponitur narratio, sed factum velut notum per se intelligitur, sicque intellectum inservit loco narrationis?

(64) *Κεφάλαιον.* Quod sic absolute et κατ' ἐξοχὴν dicitur, non κεφάλαιον γενικώτατον. Id enim idem est, ac Status.

(65) *Τοῦ προκειμένου πράγματος.* De quo inter nos et adversarium est quæstio, quodque ille suo, nos nostro usui vel confirmamus vel refutamus. Igitur et Sopater *caput* definit, *quod continet propriam argumentationem et confirmationem ejusdem propositionis ab aliis diversam.* Vid. Hermog. lib. III *Invent.* c. 2, et ibi Sturm.

(66) *Νοημάτων.* Quæ hic differentia inter νοήματα et ἐπιχειρήματα? Constant sane epicheiremata ex noëmatis, seu sententiis et propositionibus, nec enim puto per νοήματα hic intelligere γνώμας ethicas aut politicas sub personis prolatas. Existimo, propositiones sive quæstiones intelligere, quæ per epicheiremata vel confirmantur, vel infirmantur, ut *Pericles reus est proditionis, quod fructus illius non vastasset Archidamus.* In hac controversia erit κεφάλαιον a parte Periclis, *necessarium est, ut proditæ patriæ testimonio quodam convincar.* Hoc ex mente nostri constabit ex duobus, primum νοήματι seu noëmate, quod nil erit aliud, quam simplex quædam propositio, quæ declaratur causa, cur sit necessarium, *Quia in omni re de qua controversia est, oportet testes producere.* Deinde ἐπιχειρήματι seu epicheremate, quo hoc probatur a suis circumstantiis, quia justum, quia æquum in persona tanti viri, et sic deinceps. Nisi quis per νόημα intelligendum putet illam ipsam propositionem primam in omni capite, quod fortasse melius, quia altera sæpe omittitur, statimque argumenta proferuntur, atque ita ἐπιχείρημα introducitur. Certe nihil aliud per νόημα, quam quid istiusmodi intelligendum hoc in loco, vel hoc docet, quod statim in sequentibus ἐπιχείρημα ἐπινόημα definitur, quasi quod noëma illud sequitur. Ut proinde id sit, quod Hermogeni ὁρισμὸς κεφαλαίου.

(67) *Ἔξωθεν παραλαμβανόμενος.* A circumstantiis nimirum sex; persona, re, loco, tempore, modo, causa, de quibus et Hermogenes lib. III *De Invent.* cap. 3, et noster infra in exemplis, quæ argumentum ejusmodi latissime instruunt, unde et epicheirema *latior ratiocinatio* vocatur. Cassiod. C *Epicherema est descendens de ratiocinatione latior excursio Rhetorici syllogismi, latitudine distans et productione sermonis a dialecticis syllogismis.* Neque aliud voluit Hermogenes prædicto libro, c. 6, quando dicit, ἡ γένεσις τῶν ἐπιχειρημάτων ἀπὸ περιστάσεως, quam quod noster ait.

(68) *Ἀφομοίωσις.* Quia consistit in allatione exemplorum ac comparationum cum reliquis aliis. Vid. Hermog. lib. III *Invent.* et nostrum infra in exemplis.

(69) *Συνεστραμμένος.* Propter vim, quæ ei inest. Pertinet autem hæc definitio ad omne genus argumenti Rhetorici, quod est efficacius ac robustius. Juvenalis quoque hoc respectu Sat. 6.

> ..... *curtum sermone rotato*
> *torquet enthymema....*

(70) *Ἀτελής.* Quia ei deest alterutra præmissa- D rum.

(71) *Συμπέρασμα.* Hoc sensu Hermogenes usurpat. Primo enim jubet poni κεφαλαίου πρότασιν, quam supra ὁρισμὸν et νόημα diximus appellari, propositionem argumenti, docendi gratia, dein ἐπιχείρημα ad confirmationem pertinens, mox ἐργασίαν seu tractationem aut expolitionem ad illustrationem et suavem commotionem, postremo ἐνθύμημα ad vim, quia in se habet acumen. Vid. ipsum lib. III *Invent.* cap. 7.

(72) *Ἐπενθύμημα.* Hermogenes prædicto loco sic definit : Ἐπενθύμημά ἐστι κυρίως ἐπὶ φθάνοντι ἐνθυμήματι ἕτερον ἐπινοούμενον ἐνθύμημα· *Epenthymema est ad propositum enthymema alterum enthymema, cogitatione adinventum.* Vide, quæ superius notavi.

(73) *Ἔπιλογος.* Est ipsissima Scholiastis Aphthonii definitio, quam explicat Vossius, *Inst.* lib. III, cap. 6, § 1. Habet noster plerasque definitiones suas ex eo auctore.

Digitized by Google

Ταῦτα κατὰ τὴν Ἑρμογένους τεχνολογίαν τὴν πᾶσαν ῥητορικὴν περιέχουσαν δύναμιν συνοπτικώτερον ἐξεθέμεθα, προσθέντες βραχέα τινὰ καὶ τοὺς ὁρισμούς. Φέρε δὴ κατὰ τὸν Θεοδέκτην Φασηλίτην (74), καὶ τὸν τεχνογράφον Μινουκίνην (75), ὃν Ἑρμογένης ὁ σοφιστὴς διασύρει (76), καίπερ τὴν πᾶσαν ῥητορικὴν δύναμιν (77) ἐκ τοῦδε καὶ τοῦ Ἀψίνου (78) σφετερισάμενος καὶ ὅμως οὐκ ἀκριβώσας εἰς τέλος (79), ἀλλὰ προσποιησάμενος νενοσηκέναι τὸν λήθαργον (80), ὡς ἂν μὴ τὸ περὶ μεθόδου δεινότητος γράφων, καταφανὴς Ἀψίνης φανείη, ὡς ἐν παραλήψεως σχήματι πάλιν ἐπιτομώτερον ταῦτα περιληψόμεθα. Μινουκιανὸς ὃν ἔφη ἐκεῖνος ὁ τεχνογράφος (81) φύσεως θείας μετεσχηκώς, καθάπερ πρὸ τούτου καὶ Θεοδέκτης, ὀλίγοις πάνυ τοῖς ῥήμασι τὴν πᾶσαν ῥητορικὴν περιέλαβε δύναμιν, εἰπὼν ἔργα ῥήτορος εἶναι εὕρεσιν, τάξιν, οἰκονομίαν (82), μνημοσύνην (83), ὑπόκρισιν, ἑρμη-

Hæc secundum Hermogenis artem, quæ omnem continet rhetoricam facultatem, compendiose exequuti sumus, addentes pauca quædam, et definitiones. Nunc age, et secundum Theodecten Phaselitam, et qui de Arte scripsit, Minucinem, quem Hermogenes Sophista ridet, quamvis omnem facultatem oratoriam ex eo et Apsine in usus suos convertat, nec perducat ad finem, sed simulet se incidisse in lethargum, ne librum de apta gravitate scribens manifestus Apsines appareat, veluti per figuram quamdam præteritionis adhuc brevius ea comprehendemus. Minucianus, quem laudat ille, qui de Arte scripsit, naturæ divinæ particeps, quemadmodum et ante ipsum Theodectes paucis omnino verbis omnem facultatem oratoriam complexus est, dicens, oratoris officia esse inventionem, ordinem, dispositionem, memoriam, pronuntiationem, elocutionem. Oportet enim oratorem, cujus ex tribus

(74) *Θεοδέκτην Φασηλίτην*. Fuit hic filius Aristandri, discipulus Isocratis, Platonis, et Aristotelis, ut refert Suidas, aut hujus ipsius filius ejusdem patriæ ac nominis, ambo enim oratoria præcepta edidere. Meminit illius etiam Plutarchus in Vita Isocrat. ubi et tragœdias scripsisse, et in via sacra sepultum esse ait. Quintilianus, lib. XI, cap. 2, ubi memoriam pene incredibilem testatur habuisse. Erythræus ait in Præfatione ad antiquos rhetores, Ciceronem hunc secutum esse in suis de hac arte libris.

(75) *Μινουκίνην*. Scribendum omnino Μινουκιανόν. De Minuciano autem dixi in præcedentibus. Exstant hodie Epicheiremata sub ejus nomine, sed illa vel junioris sunt, vel plane alterius alicujus.

(76) *Διασύρει*. Ubi hoc fiat, nescio, id scio, quod Minuciani nuspiam expresse mentio occurrat in iis, quæ ex Hermogene habemus. Puto conjecturam esse Nostri, adversus quam fortasse hoc ipsum dici posset, qui nimirum fiat, quod, cum pleraque ex Hermogene habeat, ipsum tamen et hoc, et locis aliis incessat traducatque?

(77) *Τὴν πᾶσαν ῥητορικὴν δύναμιν*. Observandum hoc est; quam autem vere id asseveret noster, dici nequit, quia opera Minuciani non habemus. Id subit mirari, quare cum ex illo sua hauserit Hermogenes, hunc potius noster sequi maluerit, quam istum? Videor nescio quid Græcæ nugacitatis ac invidiæ in hoc et præcedenti loco observare.

(78) *Ἀψίνου*. Suidas mentionem facit duorum hujus nominis, quorum unus Atheniensis, pater Onasimi, qui filium habuit Apsinem juniorem. Alter Gadareus, qui fuit discipulus Heraclidis Licii. Ut sic tres fuerint, proditi a Suida, Athenienses duo, pater et filius, et Gadareus unus. Ex his neuter intelligi posse hoc loco videtur. Nam Atheniensis ille prior vixit longe post ætatem Hermogenis, quod constat ex eo, quia Onasimus vixit tempore Constantini, uti supra diximus. Adhuc recentior fuit posterior, ut ejus nepos. Gadareus quoque aliquanto post Hermogenem floruit, quod colligitur inde, quia Heraclides Licius, cujus dicitur fuisse discipulus, vixit temporibus Severi, uti ex Philostrato apparet. Quare sequitur, ut aut præter istos tres sit alius quartus Suidæ non memoratus, omnibus illis vetustior, aut noster hoc in loco somniaverit. Exstat hodie Ἀψίνου τέχνη ῥητορικὴ ab Aldo edita cum quibusdam aliis rhetoribus Græcis, qui quis sit, et an unus ex prædictis, parum constat. Vossius in Institutionibus Atheniensi juniori tribuit. *Apsines junior*, inquit lib. III, cap. 1, § 2, *qui in arte sua quædam facultati oratoriæ adjicere voluit*. Sed fallitur Vossius, ut puto, filiumque Atheniensis ejus miscet cum Gadareo, forte quia apud Simlerum sequebatur. Simlerus certe non ipsi, sed Gadareo tribuit, qui Atheniensi utroque fuit antiquior, ut jam dictum est. Quod probabilius etiam ex eo, quia Basilici hic Gadareus dicitur fuisse discipulus, quem Aldinus ille statim ab initio artis suæ magnopere commendat, et appellat divinum. Ὁ δέ τοι θεῖος Βασιλικὸς κἀκεῖνο προσέθηκε, inquit, atque ita Simlerianam conjecturam firmat.

(79) *Οὐκ ἀκριβώσας εἰς τέλος*. Nam liber περὶ δεινότητος absolutus non putatur. Itaque et Gaspar Laurentius pluribus locis omissa scribit exempla, reliquamque expositionem.

(80) *Τὸν λήθαργον*. Dixi supra de hac re. Apparet autem Græculi libido traducendi, qui non satis habuit semel hoc objecisse nostro, nisi altera vice repeteret.

(81) *Ἐκεῖνος ὁ τεχνογράφος* quis? Apsines? Non enim Hermogenes, qui, ut supra dixi, ejus aperte mentionem facit nullam. Nisi forte plura scripsit, quæ noster vidit, nos amisimus. Sed ambigo.

(82) *Τάξιν, οἰκονομίαν*. Velut diversa ponit Vossius, lib. I, *Inst.* cap. 4, §. 3; et lib. III, cap. I, § I, pro iisdem habet. At omnino distinxere veteres. Ascribam verba Sulpitii Victoris, quæ his lucem afferunt: *In dispositione hæc sunt: ordo, cum ea, quæ Græce appellatur* οἰκονομία. *Ordo est, ut secundum textum naturalem singula prosequamur, primum in partibus elocutionis, ut sit scilicet primum exordium, deinde narratio, tum partes argumentationis, peroratio extrema. Sed bene huic ordini* οἰκονομία *proxima adjuncta est, quæ hoc distat a superiore, quod ille quidem ordo naturalis, hic ordo artificiosus est*. Distinxit hæc etiam Vitruvius quanquam alio in argumento, ac Τάξιν quidem, quæ Sulpitio est *ordo*, appellavit *ordinationem*, οἰκονομίαν vero *distributionem* lib. I, *Architect*. c. 2. Porro quæ sit ratio οἰκονομίας, patet ex prædicto Sulpitio, quando non modo hujus beneficio ait ordinem partium naturalem quandoque immutari, sed etiam partes nonnunquam aliquas omitti.

(83) *Μνημοσύνην*. Ordo valde turbatus: præcedit enim ἑρμηνεία, sequitur ὑπόκρισις, claudit μνημοσύνη apud alios Rhetores, et fortasse ita posuit Theodectes. Interim notandum, quod et ipse μνημοσύνην seu memoriam inter Rhetorici officii partes retulerit. Refellit hoc Vossius in *Instit.* ab initio et locis aliis, sed puto falsam hic esse scripturam.

Digitized by Google

generibus dicendi sit proposita oratio, et an totum vel pars, status vel progymnasmata; postea quæ unicuique ex his convenientia sunt, invenire, atque congrua, ut proœmia, narrationes, capita, et contentiones, et post ea conclusiones, et ordinem in his servare, idem apte an decenter hæc omnia mente ac oratione proferre, quibus characteribus et qualibus ideis quæque partium ac specierum, qualibus sententiis, methodis, dictionibus, figuris, atque cæteris. Ubi oportet, quatuor uti proœmii partibus, et ubi non omnibus, sed quibusdam, et ubi omnibus quatuor orationis partibus, et quomodo, et quousque oportet istas producere, et ubi eorum aliqua omittere: alibi quidem proœmium, alibi vero narrationem, alibi contentionem, alicubi vero epilogum.

Ad hæc oratorem non oportet orationem proferre sine imitatione, sed propositorum exprimere mores et affectus, cum oratione, tum figuris, ut divinus Homerus, et exponere cuncta decenter, ut formet oratione omnes mores, affectus, res dicendas vel exprimendas. Elocutionis aut dictionis in oratione virtutes sunt quatuor, exceptis dico figuratis et ænigmaticis orationibus, iisque, quæ per imitationem scriptæ sunt quorumdam, obscure ac ambitiose scribentium: virtus enim in his est vitium orationis.

Elocutionis autem oratoriæ virtutes quatuor, præsertim in demonstrativa et historica oratione, hæ sunt: Perspicuitas, brevitas, probabilitas et gravitas, quemadmodum Isocrati, Empedocli, Dio-

A νείαν. Δεῖ γὰρ τὸν ῥήτορά τινος τῶν τριῶν εἰδῶν τῆς ῥητορικῆς, ὁ προκείμενος λόγος ἐστὶ, καὶ εἰ ὅλον, ἢ μέρος (84), στάσεις, (85) εἶτε προγυμνάσματα· εἶτα εὑρεῖν τὰ ἑκάστῳ τούτων ἁρμόδια ἢ παρεπόμενα (86)· προοίμια, διηγήσεις, κεφάλαια, ἤτοι ἀγῶνας, καὶ ἐπ' αὐτοῖς ἐπιλόγους καὶ τάξιν τούτοις τηρῆσαι, καὶ οἰκονομικῶς καὶ δεόντως καὶ προσφυῶς ταῦτα ἅπαντα νῷ (87) καὶ λόγῳ ἐξαγαγεῖν, οἵοις τοῖς χαρακτῆρσι καὶ ποίαις ἰδέαις ἕκαστον τῶν μερῶν (88) καὶ εἰδῶν ποίαις ἐννοίαις, μεθόδοις, λέξεσι, καὶ σχήμασι καὶ λοιποῖς (89). Ποῦ δεῖ τοῖς τέσσαρσι τοῦ προοιμίου μέρεσι χρῆσθαι, καὶ οὗ μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ τισί. Καὶ ποῦ δὲ τοῦ λόγου τοῖς τέσσαρσι μέρεσι, καὶ πῶς καὶ μέχρι πόσου δεῖ ταῦτα ἐκφέρειν. Καὶ οὗ δὲ τούτων τινὰ παροράν·

B ὅπη μὲν τὸ προοίμιον, ἑτέρωσε δὲ τὴν διήγησιν, ἀλλαχοῦ δὲ ἀγῶνας, ἐν ἑταίροις δὲ τὸν ἐπίλογον.

Πρὸς τούτοις δὲ τὸν ῥήτορα οὐ χρὴ τὸν λόγον ἀναλαμβάνειν ἀναμιμνήσκοντα (90) καὶ ὑποκρίνεσθαι τῶν προκειμένων τὰ ἤθη καὶ πάθη καὶ λόγῳ, καὶ σχήματι, ὡς ὁ δαιμόνιος Ὅμηρος καὶ ἑρμηνεύειν πάντα καλῶς, ὡς ἀπομιμεῖσθαι τὴν λέξιν, πᾶν ἦθος καὶ πάθος καὶ πρᾶγμα καὶ λεγόμενόν τε καὶ ἐκφραζόμενον. Ἑρμηνεία; ἤτοι φράσεως λόγου τέσσαρες ἀρεταὶ, ἄνευ λέγω τῶν ἐσχηματισμένων (91), καὶ αἰνιγματωδῶν λόγων, καὶ τῶν κατὰ μίμησιν γεγραμμένων ἀσαφογράφων τινῶν, ἢ μακρηγόρων· ἐν τούτοις γὰρ ἀρετὴ γίγνεται ἡ τοῦ λόγου κακία.

Αἱ δὲ τῆς ἑρμηνείας τοῦ λόγου τέσσαρες ἀρεταὶ (92), μᾶλλον δὲ τοῦ διδασκαλικοῦ καὶ ἱστορικοῦ, μεθεστήκασιν αἵδε· σαφήνεια, συντομία (93) πιθανότης (94), μεγαλοπρέπεια (95), ὡς Ἰσοκράτει (96)

C

(84) *Ἢ ὅλον, ἢ μέρος.* Scilicet τοῦ λόγου seu orationis, variat enim oratio una sæpe in partibus, nec idem est character narrationis, qui contentionis.

(85) *Στάσεις.* Justas intelligit ac integras orationes, dixi supra.

(86) *Ἁρμόδια ἢ παρεπόμενα.* Vitiosa scriptura et distinctio. Scribo, ἁρμόδια ἢ παρεπόμενα, προοίμια, etc., παρεπόμενα hic dicit in respectu ad præcedens προγυμνάσματα, in quibus vult esse παρεπόμενα, quæ in integris orationibus κεφάλαια, id est argumenta rationes, dixi in precedentibus.

(87) *Νῷ.* Dum Inventioni operamur.

(88) *Τῶν μερῶν.* Quia non omnes partes eosdem characteres aut ideas habent. Vide supra.

(89) *Καὶ λοιποῖς.* De quibus supra, ubi de Ideis.

(90) *Ἀναμιμνήσκοντα.* Exsequitur ut in præcedentibus, ita porro partes, quarum supra simplicia proposuit vocabula. At hujus nulla facta mentio, μνημοσύνης quam ante diximus valde incommodo positam esse loco, vocabulumque ipsum vitiosum videri. Sane si hic locus conferatur cum isto, putet quispiam, non μνημοσύνην, verum μίμησιν, nostrum scripsisse.

(91) *Ἐσχηματισμένων.* Ubi nihil simpliciter, omnia per figuras proponuntur.

(92) *Τέσσαρες ἀρεταί.* Tot fere omnes numerant, verum alii aliter appellant. Aristoteli, lib. III, *Rhet.* sunt *perspicuitas, puritas, dignitas, decentia;* vel si Græca malumus, σαφήνεια, Ἑλληνισμὸς, ἀξίωμα, πρέπον. Crasso apud Cic. III, *de Orat. puritas, perspicuitas, ornatus, decor.* Fabius quoque lib. VIII, cap. I: *In singulis intuendum,* ait, *ut sint Latina, perspicua, ornata, accommodata,* et in præcedentibus: *Nam cum Latina, significantia, ornata apte sint collocata, quid amplius laboremus.* At aliter Sulpitius, *In elocutione,* inquit, *hæc observanda sunt, latinitas, perspicuitas, robur, nitor, compositio, tum decens vel decorum.* Ut hic plura, ita Alcuinus requirit pauciora. Ubi enim quæritur, qualis esse debeat elocutio, respondet: *facunda debet esse, et aperta.*

(93) *Συντομία.* Hanc virtutem generatim requiri in omni elocutione, neminem docere video. Nec apparet satis, quid per eam intelligat; in sequentibus dicit, idem esse ac γοργότητα, at, ut opinor, hæc in oratione omni non est necessaria. Concisum sane genus, uti Græcum significat, alicubi adeo non necessarium, ut potius sit vitiosum. Sed fortasse illud innuit, in quo nihil deest, nil abundat. Quidquid sit, brevitatem aut celeritatem inter generales orationis virtutes, præter Nostrum, nemo refert.

(94) *Πιθανότης.* Quomodo hæc virtus sit elocutionis, parum liquet. Potius effectus est τοῦ πρέποντος seu decori. Decora enim oratio, hoc est talis, qualem ingenium et mores personarum, ratioque rei requirit, efficit, ut ei fides habeatur. Et sic ipse noster in sequentibus.

(95) *Μεγαλοπρέπεια.* Per hanc intelligere τὸ ἀξίωμα, seu ornatum, vel, ut Sulpitius appellat, nitorem existimo. In sequentibus appellat μέγεθος, quod ab ἀξιώματος non multum differt.

(96) *Ἰσοκράτει.* Qui ætate Platonis vixit. Patet autem ex hoc loco, aliqua de elocutione Rhetorica scripsisse, eaque vidisse Nostrum, eorumque respectu hic laudasse. Tzetzes Chiliad. 9, de arte integra opus edidisse testatur.

Digitized by Google

καὶ Ἐμπεδοκλεῖ (97), Διονυσίῳ (98), Φιλοστράτῳ 99), Ἰαμβλίχῳ (1), καὶ πᾶσι παλαιοῖς, καὶ τοῖς σοφωτέροις τῶν νέων δοκεῖ, καὶ ζητῷ Ἑρμογένει ἐν ταῖς ἰδέαις. Ὁ τῶν ὀνομάτων γὰρ Ἑλληνισμὸς νεωτερικόν ἐστιν (2), ὡς ἡ σαφήνεια (3) ἐκ μυριολεξιῶν (4) καὶ σαφηνισμοῦ (5) γίγνεται. Ἔστι δὲ τῆς (6) ὡραιότητος καὶ τοῦ κάλλους (7). Ἡ συντομία δὲ τῆς μεγαλοψυχίας (8) ἔργον τοῦ ῥήτορος, ἡ πιθανότης δὲ τῆς τέχνης (9) προέρχεται. Τὸ δὲ μεγαλοπρεπὲς τῆς πολυμαθίας (10) ἐστί. Καὶ αἱ παρ' Ἑρμογένει δὲ ἰδέαι ἑπτὰ (11) οὐδὲν ἕτερον δηλοῦσιν, ἢ ὅτι δεῖ τὸν ῥητορικὸν λόγον τὰς τέσσαρας ἔχειν ταύτας· καὶ δεινότητα ἥτοι πρέπουσαν ἑκάστῳ οἰκονομίαν καὶ μεταχείρησιν. Ἡ σαφήνεια γὰρ καὶ τὸ κάλλος ῥητορικοῦ λόγου (12) κεκαλλω-

nysio, Philostrato, Jamblicho, et omnibus antiquis, et recentiorum optimis videtur, ipsique Hermogeni in Ideis. Nam Græcitas verborum novum quid est. Harum perspicuitas oritur ex iis quæ in usu sunt et claritatem habent : est autem spectabilitatis et pulchritudinis ; brevitas vero magnanimitatis opus in oratore. Probabilitas venit ab arte, gravitas a multiplici eruditione. Etiam Hermogenis ideæ septem nihil aliud ostendunt, quam quod rhetoricam orationem has quatuor habere oporteat : et vim, atque convenientem cuique dispositionem ac tractationem. Perspicuitas enim et pulchritudo orationis exornatæ ostendunt claritatem, non autem plebeiæ et inornatæ. Celeritas vero est, brevitas in omnibus. Mores et veritas probabilem ora-

(97) *Ἐμπεδοκλεῖ*. Miror, quod hunc alteri postponat. Fuit enim hic vetustior, imo auctor artis rhetoricæ esse, primusque scripto eam comprehendisse dicitur. *Vid.* Laertium.

(98) *Διονυσίῳ*. Halicarnassensi puto.

(99) *Φιλοστράτῳ*. Constat ex hoc loco, etiam Philostratum de arte Rhetorica quid scripsisse. Puto autem seniorem intelligi, cujus ζητούμενα *παρὰ τοῖς ῥήτορσι*, et *ῥητορικὰς ἀφορμὰς* laudat Suidas. Vixit temporibus Neronis, ut ex eodem cognoscimus.

(1) *Ἰαμβλίχῳ*. Ergo et hic nonnulla scripsit in rhetoricis, in quorum respectu inter rhetores laudatur. At hoc neque Eunapius, neque Suidas commemorant, ut tanto magis sit observandum. Vixit tempore Constantini, nescioque quare inter παλαιοὺς relatus sit a nostro.

(2) *Ἑλληνισμὸς νεωτερικόν ἐστιν*. Quam et ipsam aliqui, ut virtutem elocutionis singularem laudabant, et ab aliis puritas et καθαρότης appellatur. Porro Ἑλληνισμὸν cur novum aliquid noster esse dicat, ego quidem non video, cum eo usus sit Aristoteles, lib. III, *Rhet.* c. 5. Forte locus ejus non occurrebat, aut ætate Nostri magis a quibusdam illa pars exigebatur, propter barbarismos, quibus lingua Græca tum scatebat.

(3) *Ὡς ἡ σαφήνεια*. Exponit præcedentes quatuor virtutes, ac quomodo etiam illa contineant, quæ requirunt oratores alii, ipse etiam Hermogenes ostendit, quam bene, ipse viderit. Equidem Hermogeni in Ideis non fuit propositum, quatuor istas monstrare virtutes, aut in septem ideas amplificare, sicque numerum eum augere, multo minus istis opponere, sed præter ista quatuor, quæ in omni oratione requiruntur, ostendere septem, non contraria istis quatuor, sed tamen diversa, quæ in orationibus inveniuntur modo plura, modo pauciora, pro ratione argumenti ac materiæ, quæ tractantur.

(4) *Μυριολεξιῶν*. Sic appellat, quæ a multitudine usurpantur, quomodo apud Pollucem lib. VI, cap. 53 : Μυριόλεκτον ex Xenophonte idem est ac πολυθούλλητον, γνώριμον, δῆλον. Est igitur idem ac καθαρὸν, ἀκατάσκευον, simplex inartificiosum, omnibus notum.

(5) *Σαφηνισμοῦ*. Non video, quomodo hæc altera sit pars, quæ ad σαφήνειαν requiritur ; σαφήνεια Hermogeni efficitur ἐκ λόγου καθαρότητος, seu ut Noster, μυριολεξιῶν· de σαφηνισμοῦ nil loquitur, et quid est, σαφήνεια fit ἀπὸ vel ἐκ τοῦ σαφηνισμοῦ ? *perspicuitas fit a perspicuo* ? Tautologiam sapit. Sed forte per hoc nomen Noster respexit ad tractationem, et non modo verba clara et pura ad perspicuitatem requirit, verum et verborum collocationem, tractationemque totius orationis non intricatam, sed planam simplicemque, ipsique respondentem naturæ.

(6) *Ἔστι δὲ τῆς*. Ostendit unde prædicta virtus oriatur, quomodo facit et in sequentibus virtutibus.

Nam in præcedentibus non tam monstravit, unde proveniat, quam quæ partes ejus sint, quæ ipsam constituant.

(7) *Τῆς ὡραιότητος καὶ τοῦ κάλλους*. Puto hic addendum esse ex sequentibus ἔργον τοῦ ῥήτορος. Vult monstrare, quæ in oratore requirantur, ut virtutibus istiusmodi ornare orationem suam possit. Ac ad primam quidem, id est perspicuitatem, duo, ait, sunt necessaria, ὡραιότης καὶ κάλλος. Quid per duo ista significet, non satis assequor, nisi velimus referre ad animum, quomodo mox συντομίαν quoque inde deducit. Ac hoc quidem pacto ὡραιότης opponi obscuritati, aut tenebrositati posse videtur, κάλλος negligentiæ, supinitati, tumultui, fœditati, quasi dicat, requiri ad virtutem perspicuitatis in oratione exprimendam, ut orator ingenium habeat apertum primo, deinde excultum et laboris patiens, vel quod alias uno efficacique verbo, elegans vocari solet.

(8) *Τῆς μεγαλοψυχίας*. Magnanimos enim oratione uti non prolixa, sed brevi certum. Hinc apud Tacitum *Imperatoria brevitas*, pro ea, quæ imperatores virosque graves decet. Vide eum lib. I, *Hist.* c. 18. In oratore igitur ut ingenium elegans, sic animus magnus requiritur.

(9) *Τέχνης*. Ex qua novit pro natura rerum loqui, omnia convenienter personis, temporibus, locis dicere, qua cuncta docet ars rhetorica. Et hoc tertium, quod in oratore necessarium præter animum magnum, et ingenium elegans ac apertum, ars videlicet, qua ista omnia idonee ac decenter sciat proferre, orationique suæ fidem facere.

(10) *Τῆς πολυμαθείας*. Quartum quod in oratore necessarium, varia eruditio, puta de diis, de rebus naturalibus, de republica illiusque multiplici administratione, de bello, et pace, de legibus ac jure, et quæ alia sunt hujus generis. Ista enim sunt, quæ orationem reddunt gravem, quoties ei admiscentur.

(11) *Αἱ παρ' Ἑρμογένει ἰδέαι ἑπτά*. Dixi de his aliquid in præcedentibus, et in sequentibus apparet, quam obtorto, quod aiunt collo aliquæ harum ideærum ad virtutes præcedentes referantur.

(12) *Καὶ τὸ κάλλος ῥητορικοῦ λόγου*. Duas hic Hermogenes recenset ideas, sub una virtute σαφηνείας. De priore certum est, de posteriore minus. Sane omni pulchritudini, quæ Hermogeni κάλλος, aut venustati inest σαφήνεια seu perspicuitas, non tamen vice versa quidquid perspicuum, id statim pulchrum et ornatum. Nec profecto verum esse puto, quod sequitur, οὐκ ἰδιώτου καὶ ἀκαλλοῦς λόγου σαφήνειαν εἶναι, vel plebeium et inornatum sermonem carere perspicuitate. Contra enim sentit Hermogenes, ut qui in perspicuitate vel maxime requirit sententias omnibus notas, voces communes vulgaresque, conformationem orationis decentem, rectam et simplicem, quæ omnia insunt

Digitized by Google

tionem faciunt. Si quis enim minus apte mores imitetur, et vi orationis veræ utitur circumstantiis et sententiis convenientibus, et figuris diversis, sed contrario hæc effert modo, non videtur fide dignus orator. Quod autem magnitudo eadem sit cum gravitate, nemo negat. Vis vero, quemadmodum diximus, est, omnibus his rite uti. Sunt igitur quatuor virtutes rhetoricæ orationis, perspicuitas, brevitas, probabilitas, gravitas. Et ab ipsis vis, quæ in arte principatum obtinet.

Videat igitur quilibet, qui volet, tum librum partitionem convenientem, quæ quatuor narrationis comprehendit virtutes rhetoricas, et una cum ipsis vim gravitatemque continentem, scriptum a Rhetore ex Mercurialibus antris, quæ Orpheus peragrasse dicitur, et circumjectis ibi callibus præruptis, quas Isocrates, et Lysias, et Demosthenes, eorumque coætanei, et una cum ipsis pauci aliqui occupaverunt oratores. Non autem ista fori purgamenta, eodem semper modo vetustis illis ornata, neque, illos, quibus Syrus Rhetor dicit, et ligneis vestris conversationibus inflamur. Oportet autem probe consulturos non, exigendo jus omne, nocere, sed afferendo id, quod æquum est, utilitatem afferre.

πισμένου δηλοῦσι σαφήνειαν, ἀλλ' οὐκ ἰδιώτου καὶ ἀκαλλοῦς. Ἡ γοργότης δὲ συντομία (13) πάντως ἐστί. Τὸ ἦθος καὶ ἡ ἀλήθεια (14) τὸν πιθανὸν λόγον ποιοῦσιν. Εἰ γὰρ μὴ προσφυῶς τις μιμοῖτο τὰ ἤθη καὶ τῇ ἐμφάσει τοῦ ἀληθινοῦ λόγου χρῷτο τοῖς περιστατικοῖς, καὶ ταῖς ἐπιεικέσιν ἐννοίαις, καὶ τοῖς διστακτικοῖς σχήμασιν, ἀλλ' ἐναντίον ταῦτα ἐκφέρει· οὐκ ἂν πιθανὸς δόξειε ῥήτωρ. Τὸ μέγεθος (15) δὲ, ὅτι ταυτόν ἐστι τῇ μεγαλοπρεπείᾳ, οὐδεὶς ἀντερεῖ. Ἡ δεινότης (16) δὲ, ὥσπερ ἔφημεν, τὸ εἰς τὸ δέον τούτοις πᾶσι χρῆσθαι. Τέσσαρες οὖν ἀρεταὶ ῥητορικοῦ λόγου, σαφήνεια, συντομία, πιθανότης, μεγαλοπρέπεια, καὶ ἐπ' αὐταῖς ἡ δεινότης τῆς τέχνης τὸ ἀκροκόρυφον (17). Ὁράτω γοῦν πᾶς ὁ βουλόμενος καὶ τὴν βίβλον τὴν μερικὴν χρονικὴν (18), πρωτοτύπως μὲν, ἢ τὰς τέσσαρας τῆς διηγήσεως ἔχει ῥητορικὰς ἀρετὰς, καὶ σὺν αὐταῖς ἔπειτα τὴν δεινότητα κατὰ ῥήτορα γράφοντα διὰ τῶν Ἑρμαϊκῶν ἄντρων (19), ὧν Ὀρφεὺς λέγει διαδραμόντα καὶ διὰ τῶν παραχρήμα ἐκείνων ἀτραπιτῶν, ἃς Ἰσοκράτης καὶ Λυσίας, καὶ Δημοσθένης, καὶ οἱ ὁμόχρονοι τούτων, καὶ μετ' αὐτοὺς ὀλίγοι τινὲς διέδραμον ῥήτορες, ἀλλὰ μὴ κατὰ τὰ ἀγοραῖα καθάρματα τὰ τῷ ἄττα, καὶ τῷ κἄτα ἐναμβλυνόμενα (20), καὶ οἷς ἄλλοις ὁ Σύρος ῥήτωρ (21) φησὶ, καὶ ταῖς σφῶν ὑποξύλοις συμμο-

etiam plebeiæ ac vulgari orationi, quæ nec aliis rebus ab oratione ornata comptaque et gravi distinguitur.

(13) *Γοργότης δὲ συντομία.* Tertia idea, quam comparat cum virtute secunda, et eamdem ait esse. Ego vero multum censeo differre. Συντομία enim talis in oratione brevitas, quando quæcunque ad amplificationem, illustrationem, circumductionem faciunt, præciduntur omnia, eaque afferuntur tantum, quæ simpliciter sunt necessaria, sine circumstantiarum, causarum, et similium adjectione, etiamsi in ipsa oratione respectu verborum formularumque omnia sint plena. Talis fere brevitas Laconum fuit, in quotidianis etiam colloquiis. At ab hac longe differt γοργότης, quæ locum sæpe habet tum, cum non modo necessaria, sed prope superflua adducuntur, et consistit in ipsa brevitate quadam sententiarum, verborum, formularum, ut, *Quid igitur faciam? non eum? ne nunc quidem, cum accersor ultro? Exclusit, revocat, redeamne? Non, si me obsecret.* Atque talis frequens in Sallustio, quem ob causam hanc non pauci brevem appellant.

(13) *Ἦθος καὶ ἡ ἀλήθεια.* Quarta et quinta idea, comparatur cum virtute tertia.

(14) *Τὸ μέγεθος.* Sexta Hermogenis idea.

(16) *Ἡ δεινότης.* Quam distinguit noster a reliquis quatuor virtutibus, licet non faciat diversam, cum nil aliud sit, quam idoneus illarum virtutum usus. Vide quæ ipse de ea habet in præcedentibus, et nos ante diximus.

(17) *Τὸ ἀκροκόρυφον.* Recte : quandoquidem absque hac reliquæ virtutes omnes nil efficiunt, neque finem suum consequuntur.

(18) *Τὴν μερικὴν χρονικήν.* Quem noster librum indigitet non promptum est definire : neque enim quisquam est, quantum nos scimus, qui in rhetorico argumento librum ediderit sub hoc titulo. Quia tamen sequitur, κατὰ ῥήτορα γράφοντα, inducor, ut existimem, Hermogenis partitiones significari. Sed obstat, quod rhetorem eum laudet in sequentibus, contra vituperare soleat Hermogenem. Vix enim dici potest tam celeriter sui dememinisse. Ergo magis est, ut putemus aliquod hic laudare opus Theodectis aut Minuciani potius, quod firmatur eo, quoniam ipsum hunc Minucianum in præcedentibus appellat φύσεως θείας μετεσχηκώς (distinguenda enim omnino ea verba a præcedentibus τεχνογράφος, et ad Minucianum referenda). Jam vero illud optime cum eo convenit, quod de antro Mercurii sequitur. Imo videtur Noster nihil aliud agere his verbis, quam ut reducat nos ad illum ipsum auctorem, unde ista, quæ de virtutibus orationis tradidit, desumpsit. Ille autem non Hermogenes, sed ut ipse ait in præcedentibus, Minucianus est. Quod si ipse non dixisset, constare tamen poterat ex eo, esse alium, quam Hermogenem, qui hic significatur, quoniam expresse loquitur de quatuor virtutibus orationis, de quibus nihil scripsit Hermogenes, sed de ideis septem, quæ modo majore, modo minore numero in virtutibus istis deprehenduntur.

(19) *Ἑρμαϊκῶν ἄντρων.* Alludit ad fabulam de Orpheo, qui dicitur lyram accepisse ab Apolline, qui eam princeps accoperat a Mercurio inventore ejus in Cyllene, monte Arcadiæ. Vide Hygin. lib. II, *Fab.* vel respicit fabulam aliam de Mercurio cumulum nescio quem bonorum servante in antro, unde sumsisse eruditionem suam aiebat Orpheus. Fabula est apud Tzetzen et Orpheum ipsum in libro de gemmis. Adde Junii Adagiorum Cent. VII, ad 86.

(20) *Τῷ ἄττα καὶ τῷ κἄτα ἐναμβλυνόμενα.* Genus loquendi proverbiale, ut existimo, puto autem significare

(21) *Ὁ Σύρος ῥήτωρ.* Quis hic Syrus rhetor? An hoc proprium ejus nomen? num potius desumptum a patria? Syrum sane proprio nomine scio neminem Rhetorum. At ex Syria quosdam, interque eos Andromachum Syrum, qui vixit temporibus Taciti et Aureliani imperatorum, uti discimus ex Eunapio Vita Porphyrii. Item Sopatrum Syrum ex eodem auctore, qui vixit post tempora Constantini. Sed et magister ejus Jamblichus fuit Syrus, natus Chalcis, Syriæ, quæ Cœle dicitur, civitate notissima. Ac fortasse non alius hoc in loco indigitatur, quandoquidem et nominatus est in superioribus.

Digitized by Google

ρίαις (22) ἐξαγκυλόμεθα (23). Δεῖ δὲ τοὺς ὀρθῶς βουλομένους (24) μὴ τὸ πάντη δίκαιον ἐξακριβοῦντας (25) βλάπτεσθαι, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐπιεικεῖ προσχωρεῖν σώζεσθαι.

